ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS LII - SERIES III - VOL. II

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M-DCCCC-LX

An. et vol. LII 30 Ianuarii 1960 (Ser. III, v. II) - N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

SACRA CONSISTORIA

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xiv mensis Decembris anno **MCMLIX**, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium Secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - ALLOCUTIO SS.MI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Magno cum gaudio amplissimum Collegium vestrum coram Nobis congregatum videmus, atque oculi Nostri libenti serenoque animo vos cernunt; vos dicimus, qui pro vestra gerendarum rerum prudentia adiutricem Nobis in universa gubernanda Ecclesia praestatis operam.

Hac praesertim de causa, ut nostis, vos hodie convocamus, ut nempe novos collegas vobis adiungamus, quos Romanae purpurae maiestate dignos putamus. Hos Praesules vel religiosos viros e diversis Nationibus degimus; nam hac in re, ut in ceteris omnibus, mentis Nostrae consilium eo spectat ut luculentissime pateat Catholicam Ecclesiam non modo unitate

pollere, sed ad universos etiam pertinere populos, cum omnes pari caritate amplectatur, utpote a Divino Redemptore suis curis créditos.

Alterum hoc sacrum Consistorium, quod post exactum iam annum celebramus, ex quo ad Summi Pontificatus apicem evecti sumus, ea Nobis in memoriam revocat, quae elapsis mensibus acciderunt; menti igitur Nostrae succurrunt eventus, vel laeti et solacio pieni, vel tristes, vel tales denique, qui meliorum temporum spem Nobis iniciant.

Ac primum placet ea breviter attingere, quae Nobis et vobis, Venerabiles Fratres, iucunda fuere. Nobis scilicet ob oculos sunt innumerabiles christianorum multitudines, qui undique terrarum almam petierunt Urbem, ut Apostolorum Principis sepulchrum venerarentur, utque eius Successorem obsequentes cernèrent, eique Fidem inconcussam, flagrantem amorem suamque filiorum observantiam et oboedientiam testarentur.

Quotiescumque eos allocuti sumus, immo quasi cum eis collocuti, eorum sensimus animos, amore pulsos, cum paterno consentire animo Nostro: eosque novimus hortamenta, monita ac praecepta Nostra semper prompta, grata impensaque excepisse voluntate. Resonant adhuc auribus Nostris eorum voces; resonant preces supplicationesque ad Deum admotae; dulces resonant cantus, quos ipsi, liturgicas perfunctiones participantes, in Romanis Basilicis et in sacris Stationibus dederunt.

Piae frequentesque peregrinantium turbae adhuc quasi oculis obversantur Nostris, quae, horum decursu mensium, aliae post alias ad Nos venerunt; in quibus quidem eas placet praesertim memorare, quas Galliae Natio, Nobis tot tantisque causis carissima, ad Nos transmisit.

Parique modo dies illos christiana Fide refulgentes mente repetimus, cum mortalibus S. Pii X exuviis, Venetias translatis, impensae inibi honoris pietatisque significationes tributae sunt, antequam post breve temporis spatium Romam redirent; cum etiam sacris alius S. Caelitis Ioannis Bosco reliquiis hac in alma Urbe popularis venerationis testimonia studiosissima adhibita sunt; cum Beatorum vel Sanctorum cultus in Vaticanae Basilicae maiestate novis Caelitibus decretus est; cum in Festo Corporis Christi divina Eucharistia, per Urbis vias solemni

instructa pompa, per triumphum deducta est; et cum denique in eadem Basilica Divinus Redemptor, Eucharisticis velis delitescens, publicae adorationi per horam propositus est.

Neque silentio praeterire volumus insignes quoque supremosque Nationum Moderatores — in quibus, paucis ante diebus, illustris et honorabilis vir Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum Praeses — Nos adiisse perhumaniter; itemque gubernandis Nationibus praepositi viri praeclarissimi. His singulis universis, quos libenter audivimus ad pacificandos invicem populos ad eorumque provehendam prosperitatem sincera voluntate animatos, plurimas cupimus grates agere, itemque ex animo ominari ut per nobiles nisus ad eam conciliandam assequendamque pacem perveniant, quae, ut vera, iusta ac permansura sit, Dei iura imprimis ne respuat neve posthabeat oportet.

Atque aliis praeterea de causis grata recordatione laetatur animus Noster. Etenim multi sacrorum Antistites, hoc primo anno Summi Pontificatus Nostri, ex pluribus terrarum orbis partibus advenerunt ad Nos, quos libentissime coram excipere paternoque recreare alloquio Nobis suave fuit. In quibus quidem sacrorum Antistitibus eos peculiari modo memorare libet, qui Novembri mense superioris anni MDCCCCLVIII ex Latinae Americae Nationibus frequentes hanc petierunt Urbem; eosque, qui ex Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus una cum sacerdotibus multis idcirco advenerunt, ut primum exactum saeculum elapso mense Octobri una Nobiscum celebrarent, ex quo Pontificium Collegium suis sacricolis instituendis, nunc in Ianiculensi monte situm, conditum est; et in quo iam ad sacerdotales virtutes conformati, veluti ex alma matre apostolatus studium uberrime hauserunt. Eodemque tempore non pauci ex Austria et Germania Episcopi huc convenerunt, ut saecularia itidem sollemnia participarent Teutonici Collegii, quod Sanctae Mariae ab Anima, ut dicitur, dicatum est.

Neque minore laetitia afficimur, cum solacia recordamur a Religiosis Familiis Nobis praebita; quam ad rem peculiari modo eventus memorare libet, quos Nosmet ipsi participavimus, cum scilicet in Lateranensi Basilica septingentesimus et quinquagesimus expletus est annus, ex quo S. Francisci Asisinatis Regula a Decessore Nostro fel. rec. Innocentio III pro-

bata confirmataque est; itemque eum in Aventino Monte ad Benedictinos Sodales paterno ex animo verba fecimus, postquam novus Abbas Praeses Foederatae eiusdem Benedictinae Familiae electus est.

Hoc denique Previdentissimi Dei beneficio tribuimus, quod Nobis scilicet summo cum animi solacio datum est in Vaticana Basilica imagines Iesu Christi cruci affixi plusquam quingentis religiosis viris sacrisve virginibus manibus tradere Nostris, qui, dulcissima patria suaque gente relicta, ad longinquas terras se collaturi erant, ut eas evangelica luce collustrarent, et apostolico suo fecundarent sudore.

Verumtamen, ut diximus, non defuerunt Nobis — quod in mortali hac vita saepe contingit — anxitudinis maerorisque causae.

Quomodo nempe silentio praeterire possumus in non paucis regionibus recens etiam, ob formidolosas praesertim aquarum eluviones, humanae vitae iacturas non paucas habitas esse, ac domuum agrorumque ingentes vastationes? Aerumnae calamitatesque filiorum Nostrorum — qui idcirco quod dolore affecti, cariores Nobis sunt — vehementer perculerunt paternum animum Nostrum. Quamobrem misericordissimum Deum adprecamur ut iis, qui terrena vita functi sunt, lucem ac requietem aeternam largiatur ; iis vero qui lugent, suprema donet solacia. Ac praeterea Nationes civesque singulos, quibus Providentissimus Deus ampliores rerum facultates largitus est, aerumnosis omnibus suppetias veniant, quemadmodum et Nos, ut potuimus, libentissime fecimus.

Alia quoque, eaque graviore, angimur maeroris causa. Non pauci scilicet sunt, qui ignari vel immemores suae originis aeternique sibi destinati finis, miserando praebito spectaculo, fallacibus se dedunt voluptatibus, ac superbia sensuumque cupidinum aestu iactantur. His Nos a caelesti Patre lumen mentium ac flexanimae gratiae adiumenta supplicibus imploramus precibus.

Pro pastoralis officii Nostri conscientia, id etiam animadvertendum putamus : hodie quam plurimi habentur, pro dolor, qui cum de necessario victu agitur, gravi in discrimine versantur. Ut autem gravissimae huic calamitati remedium praebeatur

ac solamen, nullo modo ad fallaces doctrinas atque ad agendi rationes, gignendae proli mortíferas, confugiendum est, sed opus est potius ut divitiae, quae humano labore e terra oriuntur, secundum Dei iussum et iustitiae praecepta, in communem deveniant utilitatem; opus est, dicimus, ut terrena bona aptius distribuantur, iniustis repagulis diffractis, quae nimium sui cuiusque commödi immodicaeque utilitatis studium instruxit; ut populi, qui nondum ad debitum prosperitatis gradum pervenire potuerunt, ad id assequendum consentaneo modo adiuventur, utque omni nisu contendatur quo magis occultae etiam rerum copiae, quas terra vel gignere, vel elicere possit, in lucem omniumque bonum educantur.

Ac praeterea dolendum est prófugos adhuc, exsules, omneque fere genus malis obnoxios ad milia bene multa haberi, quorum aerumnosis condicionibus nondum provisum est. Iamvero, ut cordati omnes probe intellegunt, iustitia atque humanitas clamant ut gravissimae huic causae, quam primum fieri possit, necessaria remedia adhibeantur; quamobrem Nos quaelibet incepta, in nobilem hanc rem suscepta, vehementer dilaudamus.

Peculiari autem modo paternus trepidusque animus Noster ad eam Nobis crediti gregis partem advolat, cui adhuc negatum est suam libere publiceque profiteri et in vitae usum deducere religionem.

Populos omnes, qui in tristissimis hisce et iniustis rerum adiunctis versantur, et apud quos praecipua libertatis humanaeque conscientiae iura proculcata sunt, flagrantissima caritate complectimur.

Atque hoc loco, id nominatim silentio praeterire non possumus, quod summo maerore animum afficit Nostrum: tristissimas nempe Sinensis Ecclesiae condiciones, de quibus iam superiore anno in sacro Consistorio egimus,[1] nondum., pro dolor, ad meliorem devenisse statum. Quamobrem instantissimas ad Deum adhibemus preces ut, gravissimo hoc discrimine imminuto ac tandem aliquando iuste legitimeque composito, hisce etiam filiis Nostris carissimis optatus serenitatis tranquillitatisque dies quam primum affulgeat.

i Cfr. *A. A. 8.*, vol L (1958), p. 983.

Verumtamen, Venerabiles Fratres, quamvis haec,, quae breviter attigimus, Nobis vobisque magnum et acerbum commoveant dolorem, nos tamen omnes nullo modo perturbare debent.

Fere numquam Dei Ecclesia, inde ab originibus ad nostra usque tempora, otia pacis experta est; et quamvis innumeris concussa tempestatibus, eundem semper retinuit vigorem eandemque fortitudinem, cum supra firmam petram Iesu Christi iussu condita sit.

Fiduciam Nostram, quam in Deo reponimus — id placet vobis paterno significare animo — communis favor et gratia adauxerunt, quibus orationes et colloquia Nostra atque Encyclicae Litterae, a Nobis datae, excepta sunt. Peculiarique modo, ut novimus, hortamenta et monita ad sanctitatem, quae, primo exeunte saeculo a pientissimo S. Ioannis Vianney obitu, sacerdotibus impertivimus, a sacrorum administris grato volentique animo excepta sunt; quamobrem uberes inde orituros esse fructus, Deo largiente, speramus.

Antequam autem allocution! huic Nostrae finem facimus, cupimus in memoriam vestram revocare magnos illos eventus, quos iam diu nuntiavimus. Proxime scilicet, ut nostis, Romana Synodus celebranda est; ac fore omnino confidimus ut sapientes normae, quae in eius coetibus statuendae sunt, haud parum conferant ad christianam Romanorum fidem christianosque mores et ad debitam, cleri praesertim, disciplinam magis in dies confirmanda ac provehenda; quae profecto omnia ceteris populis ac gentibus in exemplum praeluceant.

Praeterea iam studium et opera fervent Oecumenico apparando Concilio; quod quidem cum Deo volente celebrabitur, procul dubio eventus erit summi momenti summaeque gravitatis, quo spiritualis Ecclesiae vita adaugebitur, quo catholicae Fidei professio novum capiet incrementum, et quo — ut fore confidimus — christianorum mores divina opitulante gratia reflorescent.

Ut hoc feliciter frugifereque eveniat, novimus Ecclesiae filios, votis libenter respondentes Nostris, ubique communes privatasque ad Deum fundere preces, validissimo interposito patrocinio Immaculatae Virginis Mariae; quam quidem Nos — gratissima adhuc subit recordatio animum — veterem Summorum Pontificum consuetudinem nonaginta post annos renò-

vantes, in pervigilio eius festi, cum Romanam Basilicam Ss. omnium Apostolorum adivimus, hac etiam de causa suppliciter deprecati sumus.

In omnibus hisce ad Deiparam Virginem adhibendis precibus, laeto animo consociatos cernimus Orientalium rituum Ecclesiae filios, cuius incensissimam erga Magnam Dei Matrem pietatem non semel experti sumus; peculiarique modo cum Pontificii Legati munere fungentes Mariali Congressioni interfuimus, quae in Libanensi Natione, anno MCMLIV, uberibus cum fructibus celebrata est.[2]

Ut ex his omnibus luculenter patet, Venerabiles Fratres, quae breviter presseque attigimus, adhuc iuventute pollet Ecclesia; illa dicimus iuventute, quam a Divino Conditore suo quasi sacram hereditatem pretioso eius Sanguine alitam ac fecundatam accepit.

II - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Huius Nos vigoris huiusque iuvenilis potentiae spectaculo laeti, iam ad id exsequendum gressum facimus, ob quod vos hodie hunc in amplissimum consessum convocavimus: praeclaros nempe octo ecclesiasticos viros, qui sua virtute, sapientia, rerumque prudentia gerendarum optime se Nobis probaverunt, in sacrum Collegium vestrum cooptamus.

Ii sunt:

PAULUS MARELLA, Apostolicus in Gallia Nuntius;

GUSTAVUS TESTA, Apostolicus in Helvetia Nuntius;

ALOISIUS IOSEPHUS MUENCH, Apostolicus in Germania Nuntius;

ALBERTUS GREGORIUS MEYER, Archiepiscopus Chicagiensis;

ARCADIUS LARRAONA, Secretarius Sacrae Congregationis Religiosorum;

FRANCISCUS MORANO, Secretarius Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae;

VILLELMUS THEODORUS HEARD, Decanus Sacrae Romanae Rotae;

AUGUSTINUS BEA, Societatis Iesu.

[2] Cfr. *A. A. S.*, vol. XLVI (1954), p. 653-4.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus S. R. E. Cardinales :

Ex Ordine Presbyterorum:

PAULUM MARELLA,

GUSTAVUM TESTA,

ALOISIUM IOSEPHUM MUENCH,

ALBERTUM GREGORIUM MEYER.

Ex Ordine Diaconorum:

ARCADIUM LARRAONA,

FRANCISCUM MORANO,

VILLELMUM THEODORUM HEARD,

AUGUSTINUM BEA.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa *Çfc* tris et Fi Iii et Spiritus £B Sancti. Amen.

Reliquum est iit Ecclesiis, suo viduatis Pastore, consulamus.

III - OPTIO ECCLESIARUM

Tum Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, dimisso Titulo Sanctae Caeciíiae, optavit Ecclesiam suburbicariam Tusculanam. Quo ex aula consistoriali egresso, Beatissimus Pater, panditam optionem benigno favore prosequi intendens, providit Ecclesiae Tusculanae de Revmo Caietano S. R. E. Presbytero Cardinali Cicognani, eum praeficiens in Episcopum et Pastorem, prout in decreto expediendo. In aulam consistorialem iterum ingressus^ Revmus Cardinalis Cicognani suum locum petiit postremum inter Cardinales Ordinis Episcopalis.

Dein Revmus Cardinalis Iacobus Aloisius Copello, dimisso Titulo Sancti Hieronymi Illyricorum, optavit Titulum Sancti Laurentii in Damaso : quam optionem Beatissimus Pater benigno favore excepit.

iv - PROVISIO ECCLESIARUM

Subinde SSinius sequentes proposuit Ecclesias :

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Hemesenae praefecit Exc. P. D. Franciscum Marty, hactenus Episcopum Sancti Fiori, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aloisii Augustini Marmottin, Archiepiscopi Rhemensis.

Cathedrali Ecclesiae Ruibarbosensi, nuper erectae, B. D. Epaminondam de Araujo, Canonicum Capituli Metropolitam Parahybensis.

Insuper SSmus sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos publicavit, nimirum :

ARCHIEPISCOPOS

Blantyrensem, noviter erecta archidioecesi, Ioannem Baptistam Hubertum Theunissen, iam Episcopum Giuñtanum.

Lusalcensem, noviter erecta archidioecesi, Adamum Koziowiecki, iam Episcopum Diospolitanum Inferiorem.

Gabalensem, Vivianum Antonium Dyer, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Perdinandi Périer, Archiepiscopi Oalcuttensis.

Coloniensem in Armenia, Aloisium Batanian, iam Archiepiscopum Aleppensem Armenorum, Auxiliarem Emi P. D. Gregorii Petri S. R. E. Cardinalis Agagianiaai, Patriarchae -Ciliciae Armenorum.

Bogotensenï, Aloisium Concha Córdoba, iam Archiepiscopum Manizalensem.

Nagasakiensem, dioecesi in archidioecesim evecta, Paulum Aijiro Yamaguchi, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Lemnensem, Gulielmum Thomam Porter, iam Archiepiscopum Litoris Capitis.

Atheniensem, Benedictum Printesis.

Durangensem, Lucium Torreblanca, iam Episcopum Chiapasensem.

Neopatrensem, Angelum Fernandes, Coadiutorem cum iure successionis ExcöSii P. D. Iosephi Alexandri Fernandes, Archiepiscopi Delhiensis.

ßelgensem, Bernardum Iacobum Sheil, iam Episcopum Pegaeum.

Viminaciensem, Ioannem Baptistam Boivin, iam Archiepiscopum Abidjanensem.

Radrianopolitanum in Eaemimonto, Linum Zanini, Nuntium Apostolicum in Republica Dominicana.

Parahyl)ensem, Marium de Miranda Vilas-Bôas, iam Archiepiscopum Cyrrhensem.

Manizalensem, Arturum Duque Villegas, iam Episcopum Ibaguensem.

Laodicensem in Phrygia, Ioannem Baptistam Maury, iam Episcopum Elidensem.

Antiochenum in Pisidia, Franciscum Assisiensem Pires, iam Episcopum Cratensem.

Kadunaënsem, dioecesi in archidioecesim evecta, Ioannem Me Carthy, iam Episcopum eiusdem dioecesis.

Seleuciensem Pierium, Iulium Georgium Kandela, iam Archiepiscopum Mausiliensem Syrorum.

Neo-Pampilonensem, Hannibalem Muñoz Duque, iam Episcopum Bucaramanguensem.

Amidenum, Gastonem Mojaisky Perrelli, Delegatum Apostolicum in dicionibus « Congo Belgico et Euanda Urundi ».

Bonaërensem, Antonium S. R. E. Cardinalem Caggiano, iam Episcopum Rosariensem.

Laodicenum in Syria, Martinum Ioannem 0'Connor, iam Episcopum Thespiensem.

Amastrianum, Theopistum Alberto et Yalderrama, iam Episcopum Sorsogonensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Petri P. Santos Songco, Archiepiscopi Cacerensis.

Pessinuntinum, Geraldum Patritium 0'Hara, iam Archiepiscopum-Episcopum Savannensem.

Ptolemaidensem in Theüaide, Petrum Parente, iam Archiepiscopum Perusinum.

Leopoldopolitanum, noviter erecta archidioecesi, Felicem Scaláis, iam Episcopum Casiotanum.

Coquilhatvillensem, noviter erecta archidioecesi, Hilarium Mariam Vermeiren, iam Episcopum Gibbensem.

Stanley politanum, noviter erecta archidioecesi, Nicolaum Kinsch, iam Episcopum Mastaurensem in Asia.

BuJcavuensem, noviter erecta archidioecesi, Ludovicum Van Steene, iam Episcopum Bennefensem.

Luluaourgensem, noviter erecta archidioecesi, Bernardum Meis, iam Episcopum Belalitanum.

EUsabetliapolitanum, noviter erecta archidioecesi, Iosephum Floribertum Cornelis, iam Episcopum Tunetensem.

Kabgayensem, noviter erecta archidioecesi, Andream Perraudin, iam Episcopum Cataquensem.

Eitegäensem, noviter erecta archidioecesi, Antonium Grauls, iam Episcopum Madensem.

Petrensem in Palaestina, Evelium Diaz et Cia, iam Episcopum Lamdiensem, Coadiutorem sedi datum Emi P. D. Emmanuelis S. R. E.. Cardinalis Arteaga et Betancourt, Archiepiscopi S. Christophori de Habana.

Parianum, Secundum Garcia de Sierra et Méndez, iam Episcopum Barbastrensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Francisci Xaverii Lauzurica et Torralba, Archiepiscopi Ovetensis.

Selymarianum, Aloisium Iosephum Muench, iam Archiepiscopum-Episcopum Fargensem.

EPISCOPOS

Numidensem, Paulum Bui-chu Tao, Administratorem Apostolicum de Phat Diem.

Octabensem, Michaelem Kien Samophithak, Vicarium Apostolicum Tharensem.

Eieritanum, Leonem Biais, iam Episcopum Princip. Albertensem, Auxiliarem Emi P. D. Pauli Aemilii S. R. E. Cardinalis Léger, Archiepiscopi Marianopolitana

Princip. Albertensem, Laurentium Morin, iam Episcopum Arsamosatenum.

Orcistenum, Paulum Piché, Vicarium Apostolicum Mackenzieensem.

Sergentzensem, Robertum E. Tracy, Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Schexnayder, Episcopi Lafayettensis.

Lycaonensem, Henricum Jenny, Auxiliarem Excmi P. D. Aemilii Guerry, Archiepiscopi Cameracensis.

Justinianopolitanum in Galatia, Petrum Pham Tan, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aloisii de Cooman, Vicarii Apostolici de Than-hoa.

Lamdiensem, Evelium Diaz et Cia, iam Episcopum Pinetensem ad Flumen, Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S.R.E. Cardinalis Arteaga et Betancourt, Archiepiscopi S. Christophori de Habana.

A Domina Nostra de la Altagracia in Higiley seu *Higueyensem,* noviter erecta dioecesi, Ioannem Felicem Pepén.

Arethusium, Iacobum Guilhem, Coadiutorem cum iure successionis Excími P. D. Mauritii Pauli Rousseau, Episcopi Valleguidonensis.

Saitanum, Amandum Hubert, Vicarium Apostolicum Heliopolitatanum in Aegypto.

Tsiroanomandidyensem, noviter erecta dioecesi, Angelum Martinez.

8. Caroli Ancudiae, Alexandrum Duran Moreira.

Castromartianum, Platonem V. Kornyljak, Exarchum Apostolicum pro fidelibus Ucrainis et Ruthenis ritus byzantini in Germania.

Eadrianiensem in Hellesponto, Constantium Micci, Auxiliarem Excmi P. D. Oddonis Bernacchia, Episcopi Larinensis et Thermularum.

Arsamosatenum et Praelatum nullius Coroicensem, Thomam Manning.

Tulearensem, noviter erecta dioecesi, Michaelem Henricum Canonne.

Lebediensem, Iosephum Nkongolo, primum Vicarium Apostolicum Lueboënsem.

Nzerelcoreënsem, noviter erecta dioecesi, Eugenium Maillât.

Abercornensem, noviter erecta dioecesi, Adolfum Fürstenberg, iam Episcopum Termessensem.

De Fort Jameson, noviter erecta dioecesi, Firminum Courtemanche, iam Episcopum Carystensem.

Dedzaënsem, noviter erecta dioecesi, Cornelium Chitsulo, iam Episcopum Bonitzensem.

Kasamaënsem, noviter erecta dioecesi, Marcellum Daubechies, iam Episcopum Regiensem.

Lilongwensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Fady, iam Episcopum Abaradirensem.

Livingstonensem, noviter erecta dioecesi, Timotheum Fedliminum 0'Shea, iam Episcopum Hierocaesariensem.

Ndolaënsem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Constantinum Mazzieri, iam Episcopum Coelianensem.

Zombaënsem, noviter erecta dioecesi, Laurentium Pullen Hardman, iam Episcopum Attanasensem.

Caesariensem in Thessalia, Paulum Savino, Auxiliarem Emi P. D. Alfonsi S. R. E. Cardinalis Castaldo, Archiepiscopi Neapolitani.

Tubiensem, Alfredum Bengsch, Auxiliarem Emi P. D. Iulii S. R. E. Cardinalis Doepfner, Episcopi Berolinensis.

Sancti Matthaei, noviter erecta dioecesi, Iosephum Dalvit.

Centenariensem et Praelatum nullius S. Antonii de Balsas, Didacum Parodi.

Mouilaënsem, noviter erecta dioecesi, Raimundum de Lamoureyre.

Abaradirensem, Iosephum Byrne, iam Episcopum Moshiensem.

Barcaeum, Ferdinandum Piontek.

Brittinoriensem, Iosephum Bonacini.

Antiphrensem, Ioannem J. Maguire, Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Spellman, Archiepiscopi Neo-Eboracensis.

Athribitanum, Henricum Grzondziel, Auxiliarem Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis, pro archidioecesi Gnesnensi.

Irenopolitanum in Cilicia, Georgium Jacquot, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Augusti Bonnabel, Episcopi Vapincensis.

Coelianensem, Franciscum Janssen, Vicarium Apostolicum Gimmaënsem.

Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Innocentii Engelke, Episcopi Campaniensis in Brasilia, Othonem Motta, Episcopum Uzitensem.

Simlensem, noviter erecta dioecesi, Ioannem Burke.

Diospolitanum Inferiorem, Mauritium Choquet, Auxiliarem Excmi P. D. Alberti Francisci Cousineau, Episcopi Capitis Haitiani.

Carystensem, Ioannem Lenhardt, Auxiliarem Excmi P. B. Iosephi Schneider, Archiepiscopi Bambergensis.

Andegavensem, Petrum Veuillot.

Alabandensem, Michaelem Ntuyahaga, primum Vicarium Apostolicum Usumburaënsem.

Tlaxcalensem, noviter erecta dioecesi, Aloisium Munive Escobar.

Nazarensem in Brasilia, Emmanuelem Pereira da Costa, iam Episcopum Tiniensem.

Pamaibensem, Paulum Hippolitum de Souza Liborio, iam Episcopum Caruaruensem.

Oeirensem, Edilbertum Dinkelborg.

Scyrium, Bernardum Schräder, Auxiliarem Excmi P. D. Helmuti Hermanni Wittler, Episcopi Osnabrugensis.

Sololensem, Angelicum Melotto.

Fuldensem, Adolf um Bolte, iam Episcopum Cibyratensem.

Kandiensem, Leonem Nanayakkara.

Hiroshimaënsem, noviter erecta dioecesi, Ioannem Baptistam Tokisuke Nöda, qui muneri suo iam renuntiavit.

Tinistensem, Zenonem Albinum Testa, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aloisii Marinoni, Vicarii Apostolici Asmarensis.

Termessensem, Honoratum Piazera, Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

Attanasensem, Iosephum Malula, Auxiliarem Extííhi P. D. Felicis Scalais, Vicarii Apostolici Leopoldopolitani.

Cucutensem, Paulum Correa León, iam Episcopum Gisipensem.

Aperlitanum, Ferdinandum Baldelli.

Banialucensem, Alfredum Pichler.

Bonitzensem, Thaddaeum Etter, Auxiliarem Excmi P. D. Antonii Baraniak, Archiepiscopi Posnaniensis.

Rhandensem, Ioannem Laurentium Kulik, Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis Klepacz, Episcopi Lodzensis.

Cachoëirensem de Itapemirim, noviter erecta dioecesi, Aloisium Gonzaga Peluso, iam Episcopum Lorenensem.

Sanctae Crucis in Brasilia, noviter erecta dioecesi, Albertum Etges.

Vigorniensem, Bernardum Iosephum Flanagan, iam Episcopum Norvicensem.

Peoriensem, Ioannem Baptistam Franz, iam Episcopum Dodgepolitanum.

Pueblensem, Carolum A. Buswell.

Caruaruensem, Augustum Carvalho.

Sancti Andreae de Tuœtla, noviter erecta dioecesi, Iesum Villareal Fierro, iam Episcopum Tehuantepecensem.

Tehuantepecensem, Iosephum Alba Palacios, iam Episcopum Amisenum.

Emmausensem, Iolanthum Nuzzi, Auxiliarem Emi P. D. Marcelli S. R. E. Cardinalis Mimmi, Episcopi Sabinensis et Mandelensis.

Cibyratensem, Petrum Georgium Chiapperò.

Sorsogonensem, Arnolfum Arcilla.

Rosariensem, Silvinum Martínez, iam Episcopum Sancti Nicolai de Los Arroyos.

Sancti Nicolai de los Arroyos, Franciscum Vennera, iam Episcopum Abitinensem.

Sirmiensem, Stephanum Bäuerlein, iam Episcopum Heracleensem Ponticum.

Campi Moranensis, noviter erecta dioecesi, Eliseum Simonem Mendes, iam Episcopum Mossorensem.

Vallis Paradisi, Radulf um Silva Henriquez.

Regiensem, Thomam J. Riley, Auxiliarem Emi P. D. Richardi Iacobi S. R. E. Cardinalis Cushing, Archiepiscopi Bostoniensis.

Ibaguensem, Ruben Isaza Restrepo, iam Episcopum Monteriensem.

Gisipensem, Petrum Rougé, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Girbeau, Episcopi Nemausensis.

Bomaënsem, noviter erecta dioecesi, Andream Jacques, iam Episcopum Ingilinum.

Inongoënesm, noviter erecta dioecesi, Ioannem van Cauwelaert, iam Episcopum Metropolitanum in Asia.

Ipamuensem, noviter erecta dioecesi, Renatum Toussaint, iam Episcopum Oalamensem.

Kikuitensem, noviter erecta dioecesi, Andream Lefebvre, iam Episcopum Raphaneotanum.

Kisantuensenij noviter erecta dioecesi, Alfonsum Verwimp, iam Episcopum Ucculensem.

Matadiensem, noviter erecta dioecesi, Alfonsum Mariam Van den Bosch, iam Episcopum Philitanum.

BasanJcusuensem, noviter erecta dioecesi, Gulielmum van Kester, iam Episcopum Legiensem.

BiJcoroënsem, noviter erecta dioecesi, Camillum Vanderkerckhove, iam Episcopum Sufetulensem.

Lisalaënsem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Van den Bergh, iam Episcopum Bosetanum.

Molegbenseni, noviter erecta dioecesi, Leonem Theobaldum Delaere, iam Episcopum Fesseitanum.

Bondoënsem, noviter erecta dioecesi, Andream Creemers, iam Episcopum Belabitensem.

Buniaënsem, noviter erecta dioecesi, Alfonsum Iosephum Matthysen, iam Episcopum Berenicensem.

Butaënsem, noviter erecta dioecesi, Georgium Desideratum Raeymaekers, iam Episcopum Mariammitanum.

Niangaraënsem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Oddonem De Wilde, iam Episcopum Tadamatensem.

Vambaënsem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Petrum Albertum Wittebols, iam Episcopum Callipolitanum.

Beiiensem, noviter erecta dioecesi, Henricum Iosephum Piérard, iam Episcopum Andropolitanum.

Kasangoënsem, noviter erecta dioecesi, Richardum Cleire, iam Episcopum Claudiopolitanum in Isauria.

Kinduensem, noviter erecta dioecesi, Ioannem Fryns, iam Episcopum Ariassensem.

Kabindaënsem, noviter erecta dioecesi, Georgium Kettel, iam Episcopum Thabracensem.

Tshumbeensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Augustinum Hagendorns, iam Episcopum <0affenum.

Luenoënsem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Nkongolo, iam Episcopum Lebediensem.

Balduinopolitanum, noviter erecta dioecesi, Urbanum Stephanum Morlion, iam Episcopum Tarasensem in Numidia.

Kongoloënsem, noviter erecta dioecesi, Gustavum Iosephum Bouve, iam Episcopum Oremnensem.

Kaminaënsem, noviter erecta dioecesi, Victorem Mariam Petrum Keuppens, iam Episcopum Acmoniensem.

SaJcaniensem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Lehaen, iam Episcopum Hyllarimensem.

Nyundoënsem, noviter erecta dioecesi, Ludovicum Bigirumwami, iam Episcopum Garrianensem.

Ngoziensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Martin, iam Episcopum Olivensem.

TJ sumburaënsem, noviter erecta dioecesi, Michaelem Ntuyahaga, iam Episcopum Alabandensem.

Cisamensem, Nicolaum Troshani.

Chiapasensem, Samuelem Ruiz García.

Labacensem, Antonium Vovk, iam Episcopum Cardicensem.

Manchesteriensem,, Ernestum A. Primeau.

JSforvicensem, Vincentium J. Hines.

Philomeliensem, Iacobum I. Hogan, Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Gulielmi Ahr, Episcopi Trentonensis.

Civitatis Obregonensis, noviter erecta dioecesi, Iosephum Soledad Torres.

Pegaeum, Innocentium Alfredum Russo, iam Episcopum Bovinensem.

ABBATEM ((NULLIUS))

Einsiedlensem, Raimundum Tschudy.

Denique Beatissimus Pater confirmasse se dixit electiones canonice factas in Synodo Episcoporum Syrorum R. D. Antonii Hayek, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Aleppensem Syrorum, et R. D. Emmanuelis Benni, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Mausiliensem Syrorum; confirmasse quoque electionem canonice factam in Synodo Episcoporum Armenorum R. P. Georgii Layek, ad Archiepiscopalem Ecclesiam Aleppensem Armenorum; ratam praeterea habuisse electionem canonice factam in Synodo Episcoporum Melchitarum R. D. Iosephi Tawil, ad Ecclesiam titularem Archiepiscopalem Myrensem Melchitarum.

v - PRAESTATIO IURAMENTI

Provisione Ecclesiarum peracta, Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, Episcopus Tusculanus, iuramentum de more praestitit.

vi - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde ***per procuratores*** postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis : ***Blantyrensi*** (noviter erecta), ***Lusahensi*** (noviter erecta), ***Bogotensi, NagasaMensi*** (per elevationem sedis), ***Durangensi, Parahybensi, Manizalensi, Kadunaënsi*** (per elevationem sedis), ***Neo-Pampilonensiy Leopoldopolitana*** (noviter erecta), ***Goquilhatvillensi*** (noviter erecta), ***Stanleypolitana*** (noviter erecta), ***Bukaimensi*** (noviter erecta), ***Luluaburgensi*** (noviter erecta), ***Elisabethapolitana*** (noviter erecta), ***Kabgayensi*** (noviter erecta), ***Kitegaënsi*** (noviter erecta) ; item pro Archiepiscopali ***Atheniensi*** et Episcopali (ex privilegio) ***Quinque Ecclesiensi*** (per successionem).

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria v, die xvn mensis Decembris anno **MCMLIX**, in Basilica Vaticana ***Consistorium Publicum*** fuit, in quo Sanctissimus Dominus Noster Ioannes PP. XXIII Galerum rubrum Pontificalem sollemniter im-

posuit Emis ac Revmis DD. Cardinalibus praesentibus, in Consistorio Secreto feriae secundae superioris creatis, scilicet:

GUSTAVO TESTA,
ALOISIO IOSEPHO MUENCH,
ALBERTO GREGORIO MEYER,
ARCADIO LARRAONA,
FRANCISCO MORANO,
VILLELMO THEODORO HEARD,
AUGUSTINO BEA.

Interim, per Advocatos Sacri Consistorii, peroratio fiebat Causarum Servorum Dei : Iosephi Benedicti Dusmet, Archiepiscopi Cardinalis, ex Ordine S. Benedicti; Friderici Antonii Ozanam; et Francisci de Montmorency Laval, Episcopi.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

Absoluto Publico Consistorio in Basilica Vaticana, eodem die in consueta Aula consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium Secretum,* in quo Beatissimus Pater, supradictis novis Cardinalibus, ut de more, clauso ore, sequentes proposuit Ecclesias.

I - PROVISIO ECCLESIARUM

Archiepiscopali Ecclesiae Perusinae praefecit Exc. P. D. Raphaelem Baratta, hactenus Episcopum Reatinum.

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Bosporanae Exc. P. D. Ioannem Villot, hactenus Episcopum Vindensem, Coadiutorem cum iure successionis constitutum Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Gerlier, Archiepiscopi Lugdunensis.

Cathedrali Ecclesiae Bovinensi Revmum D. Renatum Luisi.

Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae Angelorum, nuper erectae, Revmum D. Emmanuelem Sánchez Beguiristain.

Titulari Episcopali Ecclesiae Augustopolitanae in Phrygia R. D. Marium Maziers, quem deputavit Auxiliarem Eimi P. D. Petri S. R. E. ~ Cardinalis Gerlier, Archiepiscopi Lugdunensis.

II - ORIS APERITIO ET TITULORUM ADSIGNATIO

Postea Beatissimus Pater os aperuit novensilibus Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibus aliisve functionibus Cardinalitiis suas valerent dicere sententias, eisque anulos tradidit, singulisque adsignavit :

GUSTAVO TESTA, *Titulum S. Hieronymi Illyricorum.*

ALOISIO IOSEPHO MUENCH, *Titulum S. Bernardi ad Thermas.*

ALBERTO GREGORIO MEYER, *Titulum S. Caeciliae.*

ARCADIO LARRAONA, *Diaconiam Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios.*

FRANCISCO MORANO, *Diaconiam Ss. Cosmae et Damiani.*

VILLELMO THEODORO HE ARD, *Diaconiam S. Theodori in Palatio.*

AUGUSTINO BEA, *Diaconiam S. Salae.*

III - POSTULATIO PALLII

Deinde *personaliter* institit pro sacro Pallio Exc. P. D. Raphael Baratta pro Archiepiscopali Ecclesia *Perusina.*

LITTERAE APOSTOLICAE
MOTU PROPRIO DATAE

ACADEMIA MARIANA INTERNATIONALIS PONTIFICIAE ACADEMIAE TITULO DECORATUR.

Maiora in dies sumere incrementa Marialem cultum hac nostra licet animadvertere aetate; nam et artes et theologicae potissimum disciplinae certatim contendere videntur, ut populi christiani fidem pietatemque suam roborent et augeant erga Virginem Mariam, quae divino Spiritu permota de se miro prorsus cantico vaticinata est: « Beatam me dicent, inquiens, omnes generationes».[1]

i Luc. I, 48.

Ad rem aptissime imm. mem. proximus Decessor Noster Pius XII scripsit in Constitutione Apostolica *Munificentissimus Deus:* « Cernere ... magno Nobis solacio est dum catholica fides publice actuoseque manifestatur, pietatem erga Deiparam Virginem vigere ac fervescere cotidie magis ac fere ubique terrarum melioris sanctiorisque vitae praebere auspicia. Quo fit ut, dum Beatissima Virgo sua materna munia pro Christi sanguine redemptis amantissime explet, filiorum mentes animique ad studiosiorem eius privilegiorum contemplationem impensius excitentur ».[2]

Porro ex hoc Marialis sive doctrinae sive pietatis profectu Academia Mariana Internationalis ortum habuit. Ea enim condita est ut « efficaciter promoveret atque foveret studia potissimum scientifica tum speculativa tum historico-critica de Beatissima Virgine Maria »;[3] atque adeo hac de causa, scripta quaedam collectanea ad propositum finem assequendum eden^ da curavit. Aliud quoque susceptum consilium, scilicet « ut opportunis temporibus promoveantur conventus Mariales internationales, hebdomadae ac conferentiae, seu acroases Mariales »,[4] prospero omnino exitu ad effectum perductum esse videtur, frequentibus praesertim ex universis gentibus conventibus habitis annis MCML, MCMLIV, MCMLVIII, quorum celebratorum coetuum edita egregie sunt acta in commentariis quae inscribuntur « Alma Socia Christi », « Virgo Immaculata », « Maria et Ecclesia ».[5]

Ex quibus luculentissime sane apparet quam egregie haec Academia Mariana de Marialis doctrinae pietatisque profectu meruerit.

Exquisitissimis itaque fructibus, quos memorata Academia edere valuit, attente perpensis, ipsam titulo, iuribus et privilegiis *Pontificiae Academiae* decorandam esse censuimus.

Nobis autem in votis est ut haec Nostra Academia, quemadmodum hactenus ita et in posterum, cum aliis Academiis et Societatibus Marialibus, ubique terrarum exstantibus, consociatis viribus et collatis consiliis, in laudes et honores Virgini

2 Pius XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus; A. A. S.,* XLII, 1950, p. 753.

s *Statuta Acad. Mar. Inter.,* art. 1.

* *Ioidem,* art. 2.

s Cfr. *Nuntia periodica,* n. 6, Romae, 1959, 78-84.

Mariae tribuendus, operam amice disponat, normis a Decessore Nostro Pio XII imm. record, datis, occasione secundi Conventus Mariologici Internationalis, diligenter servatis,[6] quibus sane cavetur ne Mariologia, sanis solidisque nisa fundamentis sive falso immodicoque ausu veritatem supergrediatur, sive nimia prematur angustia in singulari illa consideranda dignitate Matris Dei almaeque Sociae Christi Redemptoris.

Praeterea, quo conventus ex omnibus nationibus Mariologico-Mariani certius et stabilius congregentur, illis ordinandis praeponi decernimus peculiare ac stabile Consilium, quod eidem Academiae ab actis erit.

Quae omnia ad honorem Domini Nostri Iesu Christi, qui unus est Mediator Dei et hominum, necnon in laudem Beatissimae Virginis Mariae Matris nostrae, edicere placet, quam Decessor Noster imm. record. Leo XIII appellat « permagnum unitatis christianae praesidium»,[7] quamque iam antiquitus Ecclesia catholicae unitatis Matrem venerata est, Matrem videlicet unientem Caput Corpori, Christum Ecclesiae, Sponsum Sponsae, per quam — ut Damascenus nos edocet — « inter unius sanctae, catholicae atque apostolicae Ecclesiae cives adscripti sumus ».[8]

Haec Nos hisce Litteris Motu Proprio datis statuimus ac decernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Virginis Mariae, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

[6] **Pius XII, Nuntius radiophonicus iis qui interfuerunt Conventui Internationali Mariologico-Mariano Eomae habito;** *A. A. S.,XL* **VI, 1954, pp. 677-80.**

[7] **LEO XIII, Litt. Enc.** *Adiutricem populi,* **in** *Leonis XIII Acta,* **XV, p. 308.**

[8] **S. IOHANNES DAMASCENUS,** *In Annuntiationem sanctissimae Dominae nostrae Dei Genitricis sermo; PG,* **96, 656.**

NUNTIUS

OMNIBUS CHRISTIFIDELIBUS AC ORBIS TERRARUM GENTIBUS DATUS, PRIDIE PERVIGILIUM NATIVITATIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, ADSTANTIBUS EMIS PP. CARDINALIBUS ET ROMANAE CURIAE PRAELATIS.

Venerabili Fratelli : diletti figli,

Eccoci a Natale : il secondo Natale del Nostro Pontificato. Scorgendolo a distanza, uniti spiritualmente con Maria e con Giuseppe nel cammino verso Betlemme, pregustiamo da parecchi giorni la dolcezza che ci viene incontro del canto angelico, annunziante la pace celeste offerta a tutti gli uomini di buona volontà, e così, di giorno in giorno, riflettiamo che la strada verso Betlemme segna veramente la traccia del buon avviamento verso la pace quale è sulle labbra, nelle ansie, nel cuore di tutti.

I richiami della Liturgia negli accenti del Papa Leone Magno già ci ammonivano con invito festoso : « Esultate nel Signore, o dilettissimi : allietatevi di spirituale giocondità, perchè il giorno della redenzione si rinnova, il giorno della antica aspettazione, Pannunzio della eterna felicità E accanto e quasi in coro con quella voce solenne e toccante, che ci viene dal secolo v, sentiamo come sollevarsi tutte insieme le voci imploranti dei Sommi Pontefici che governarono la Chiesa e prima e dopo le due guerre, che straziarono l'umanità in questo nostro secolo : le voci, più vicine a noi, dei diciannove messaggi natalizi del nostro Santo Padre Pio XII, di sempre tanto cara e felice memoria.

Continuato invito dunque ad accelerare i nostri passi sulle vie di Betlemme, che per noi sono le vie della pace.

Nel mondo odierno quante vie della pace vengono proposte e imposte : e quante vengono suggerite anche a noi, che pur godiamo, come Maria e Giuseppe, la sicurezza di conoscere la nostra strada, e non temiamo di potere errare.

Dal secondo dopo guerra, infatti, a questa parte, quanta varietà di espressione : e quanto abuso di questa santa parola : *Pax, pax.*[2]

Noi rendiamo omaggio e rispetto alla buona volontà di tanti esploratori ed annunziatori di pace nel mondo: uomini di Stato, diplomatici esperimentati, scrittori valenti.

[1] *Serm. XXII in Nativitate Domini II,* cap. 1, PL 54, 193.

[2] *Ier.* 6, 14.

Ma gli sforzi umani in materia di universale pacificazione sono ancora ben lungi dai punti di intesa tra cielo e terra.

Gli è che la vera pace non può venire che da Dio : non ha che un nome : *Pax Christi;* non ha che un volto, quello impressole da Cristo, il quale, quasi per prevenire le contraffazioni dell'uomo, ha sottolineato : « Io vi lascio la pace, io do a voi la mia pace » .[3]

LA PACE CRISTIANA

Triplice è l'aspetto della vera pace :

Pace dei cuori. - La pace è anzitutto un fatto interiore, dello spirito, e ne è fondamentale condizione la dipendenza amorosa e filiale alla volontà di Dio : « O Signore, ci hai fatti per te e il nostro cuore non è quieto se non riposa in te » .[4] Tutto ciò che indebolisce, che rompe, che spezza questa conformità e unione di volontà, è in opposizione con la pace: prima di tutto e soprattutto la colpa, il peccato. « Chi resiste a lui ed ha avuto pace? » .[5] La pace è la felice eredità di coloro che osservano la legge divina : *Pax multa diligentibus legem tuam.*[6]

A sua volta la buona volontà non è che il sincero proposito di rispettare la legge eterna di Dio, di uniformarsi ai suoi precetti, di seguire le sue vie : di stare, in una parola, nella verità. Questa è la gloria che Dio si attende dall'uomo. *Pax hominibus bonae voluntatis.*

Pace sociale. - Questa si basa solidamente sul mutuo e vicendevole rispetto della dignità personale dell'uomo. Il figlio di Dio si è fatto uomo, e la sua redenzione non investe solo la collettività, ma anche l'uomo singolo : ((Egli ha amato me, ed ha dato se stesso per me ». Così S. Paolo ai Galati : *Ipse dilexit me et tradidit semetipsum pro me.*[7] E se Dio ha amato l'uomo a tal punto, ciò significa che l'uomo gli appartiene, e che deve assolutamente rispettarsi la persona umana. Tale l'insegnamento della Chiesa, che per la soluzione delle questioni sociali ha sempre fissato lo sguardo su la persona umana, ed ha insegnato che le cose e le istituzioni — i beni, l'economia, lo Stato — sono soprattutto per l'uomo ; e non l'uomo per esse. I turbamenti che scuotono la pace interna delle nazioni traggono origine principalmente proprio da questo, che

[3] *Io.* 14, 27.
[4] *S. Aug. Confess.* 1. I, c. 1, PL. 32, 661.
[5] *loo* 9, 4.
[6] *Ps.* 118, 165.
[7] *Gal.* 2, 20.

l'uomo è stato trattato quasi esclusivamente da strumento, da merce, da miserevole ruota di ingranaggi di una grande macchina, semplice unità produttiva. Solo quando si prenderà come criterio di valutazione dell'uomo e della sua attività la sua dignità personale, si avrà il mezzo per placare le discordie civili e le divergenze, spesso profonde, fra datori di lavoro, per esempio, e lavoratori, e soprattutto per assicurare all'istituto familiare quelle condizioni di vita, di lavoro e di assistenza, atte a fargli meglio svolgere la sua funzione di cellula della società e prima comunità da Dio stesso costituita per lo sviluppo della persona umana.

No : la pace non potrà avere solide fondamenta, se nei cuori non si alimenti il sentimento della fraternità, quale deve esistere fra quanti hanno una medesima origine, e sono chiamati ai medesimi destini. La consapevolezza di appartenere ad una unica famiglia estingue nei cuori la bramosia, la cupidigia, la superbia, l'istinto di dominazione sugli altri, che sono la radice dei dissensi e delle guerre ; essa stringe tutti in un vincolo di superiore e generosa solidarietà.

Pace internazionale. - La base della pace internazionale è anzitutto *la verità.* Giacché anche nelle relazioni internazionali vale il detto cristiano : « La verità sarà la vostra liberatrice » : *Veritas liberabit vos.*[8] Bisogna dunque superare certe concezioni erronee : mito della forza, del nazionalismo, o altro, che hanno intossicato la vita associata dei popoli, ed impostare la pacifica convivenza sui princìpi morali, secondo l'insegnamento della retta ragione e della dottrina cristiana.

Accanto, ed illuminata dalla verità, deve procedere *la giustizia.* Questa toglie le ragioni di rissa e di guerra, risolve le contese, fissa i compiti, precisa i doveri, risponde ai diritti di ciascuna parte.

La giustizia a sua volta deve essére integrata e sostenuta dalla *carità* cristiana. Cioè l'amore del prossimo, e verso la propria nazione, non deve ripiegarsi su se stesso, in una forma di egoismo chiuso e sospettoso del bene altrui, ma deve allargarsi ed espandersi per abbracciare, con moto spontaneo verso la solidarietà, tutti i popoli e con essi intrecciare relazioni vitali. Si potrà così parlare di *convivenza,* e non di semplice *coesistenza,* la quale, appunto perchè priva di questo afflato di solidarietà, solleva barriere dietro le quali si annidano il sospetto reciproco, il timore ed il terrore.

[8] *Io.* 8, 32.

GLI SMARRIMENTI DELL'UOMO NELLA RICERCA DELLA PACE

La pace è dono incomparabile di Dio. Ma è altresì suprema aspirazione dell'uomo. Essa è *indivisibile.* Nessuno dei lineamenti che costituiscono il suo volto inconfondibile può essere ignorato o escluso.

Poiché anche gli uomini della nostra età non hanno attuato integralmente le esigenze della pace, ne è derivato che le vie di Dio per la pace non si incontrano con quelle dell'uomo. Da qui la anormale situazione internazionale di questo dopoguerra, che ha creato come due blocchi, con tutti i suoi disagi. Non è uno stato di guerra, ma neppure è la pace, la pace vera, quella a cui aspirano ardentemente i popoli.

Sempre per il motivo che la pace vera è indivisibile nei suoi vari aspetti, essa non riuscirà a insediarsi sul piano sociale e internazionale, se non sarà anch'essa, e innanzitutto, un fatto interiore. Ci vogliono cioè prima di tutto — è necessario ripeterlo — gli « uomini di *buona volontà* » : giusto quelli a cui gli angeli di Betlemme annunciarono la pace : *Pax hominibus bonae voluntatis.*[9] Pace di Cristo agli uomini di buona volontà. Solo essi, infatti, possono realizzare le condizioni contenute nella definizione della pace data da S. Tommaso : l'ordinata concordia dei cittadini;[10] *ordine* dunque, *concordia.* Ma come potrà germinare questo duplice fiore dell'ordine e della concordia, se le persone che hanno responsabilità pubbliche, prima di vagliare i vantaggi e i rischi delle loro determinazioni, non si riconosceranno personalmente soggetti alle eterne leggi morali?

Bisognerà risolutamente togliere di mezzo gli ostacoli frapposti dalla malizia dell'uomo. Di questi ostacoli si avverte la presenza nella propaganda dell'immoralità, nelle ingiustizie sociali, nella disoccupazione forzata, nella miseria in contrasto con il privilegio di chi può indulgere allo sperpero, nel pauroso squilibrio fra progresso tecnico e progresso morale dei popoli, nella sfrenata corsa agli armamenti, senza che ancora si intraweda una seria possibilità di giungere alla soluzione del problema del disarmo.

L'OPERA DELLA CHIESA

Gli ultimi avvenimenti hanno creato un'atmosfera di così detta distensione che ha rinverdito in molti animi le speranze, dopo che, per tanto tempo, si è vissuto in uno stato di pace fittizia, in una situazione

[9] *Lue.* 2, 14.

[10] *Contra Gent.* III, e. 146.

quanto mai instabile, che più di una volta ha minacciato di rompersi.

Tutto ciò fa vedere come sia radicato nell'animo di tutti l'anelito della pace.

Affinchè questo comune desiderio prontamente si compia, la Chiesa prega con fiducia Colui che regge i destini dei popoli e può volgere al bene i cuori dei governanti. Non figlia del mondo, ma vivente ed operante nel mondo, essa, come innalzava fin dall'aurora del cristianesimo — così scriveva S. Paolo a Timoteo — « preghiere e suppliche e rendimento di grazie per tutti gli uomini : per i re e per tutti cojoro che si trovano in sublimità di potenza, affinchè possiamo condurre una vita tranquilla e quieta con tutta pietà e dignità così anche oggi accompagna con la sua preghiera quanto nelle relazioni internazionali giova alla serenità degli incontri, al regolamento pacifico delle controversie, all'avvicinamento dei popoli e alla mutua collaborazione.

Oltre alla preghiera la Chiesa mette a disposizione i suoi materni uffici, addita gli incomparabili tesori della sua dottrina, spinge i suoi figli a prestare la loro attiva collaborazione per la pace ricordando il celebre monito di Sant'Agostino : « È più grande gloria uccidere le guerre colla parola, che gli uomini col ferro : ed è vera gloria acquistare la pace con la pace ».[12]

Questo è compito ed officio proprio della Chiesa, adoperarsi per la pace, ed essa ha coscienza di non aver nulla omesso di quanto le era possibile di fare, per assicurarla ai popoli ed agli individui. La Chiesa guarda con favore ad ogni seria iniziativa, che possa giovare a risparmiare all'umanità nuovi lutti, nuove stragi, nuove incalcolabili distruzioni.

Purtroppo, non sono state tuttora rimosse le cause che hanno turbato, e turbano, l'ordine intemazionale. Occorre perciò inaridire le scaturigini del male : altrimenti rimarranno sempre minacciosi i pericoli per la pace.

Le cause del malessere internazionale vennero chiaramente denunciate dal Nostro Predecessore Pio XII, di immortale memoria, specialmente nei Messaggi natalizi del 1942 e del 1943. Sta bene il ripeterle. Queste cause sono : la violazione dei diritti e della dignità della persona umana e la manomissione di quelli della famiglia e del lavoro; il sovvertimento dell'ordinamento giuridico e del sano concetto dello Stato

» *1 Tim.* 2, 1-2.

[12] S. *Aug. Epist.* OGXXIX, n. 2, PL 33, 1019.

secondo lo spirito cristiano; la lesione della libertà, della integrità e della sicurezza delle altre Nazioni, qualunque ne sia la estensione; la sistematica oppressione delle peculiarità culturali e linguistiche delle minoranze nazionali; i calcoli egoistici di chi tende ad accaparrarsi le fonti economiche e le materie di uso comune, a danno degli altri popoli ; e, in particolare, la persecuzione della religione e della Chiesa.

Vuol notarsi ancora che la pacificazione che la Chiesa auspica, non può essere in alcun modo confusa con un cedimento o con un rilassamento della sua fermezza nei confronti di ideologie e sistemi di vita, che sono in opposizione conclamata e irriducibile con la dottrina cattolica ; nè significa indifferenza di fronte al gemito che arriva ancora sino a Noi dalle regioni infelici, dove i diritti dell'uomo sono ignorati, la menzogna è adottata per sistema. Nè tanto meno si può dimenticare il doloroso calvario della Chiesa del Silenzio, là dove i confessori della fede, emuli dei primi martiri cristiani, sono sottoposti a sofferenze e a tormenti senza fine per la causa di Cristo ; Queste constatazioni mettono in guardia da un eccessivo ottimismo : ma rendono tanto più fervida la nostra preghiera per un ritorno veramente universale al rispetto della umana e cristiana libertà.

Oh ! tornino, tornino tutti gli uomini di buona volontà a Cristo, ascoltino la voce del suo insegnamento divino, che è quello del suo Vicario in terra ; quello dei legittimi pastori, i Vescovi. Eitroveranno la verità, che libera dall'errore, dalla menzogna, dalla finzione; affretteranno il raggiungimento della pace di Betlemme, quella annunziata dagli angeli agli uomini di buona volontà.

ESORTAZIONI E VOTI PATERNI

Augurando così, pregando così, eccoci arrivati tutti come Maria e Giuseppe, come gli umili pastori discesi dai colli circostanti a Betlemme, come i Magi dall'Oriente, innanzi alla capanna del nato Salvatore.

O Gesù, che tenerezza questo arrivo delle nostre anime innanzi alla semplicità del presepio: che commozione soave e pia dei nostri cuori: che desiderio vivo di cooperare tutti insieme alla grande opera della pace universale innanzi a te, divino autore e principe della pace !

A Betlemme tutti devono trovare il loro posto. In prima fila i cattolici. La Chiesa, oggi specialmente, vuole vederli impegnati in uno sforzo di assimilazione del suo messaggio di pace, che è invito ad un orientamento integrale verso i dettami della legge divina che postula l'adesione risoluta di tutti, fino al sacrificio. All'approfondimento si deve associare

l'azione. In nessun mòdo i cattolici possono ridursi alla semplice posizione di osservatori, ma devono sentirsi come investiti di un mandato dall'alto.

Lo sforzo, senza dubbio, è lungo e faticoso.

Ma il mistero natalizio dà a tutti la certezza che nulla va perduto della buona volontà degli uomini, di quanto essi in buona volontà operano, forse senza esserne del tutto consapevoli, per l'avvento del regno di Dio sulla terra, e perchè la città dell'uomo si modelli sull'esempio della città celeste. Oh! la città — la *civitas Dei* — che S. Agostino salutava, splendente della verità che salva; della carità che vivifica; della eternità che assicura ! [13]

Venerabili Fratelli e diletti figli sparsi nel mondo intero.

Le ultime espressioni di questo secondo messaggio natalizio Ci richiamano al primo messaggio inviato al mondo, giusto il 23 dicembre 1958. Or fa un anno il nuovo successore di S. Pietro, ancora tutto vibrante delle prime emozioni della alta missione conferitagli di pastore della Chiesa universale, nella timidezza del nome di Giovanni, assunto ad indicazione di buona volontà insieme ansiosa e decisa, verso uh programma di preparazione delle vie del Signore, sùbito pensava alle valli da riempire, ed ai monti da abbassare, e si inoltrava nel suo cammino. Giorno per giorno gli accadde poi di riconoscere, in grande umiltà di spirito, che in verità la mano dell'Altissimo era con lui. Lo spettacolo delle folle religiose e pie, che da tutti i punti della terrà convennero qui á Eoma, o a Castel Gandolfo, per salutarlo, per udirlo, per chiederne la benedizione, fu continuo e toccante, spesso sorprendente e meraviglioso.

Ci vennero offerti anche dei domi, che conserviamo con sentimento di viva gratitudine. Tra i più graditi e significativi c'è un antico quadro di buona pittura veneziana, che rappresenta una sacra conversazione : Maria e Giuseppe con Gesù, e con un grazioso S. Giovannino, che a Gesù porge un dolce frutto, da questi accolto con un lieve sorriso, che diffonde su tutto l'insieme pittorico una soavità celestiale. Il quadro sta ora al posto d'onore ed è divenuto familiare alla Nostra preghiera quotidiana nell'oratorio Nostro più intimo.

"Vogliate concederci, Fratelli e figli diletti, di cogliere di là là ispirazione più felice per l'augurio di Natale, che godiamo distribuire a tutta la Chiesa Santa ed al mondo intero, con sguardo aperto e confidente.

[13] **Cfr. *Epist. CXXXVIII,* 3; PL 33, 533.**

La preoccupazione della pace di Betlemme è al primo posto delle Nostre sollecitudini : ma quella Sacra Conversazione si allarga innanzi ai nostri occhi, sino ad accogliere intorno ad essa, cioè intorno a Gesù, a Maria, a Giuseppe e a Giovanni, quanti, con Noi e con voi, nello spirito del ministero universale che fu confidato alla Nostra umile persona, Ci stanno innanzitutto a cuore *in visceribus Christi.* Vogliamo dire quanti soffrono delle ansietà e delle miserie della vita, e per cui Natale è dolce raggio di conforto e di speranza; gli ammalati e gli infermi, oggetto di attente e vigili cure e di singolarissima affezione : i sofferenti nello spirito e nel cuore per le incertezze dell'avvenire, per i disagi economici, per la umiliazione imposta a qualche colpa commessa

0 presunta ; i bambini, prediletti da Gesù e che per la loro stessa debolezza e fragilità impongono più sacro rispetto e richiedono attenzioni più delicate ; gli anziani della vita sovente tentati di qualche attimo di malinconia e di credersi inutili.

Innanzi a questa visione la Chiesa affida le sue intenzioni di preghiera e di augurio e le sue apostoliche cure per tutti costoro, perchè le sono prediletti, e non per essi solamente : ma ancora per tutti gli umili, i poveri, 1 lavoratori, i datori di lavoro ed i depositari del potere pubblico e civile.

E come potremmo, in questa antivigilia Natalizia, non ricordare i nostri venerabili Vescovi, sia di rito Latino che di rito Orientale, del cui fervore di santificazione personale e di dedizione alle anime gustammo nei frequenti incontri tutta la fraterna soavità? E le schiere generose e ardimentose dei missionari, delle missionarie, dei catechisti; ed il ceto compatto e nobile del clero secolare e regolare, e delle religiose appartenenti ad innumerevoli e benemerite Istituzioni; ed il laicato cattolico tutto acceso di fervore per le opere di pietà cristiana, di molteplice assistenza, di carità e di educazione? E neppure vogliamo dimenticare i nostri fratelli separati, per i quali sale incessantemente al Cielo la Nostra preghiera, affinchè si compia la promessa di Cristo : *unus pastor et unum ovile.*

Il compito dell'umile Papa Giovanni è quello di *parare Domino plebem perfectam/** esattamente come il compito del Battista suo omonimo e patrono. E non potrebbesi immaginare perfezione più alta e ^più cara che quella del trionfo della pace cristiana : che è pace dei cuori, pace nell'ordine sociale, nella vita, nella prosperità, nel mutuo rispetto, nella fraternità di tutte le nazioni.

" *Lue.* 1, 17.

Venerabili Fratelli e diletti figli : a questa *pax Christi,* la grande e luminosa pace del Natale, lasciate che ancora una volta Noi leviamo il Nostro pensiero ed il cuore : a tutti voi, sparsi nel mondo intero, il Nostro beneaugurante saluto di letizia universale e la Nostra Apostolica Benedizione.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. S. PRAXEDIS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CTRIACI, SACRAE CONGREGATIONIS CONCILII PRAEFECTUM, QUINQUAGESIMUM NATALEM SACERDOTII CELEBRATORUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quinquagesimum natalem sacerdotii celebraturo tibi, Dilecte Fili Noster, ut effusa vota et gratulationes afferamus, animum inducunt non solum existimatio optima et benevolentiae caritas, quae erga te alte pectori Nostro inhaerent, sed etiam dulcis recordatio et memoria remotae adulescentiae, quam ecclesiasticis studiis, brevi intervallo annorum interposito, in Pontificio Seminario Romano ad S. Apollinaris nos asserentes transegimus.

Ex eo tempore, quamquam diversa carpsimus itinera, attentis et amantibus curis Nos te prosecuti sumus, in variis et multiplicibus muneribus operam tuam navantem. Nam in Pontificio Athenaeo a Propaganda Fide philosophiam ac sacrae theologiae principia docuisti, in Romana Curia gravis ponderis perfunctus es officiis et, ob comparata tibi merita ad celsiora provectus, primo in Cecoslovachia, deinde in Lusitania Apostolicus Nuntius fuisti. Acie mentis, vigore ingenii, dexteritate et peritia rerum praeditus, huic Petri Sedi virili amore astrictus, inter aspera et dura multa in rei effectum deduxisti, quae catholico nomini salutaria contigerunt.

A proximo fel. rec. Decessore Nostro Pio XII in Purpuratorum Patrum Collegium adscitus, praeter alia diligentiae tuae commissa, Sacro Consilio Tridentinis Decretis interpretandis praepositus es, ibique haud minore prudentia quam sollertia expedís negotia, quae natura sua saepe sunt ardua et numero in dies increbrescunt.

Haec omnia honori tuo tribuentes, a summo aeternoque Deo supplici prece lumen' et robur poscimus, ut, animi et corporis viribus integer', iseneetà ùberi floreas atque actuose ac diu in huius Petri Sedis utilitatem et decus comparandum elabores.

Haec ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, Apostolicam Benedictionem, paternae caritatis testem, impertimus eamque libenter volumus ad universos quoque pertinere, qui tibi adiutricem operam navant vel sacro anniversario tuo intererunt. *

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvin mensis Novembris, anno **MCMLIX**, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

II

AD EMOS PP. DD. IOSEPHUM S. R. E. CARD. FRINGS, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM ; IOSEPHUM S. R. E. CARD. WENDEL, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM ; IULIUM S. R. E. CARD. DOEPFNER, EPISCOPUM BEROLINENSEM '; ALIOSQUE EXCMOS PP. DD. GERMANIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM ORDINARIOS : COMMUNIBUS OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET.

IOANNES PP. XXIII

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Apostolici muneris inter ardua suavi Nobis lenimini fuerunt diligentiae plenae litterae, quas vos, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, modo ad Nos misistis, cum, ut singulis annis soletis, Fuldae apud mortales exuvias S. Bonifatii, orthodoxae fidei firmae columnaè et patriae vestrae caelestis patroni praeseiitissimi, communibus Dioecesium vestrarum utilitatibus consulturi, una simul vestra contulistis consilia.

Quemadmodum ratio et ordo caritatis poscunt, qua nihil credentibus dulcius, nihil est salutarius, laeta et maestà Nobis renuntiantis, ut de illis simul vobiscum gaudeamus, haec paterna voce leniamus, in omnibus temporis adiunctis uno animorum concentu laudantes Deum, quem si diligimus, omnia, licet interdum abditum, vertuntur in bonum.

Hoc ad exitum vergente anno, magni momenti eventus apud vos contigit. In templo principe Augustae Trevirorum publicae venerationi fidelium Sacra Tunica proposita efficax causa fuit, cur illuc catervatim

piae turbae confluerent et conspicui catholicae pietatis fructus colligerentur. Quae quidem pietas eo spectabat, ut Christi Regis pro nobis Crucem passi maiestas devoto adoraretur obsequio ac simul Ecclesiae unitas, cuius illa vestis imago est, apertior e in lumine collocaretur. De firma huiusmodi unitate catholici (nullo non tempore recte et laete gloriabuntur ac disiuncti ab unico Christi ovili fratres eiusdem — hoc Nobis in votis est —- vividius desiderium per sen tient.

Proximo autem anno haud minoris momenti religiosa festa celebrabuntur, quae talia erunt, ut non solum gentis vestrae praeter modum religionis accendant studia, sed etiam ex toto catholico orbe ad vos convertant oculos et peregrinantium arcessant multitudinem : videlicet Monach ii in Bavaria ex universis nationibus Eucharisticus Conventus. Cum probe noverimus quam perite, accommode, diligenter huiusmodi sacra parentur sollemnia, pro certo habemus exspectationi parem, immo fortasse maiorem exitum fore, atque in ecclesiasticis Germaniae annalibus aureo stilo novam rem perpetua memoria recolendam inscriptum iri. Erga altaris Sacramentum pietas et cultus procul dubio maiora incrementa suscipiet, cui cumprimis id debetur, si catholica fides in regionibus vestris incolumis et tuta servata est. Cum autem tantum Sacramentum quo Christo unimur et Christo vescimur, Ecclesiae unitatem mystice designet et efficiat, quasi elato vexillo, ad adeunda maternae domus limina invitamentum erit et iis, qui procul ab Ecclesiae gremio sunt et inopia caelestis panis laborant.

Oecumenica Synodus, quam coactum iri enuntiavimus, vestra sine ulla haesitatione adsentientis animi studia assecuta est. Quin etiam placuit vobis tria deputare Consilia, ex Ecclesiastica ista Hierarchia delecta, ut in universali Concilio expendenda et pertractanda provide et cogitate pro virili parte proponantur.

Fatemur vobis animo Nostro alte defixam insidere spem Oecumenicam Synodum non uno nomine ac valide universo orbi terrarum profuturam esse. Flectat caelestis gratia hominum voluntates, ut praeiudicatis opinionibus devictis, ea quae ibi decernentur non solum singulis, sed et nationibus, Christi lege saluberrima reparandis, emolumentum afferant.

Praeter alia e litteris vestris nova luculentaque testimonia percepimus, quantopere apud vos beneficentiae opera floreant, quae quidem cives eiusdem catholicae fidei consortes et exteros quoque liberaliter attingunt. Semper habet unde det is, cuius pectus caritate abundat.

Verumtamen singulari digna esse laude censemus beneficia vestra

in regionibus, quae vulgo « Diaspora » appellantur, exquisitissima providentia collocata. Ibi exiguus catholicorum numerus, rari et solitarii sacerdotes. At in exemplum religionis amor ibidem flammescit, catholica vita integris viribus elucet. Hic illic decora sacella et affabre exaedificata sunt tempia vigilanti cura vestra, ovium Christi sollertes et amantes pastores, sumptu et largitate Consociationum, quae de catholico nomine insigniter merentur, apprime eius, quae a S. Bonifatio nominis et honoris habet insigne. -Quantus suscipitur labor, quanta diligentia impenditur, ut christifideles, etiam longinqui et semoti, dominicis et festis diebus Eucharistico sacro intersint et eorum filii catholica institutione imbuantur! Ad sacerdotes, ad religiosos sodales et sacras virgines, ad christifideles in « Diaspora » degentes haud sine paterna gratulatione singulares precationes Nostrae perveniant. Sciant ipsi Nos minime latere eorum solitudinis taedia, multis ex causis proficiscentes angustias, numquam sopitas sollicitudines. Pergant recto et celso animo pro catholica fide, qua nullus thesaurus pretiosior est, actuosam operam navare, eam in exemplum colere ac veritatis lumine et exercitatione virtutum radiantem efficere, ita ut qui ab ea procul sunt ad catholicam communionem et societatem inclinari et converti cupiant.

Convolat nunc cogitatio Nostra ad oves, quae legitima Christi saepta reliquerunt vel ignorant, de quibus Iesus Christus dixit : « Alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili » *(Ioan.* 10, 16).

Quot ex iis recta conscientia praediti sunt et religiosae veritati intimis inhiant votis. Praeconium tribuimus Nostrum iis qui libris, commentariis, sermonibus, colloquiis enituntur huiusmodi necessitatibus obviam ire et catholicae religionis augustum vultum patefaciunt nesciis vel praeiudicatis opinionibus a recta via aberrantibus. Ob id sodales nonnullorum religiosorum Ordinum et Congregationum adlaborant nec tenui cum fructu, quia apostolico animantur afflatu et aptis praesidiis utuntur. Utinam multi eorum sectentur exempla et missionali studio in sulcis pretiosa semina serant, ubi sudata, at gratior spiritualis messis succrescet.

Ad huiusmodi et ad alia pia conamina laude Nostra probanda et hortationibus acuenda, benignos vertat oculos Beatissima Virgo Maria, in cuius honorem in patriae vestrae finibus tot Sanctuaria exstructa sunt, catholicae fidei propugnacula, caelestium gratiarum fontes illimes, ditissimi, maternae aulae regali pulchritudine fulgentes, ubi superna solatia affluunt.

Beatissimi Iudae Apostoli verbis usi dilectos Catholicae Ecclesiae

in Germania filios ad. meliora et celsiora prosequenda adhortamur : « Vos autem, carissimi, superaedificantes vosmetipsos sanctissimae vestrae fidei, in Spiritu Sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate » *(lud. 20-21).*

Haec ominati tum vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, tum Christi ovibus moderationi vestrae concreditis Apostolicam Benedictionem, superni auxilii auspicem et paternae caritatis pignus, impertimus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Novembris, anno **MCMLIX**, Pontificatus Nostri altero.

IOANNES PP. XXIII

III

AD EMUM P. D. IACOBUM ALOISIUM TIT. S. HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM COPELLO, SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CANCELLARIUM, OCTOGESIMUM NATALEM CELEBRATURUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Benevolentiae caritas, qua te, Dilecte Fili Noster, amplectimur, nequaquam patitur, quin silentibus votis Nostris decurrat dies, qui mox tibi feliciter illucescet : octogesimum enim celebrabis natalem.

Emensum hoc aetatis spatium — longum mortalibus aevum — cum mentis oculis retro versis respexeris, id beneficiis, quae Deus tibi dilargitus est, haud sine suavi animi commotione sparsum miraberis ; indeque iustum sumes incitamentum, ut sueto impensiores omnium bonorum Largitori gratias agas.

Pia etiam memoria tunc recoles abs te gesta et perfecta in Dei gloriam animorumque salutem, et in catholicae rei profectum, praesertim cum Bonaerensi Ecclesiae tot per annos moderatus es. Opera abs te in rem deducta religionis tuum studium testantur, et a fel. rec. Decessore Nostro Pio XI digna habita sunt, quae singulari decorarentur praemio, cum te in Patrum Cardinalium Collegium adlegit.

Nunc Cancellarius Sanctae Romanae Ecclesiae a Nobis creatus, sueta diligentia, de qua gratulamur tibi, honestum munus persolvis, ac multum optamus ut in huiusmodi perfunctione diu dulcia haurias solacia.

Hac igitur faustitate eventus tibi cuncta felicia, salutaria, laeta percupimus atque, caelestium donorum auspicem, tum tibi, Dilecte Fili Noster, tum universis, qui te octogesimum natalem agentem festis circumstabunt laetitiis, Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Novembris anno **MCMLIX**, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

IV

AD EXCMOS PP. DD. LITHUANIAE EPISCOPOS, TRECENTESIMO ET QUINQUAGESIMO VOLVENTE ANNO A PIO MELCHIORIS GIEDRAITIS, EPISCOPI, OBITU.

IOANNES PP. XXIII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. •— Ut filiis perquam suave est gratam patris recordationem imo pectore condere et data occasione celebrare, ita sacrorum Pastorum exempla animo recolere populos quam maxime decet, quippe qui pro gregibus sibi commissis numquam fracta sollicitudine certaverint, iisque auro pretiosiorem doctrinae exemplique hereditatem reliquerint.

Quod inditae Lithuanorum genti, Nobis dilectissimae, hoc anno evenit — ut Nobis relatum est — cum trecentesimum et quinquagesimus completus sit annus, ex quo strenuus eorum Nationis Episcopus de mortali vita decessit : Melchiorem Giedraitis dicimus, quem adhuc populus vester praestanti sanctitudine ornatum esse testatur. Laetitiae igitur vestrae coronam quasi imponere cupientes, opportunitatem hanc silentio praeterire nolumus, siquidem illius res gestas proponendo eiusque virtutes omnium in memoriam reducendo Nos rem facturos esse arbitramur, quae huius temporis necessitatibus maxime congruat.

Melchior Giedraitis in omni vita, pietate ac magnitudine animi excelluit, ac veluti apostolus fuit, qui in Natione vestra sanctissimam Christi religionem provexit, roboravit, et in civium animis alte defixit. Ex quo enim, anno nempe **MDLXXVI**, ad Episcopalem dignitatem **XL** annos natus elatus est, nihil magis optavit quam ut « bonus miles Christi Iesu »[1] in Dei gloria augenda animorumque comparanda salute operam insu-

[1] *II Tim.* 2, 3.

meret: populum, qui variis adhuc erroribus implicabatur, ad christianam religionem aptius impensiusque colendam perduxit; curavit praeterea ut permulti, in quibus eximius fuit" optimatium numerus, qui a catholica veritate desciverant, ad Petri Cathedrae oboedientiam et obsequium redirent.

Quibus in rerum adiunctis mirum, quantum ipse sermone et actu vitae profecerit, recentis Tridentini Concilii praescriptis sedulo servatis: toto pectore in pastoralia officia incumbens, novas condidit paroecias ac templa exaedificavit, sacrorum rituum nitorem enixe provexit, christianam doctrinam omnibus populi ordinibus tradere enixus est. Quod catechesis promovendae propositum eius praecipuum fuit consilium ac sollertissimum opus: etenim sive idoneos ex ista regione sacerdotes formavit, qui patrio sermone utentes — ut ipse aliis praelucebat exemplo — facilius homines Christo lucrifacerent; sive libros evulgavit, quibus christiana praecepta quam latissime per patriae fines diffunderentur.

Haec quidem praeclarae virtutis exempla Nobis aptissima videntur, quae omnibus dilectis filiis e Lithuanorum gente impensiore quodam modo proponantur.

Novimus sane in quae incideritis tempora, quod quidem Nos gravi efficit maestitia. Iam diu enim Catholicae Ecclesiae in melita patria vestra multimode struuntur difficultates, tum ad sacrorum Antistitum sacerdotumque perfunctionem muneris, tum ad ipsam christianae vitae professionem quod attinet.

Sacri Pastores vel patria extorres vel extra propriam Dioecesim relegati longe a dilectissimo grege commorantur, vel non parum impediti sunt quominus libero apud suos plenoque munere fungantur. Sacerdotes non pauci, itemque plures e laicorum ordine, ob suam animi firmitudinem in fide retinenda ac in sacrosanctis Ecclesiae iuribus tuendis, vel in exsilium perrexerunt, vel in custodiae loca detrusi sunt, ubi saepenumero aegritudine ac dolore confecti e vita decesserunt. Religiosi Sodales dispersi, eorumque confiscata bona et domicilia; Catholicae Actionis sodalicia abolita; scholae vestrae proscriptae, in earumque locum aliae tantum invectae, in quibus non modo christianae doctrinae institutio praepeditur, sed atheismi etiam commenta magnis laudibus propagantur; Ecclesiae libertati civilis potestas non pauca repagula et impedimenta opponit; diaria denique, commentaria aliaque id genus scripta ad christianam doctrinam conformata, quae catholici elapso tempore copiose, docte utiliterque edebant, iamdiu taeent, atque desiderantur.

Quibus in rerum angustiis, illius viri instituta et exempla vitae «cunctis, qui christiano nomine istic censentur, incitamentum ad virtutem invicto robore exercendam procul dubio addet : in primis autem dilectissimo Lithuaniae Clero, quem tanta navitate praestare novimus, •quique demandato sibi muneri tam generose respondet.

Quam ob rem, Melchioris Giedraitis in raras animi dotes intuentes) -qui tantas rerum asperitates superavit, sint sacerdotes in medio populo perfecti homines Dei ad omne opus bonum instructi, atque idonei ministri novi Testamenti.[2] Eius sequantur et imitentur constantiam in asserendis rei catholicae iuribus, in christianis praeceptis, quantum possunt, tradendis, scientes verbum Dei alligari non posse.[3] Ac dum eosdem sacerdotes hortamur ut ((fortes in fide »[4] arctius in dies coalescant ad voluntatum conspirationem tuendam integrumque religionis thesaurum servandum, pro iis « Deum totius consolationis »[5] flagrantissime precamur.

Praeclari illius Lithuaniae Antistitis res gestas considerent et Christi fideles, ut catholicam fidem, veluti inenarrabilis pretii hereditatem et primam salutis honorisque causam ab ipso acceptam, aequo fortique animo servent, ad eiusque normam vitam suam conforment.

Novimus re vera eos catholicae religionis studiosissimos esse, ita ut, quotiens iis est facultas, superatis etiam longis itineribus gravibusque rerum adiunctis, templa adeant sacra participatum ; eosque itidem Romano Pontifici et legitimae Hierarchiae se fidelissimos praebere. •Quam ob rem iis paterno gratulamur animo, eosque impense rogamus ut, qua solent diligentia, haec omnia peragere ne desistant, ac potissimum Sacramentis refici, atque Eucharistico sacrificio diebus festis, si copia •detur, adesse pergant, ut vitam, quae exstingui nequit, constantissime hauriant.

Patres autem matresque familias adhortamur ut, gravissimi sui memores officii, susceptam prolem, cum praesertim adoleverit, verbo et exemplo optime educent, ad virtutes inflectant : cum enim ob tristia rerum adiuncta sacerdotes catechesim pueris tradere prohibeantur, parentes oportet ut se in locum Dei administrorum veluti sufficiant, iisque avitae fidei facem inexstinctam tradant. Iuvenes quoque, quos

[2] **Cfr.** ***II Tim.*** **3, 17;** ***II Cor.*** **3, 6,**

[3] **Cfr.** ***II Tim.*** **2, 9.**

[4] ***I Pt.*** **5, 9.**

[5] ***II Cor.*** **1, 3.**

paterna diligimus caritate, monemus ut ad Melchioris Giedraitis fortia egregiaque facinora respiciant, ut ab eo discant, quid sit pro fide catholica certare, eandemque omnibus defendere viribus.

Nos vota concipimus, ut meliores vobis dies illucescant: atque, aliquando simultatibus ac suspicionibus depositis, quibus Ecclesia Sancta turbatur ac praepeditur, omnibus in civium ordinibus ea vigeat pax atque concordia, quae firmo veluti fundamento una innititur Christi religione. Ac summum Deum suppliciter oramus, ut quae tantopere ab omnibus desiderantur, ea benignus concedat, deprecante suavissima Virgine Maria, cuiusvis labis ab origine nescia, in qua ratio fiduciae nostrae consistit; eam vos praesenti tempore flagrantiore pietate prosequi scimus, cum trecentesimus ac quinquagesimus commemoratus sit annus, ex quo populus vester Dei Genitricem Siluvae impense colere eoepit.

Vota autem Nostra volumus ut Apostolica Benedictio confirmet, quam, caelestium munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, vobis singulis, Venerabiles Fratres, atque clero populoque dilectae Lithuanorum Nationis, sive qui in patria, sive qui extra eius fines commorantur, peramanter impertimus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die 8 mensis Decembris, anno 1959, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

V

AD EMUM P. D. CLEMENTEM S. R. E. CARDINALEM MICARA, EPISCOPUM VELITEENUM AC VICE SACRA URBIS ANTISTITEM, OCTOGESIMUM AETATIS ANNUM IMPLENTEM.

IOANNES PP. XXIII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Octogesimum mox celebraturo natalem tibi, Venerabilis Frater Noster, merita cum gratulatione salutaria et laeta studemus percupere, quae quodam modo cumulum afferant publicis votis et pietatis significationibus, quibus faustus tibi illucescens iucundabitur dies.

Quod sane aeque poscunt benevolentia, qua te prosequimur, et bona existimatio qua erga te tenemur, cum indubiis testimoniis tuum reli-

gionis studium, prudentiam, sollertiam, in insumendis utilibus Ecclesiae causae laboribus dignoscamus.

Probe scimus, qua alacri et huic Petri Sedi dedita voluntate in pontificiis legationibus operam navaveris, primo minoribus in officiorum gradibus, ac deinde cum in Belgio Apostolici Nuntii munere functus es.

Ob praeclara huiusmodi merita proximus fel. rec. Decessor Noster eximio te praemio affecit, cum te in Purpuratorum Patrum Collegium ascivit et in Romana Curia gravis momenti, munera tibi attribuit. Enimvero Sacro Consilio legitimis ritibus cognoscendis praeposito, ac postea Sacro Consilio religiosis Ordinibus et Sodalitatibus moderanti te praefecit. Veliternus Episcopus creatus, vigili constantia et digna laude contentione enisus es, praesertim ut templum princeps et aliae aedes sacrae bello prostratae apta reparatione aut novo molimine consurgerent, et, e ruinis quoque sacrum Seminarium in praesentem aspectabilem formam excitaretur.

Vicaria potestate Urbis Antistes, pius, prudens et navus ad cotidiana ingentis ponderis negotia te asseris. Praecipua praeter alia tibi laus debetur, si complura aedificia sacra, spirituali fidelium curae necessaria, variis in almae Urbis regionibus culmina ad caelum extollunt, et de domicilio et profectu sacri ordinis alumnorum providas quoque curas egisti.

Supplici prece Deum oramus, ut tibi praesidium luminis et virtutis amplius in dies largiatur, et eo, quae nunc concipimus, vota benigne respiciat.

Haec ominati, tibi, Venerabilis Frater Noster, caelestis auxilii pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, eandemque et ad eos, qui natalem celebrantem festivis te circumstabunt laetitiis, libenter pertinere volumus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Decembris anno **MCMLIX**, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIO

Iis qui interfuerunt Conventui X Romae habito db Italica Catholicorum iuris peritorum Sodalitate. *

Siamo particolarmente lieti di accogliere oggi la vostra distinta adunanza, diletti figli, che vi fregiate del titolo così onorifico e impegnativo di Giuristi Cattolici. Siete convenuti a Roma per celebrare insieme il decimo Convegno, che si aggiunge alla lunga serie degli incontri annuali, organizzati dalla vostra Unione; e questo denota la serietà del vostro dovere, e l'assiduità continuata e feconda del comune lavoro, assai profìcuo.

Vi esprimiamo pertanto il più largo compiacimento per il programma che perseguite con tanta competenza, e nobiltà di sentire. Voi siete consapevoli della vostra alta missione, e volete viverla integralmente, alla luce di Dio e di una coscienza intemerata.

Giurista dice infatti anzitutto una persona altamente qualificata, di nobile fermezza e sensibilità : di profonda formazione interiore, intellettuale e morale, che affonda le sue radici negli anni fertili e generosi della giovinezza pensosa, e che continuamente si rinnova nello sforzo di un ininterrotto aggiornamento.

Giurista dice poi il severo interprete della legge : il custode e il difensore dei principi giuridici ; l'insonne operatore e artefice di quello sviluppo del diritto, che sta ancorato alle due tavole della Legge divina nella quale trova espressione e suggello la legge naturale, scolpita dalla mano creatrice di Dio in ogni anima umana. Il giurista ne applica ancora i comandi ai determinati casi della sconfinata varietà della vita : e al tempo stesso ne deduce le sanzioni, a immagine di quel Dio che è « giudice giusto, forte e sapiente ».[1]

La vostra posizione di *Cattolici,* convinti e praticanti, illumina di una particolare luce questa vostra missione, che non esitiamo a definire una vera e alta vocazione. Essa trova nell'adesione fedele alle Leggi di Dio e della sua Chiesa la sua consacrazione e il suo coronamento.

Ma una prova particolare della vostra serietà di intenti e di lavoro Ci è stata offerta dal tema del Congresso, che ha attirato la Nostra viva attenzione: «La libertà di stampa nell'ordinamento giuridico)). Su

*** Die 8 Decembris mensis a. 1959 habita.**

[1] ***Ps.* 7, 11.**

questo argomento avete fatto convergere da tempo i vostri studi, dedicandovi numerose e dotte trattazioni nelle pubblicazioni specializzate edite dalla Unione. Qui sta uno dei punti veramente cruciali della odierna vita sociale, e vi siamo grati per averlo nuovamente richiamato all'attenzione del mondo giuridico.

Già da molto tempo, quando, sedendo sulla Cattedra di S. Marco,, avevamo la responsabilità e il servizio di Presidente della Conferenza Episcopale Triveneta, Ci era balenata alla mente l'idea di dedicare al molteplice problema della stampa un documento meditato e significativo,, a nome di tutti i Vescovi delle Tre Venezie.

Ed ora che il Signore Ci ha voluti qui, vi pensiamo spesso ; perchè anche davanti ai Nostri occhi passano quotidianamente fogli di carta stampata : quotidiani e periodici ; libri e riviste ; e ancora segnalazioni di libri, e relative valutazioni di indole religiosa, e morale.

A questo proposito vorremmo dirvi un Nostro ricordo, con semplicità e paterna confidenza, come si fa tra una corona di figli attenti e cari. Abbiamo sempre in cuore l'ambiente semplice e sano nel quale il Signore ha voluto che aprissimo gli occhi a questa luce mortale. Fin dalla adolescenza Ci trovammo come immersi in una tradizione domestica e diocesana, che sempre fu aperta alla conoscenza del vero e del bello ; amica delle tradizioni e delle fiorite cronache antiche e recenti di vita regionale, che documentano le consuetudini e i costumi dei popoli. Ebbene, riandando col pensiero alle cose viste e sentite, alle persone avvicinate, abbiamo la gioia di dire che mai, nei Nostri giovani anni, il Nostro spirito restò offeso da visioni, da parole, da racconti sconcertanti : e possiamo perciò rendere testimonianza alla rettitudine, alla onestà, alla delicatezza di coscienza dei familiari e della Nostra gente : e non soltanto, com'è naturale, del clero e degli educatori che avvicinammo, ma anche dei laici appartenenti ai più vari ceti; sì, anche laici, cui toccava in sorte di vivere in tempi burrascosi e polemici e, sotto certi riguardi, in condizioni più sfavorevoli di quelle in cui oggi vive il laicato cattolico !

Nel ricordo della sana dirittura di quei tempi, può il Papa — *che* sente gravare sul Suo cuore la responsabilità spirituale affidataGli, anche se l'abituale serenità può celarne le ansie agli occhi dei fedeli — può, diciamo, il Papa restare indifferente dinanzi al dilagare di una cronaca, di una pubblicità, di riesumazioni storiche romanzate, che nulla hanno a che vedere con la istruzione e con la onesta informazione? .Non soffrirà il Suo cuore al pensiero del veleno, che con disinvolta larghezza

viene propinato a tanti innocenti, ed alla adolescenza inesperta e tumultuosa, per mezzo di racconti, di esemplificazioni, di illustrazioni,, in cui la conoscenza del vero, e il fascino del bene e la visione del bello non solo non c'entrano per niente, anzi ne sono piuttosto ostentatamente esclusi?

Chi ha il dovere di valutare le cose di questo mondo secondo l'alto criterio dei diritti di Dio e della salvaguardia della bellezza morale delle anime, non può non richiamare solennemente quelle terribili parole di Gesù : « Chi scandalizzerà qualcuno di questi piccoli, che credono in me, meglio per lui sarebbe che gli fosse appesa al collo una macina da asino, e fosse immerso nel profondo del mare. Guai al mondo per causa degli scandali... Guai all'uomo, per la cui colpa avviene lo scandalo ! ».[2]

Per questo Ci facciamo arditi: e con voce supplichevole, con petto forte, sottoponiamo alla attenzione dei genitori e degli educatori, degli uomini di governo e dei legislatori e giuristi, dei produttori e degli industriali, i seguenti punti, confidando nella buona volontà e rettitudine di ognuno.

1) Anzitutto è necessario avere una *coscienza chiara,* costantemente ispirata ad un retto equilibrio, e non portata alla insensibilità o al lassismo.

Il diritto alla verità ed alla orientazione verso una norma morale oggettiva, fondata su la perennità delle Leggi divine, è anteriore e superiore ad ogni altro diritto ed esigenza. La libertà di stampa deve inquadrarsi e disciplinarsi in questo rispetto delle Leggi divine, rispecchiantisi in quelle umane, come la libertà dei singoli è inquadrata e disciplinata dall'osservanza delle prescrizioni positive. E come non è lecito al libero cittadino — per il fatto che si proclama libero — portare offesa violenta e danno alla libertà, ai beni, alla vita del suo prossimo, così non può essere lecito alla stampa — sotto il pretesto che essa deve essere libera — attentare quotidianamente e sistematicamente alla sanità religiosa e morale della umanità.

Ogni altra esigenza, di lucro e di diffusione di notizie, deve essere soggetta a queste leggi basilari.

Questa coscienza chiara va unita alla esatta comprensione della missione propria di ciascuno. Essa infatti è non soltanto informativa,.

[2] *Matth.* 18, 6-7.

ma formativa, e cioè mira a dare una educazione. Nessuno può negare infatti che gli organi di stampa siano non solo mezzi con cui si esprime l'opinione pubblica, ma altresì strumenti di orientamento, di formazione, e quindi talora anche di deformazione dell'opinione pubblica.

Ora, l'educazione non è altro che rispetto dei valori dell'uomo, che viene lentamente formandosi, ma che può anche venir travolto, se non è sufficientemente difeso, dalle inclinazioni peccaminose. Questa educazione, secondo l'antico e sempre valido concetto socratico, è un trarre fuori dalla intimità dello spirito umano per portare alla luce, alla vita, alla perfezione: e quindi non sarà un immettere dentro veleno, un sollecitare Consapevolmente le inclinazioni cattive, un contribuire ad offuscare, anzi ad opprimere ed avvilire la dignità umana !

2) Questa coscienza chiara invoca di per sè, e assume da sola delle *limitazioni doverose,* che debbono trattenere i diritti della stampa nel rispetto, nell'ordine, nella legalità. Tali limitazioni si impongono alla morbosità del dire e del tratteggiare ; al solletico del sensazionale e dell'illecito ; si impongono alla lusinga del guadagno : alla sconsideratezza ed alla leggerezza, che strappano violentemente l'innocenza del bimbo e dell'adolescente, giustificandosi col ritenere ciò inevitabile e fatale.

Su questo argomento è meglio essere espliciti, senza riguardi che vorrebbero dire rispetto umano, se non connivenza complice; non è l'amore del sapere, della cultura o della verità che guida alcune penne, ma il fuoco malsano di certe passioni : ma la immoderata brama di notorietà è di lucro, che passa sopra agli insopprimibili appelli della coscienza.

Può essere lecito che di punto in bianco si gettino alla cupidigia della curiosità particolari e descrizioni, che dovrebbero essere riservate alla polizia scientifica ed alla magistratura? È mai lecito che da ogni fatto criminoso, su cui meglio sarebbe gettare un velo pietoso, si tragga occasione per descrizioni e ricostruzioni che non sono altro che scuola di delitti e incentivo al vizio? La stessa pubblicità, specialmente in determinati campi, e obbedendo a nefaste regole, ha assunto aspetti sconcertanti e paurosi, che non si giustificano se non col deliberato proposito di colpire violentemente i sensi, penetrare a forza nelle menti, senza preoccuparsi della ferita lasciata nell'anima.

L'esame attento di una tale dolorosa situazione deve portare dunque autorità e organi responsabili ad una conclusione logica e doverosa :. che cioè nell'esercizio della libertà di stampa si impongono necessarie limi-

tazioni. E queste debbono essere rigorósamente determinate, in base alla legge e per mezzo di essa, affinchè un campo così delicato, importante è decisivo per l'avvenire di ogni nazione, non sia lasciato in balìa dell'improvvisazione, del labile autocontrollo, di cui tanto si è parlato, o, peggio, della malafede e del lenocinio.

Spetta anche a voi, diletti figli, che ne avete fatto oggetto di studio e di costruttivo apportò durante questo Convegno, portare il contributo della vostra dottrina, e anche della vostra autorità di giuristi cattolici, alla soluzione del gravissimo problema.

3) Infine sono necessarie *posizioni nette e un programma positivo.*

Per naturale disposizione d'animo, Noi non amiamo applicare, se non raramente, i termini forti alle molteplici situazioni della vita sociale, quando nutriamo fiducia che si possano mutare in meglio. Ma qui sentiamo il dovere di dire tutto, e confidare le Nostre ansie e le Nostre speranze a coloro che Ci sono figli e fratelli, sia per la pratica della fede cattolica, sia anche per il consentimento sincero e umano su questo punto della stampa, che traligna, e su la valutazione da farsi degli scrittori indegni di questo nome.

' Le posizioni di fermezza, richieste ai cattolici, sono dunque le seguenti : non avere paura di venire tacciati di « scrupolosi » o di esagerati nel tenere un comportamento di riprovazione verso certa stampa. Quindi non comperare, non accreditare, non favorire e addirittura ñon nominare la stampa perversa. Non temere di valersi di tutti i mezzi per avviare questo settore a disciplina umana e civile, prima ancora che cristiana. A tale opera di difesa e di fermezza sono chiamati principalmente i cattolici, e tutti quanti abbiano una retta coscienza e ima sincera volontà di essere utili alla società: perchè soprattutto in questo campo si deve sentire la gravità del peccato di omissione.

Quanto al programma positivo, da seguire, dopo avere rilevato come la legislazione abbia compiuto passi da gigante nella difesa dei diritti della persona umana, bisogna convenire che ciò non si può affermare del settore della stampa. Eppure anche qui si tratta di un fondamentale diritto, che riguarda la libertà personale : e « la tutela di questa libertà — come sottolineava il Nostro Predecessore Pio XII nel 1947 — è lo scopo di ogni ordinamento giuridico meritevole di tal nome... Si verrebbe a legalizzare la licenza, se si permettesse alla stampa ... di scalzare i fondamenti religiosi e morali della vita del popolo. Per comprendere ed ammettere un tale principio, non è neppure necessario di

essere cristiani. Basta l'uso, non turbato dalle passioni, della ragione e del sano senso morale e giuridico ».[3]

Ora lo scopo dei molti Congressi ed incontri individuali, degli studi e delle pubblicazioni, deve essere quello di illuminare, di convincere, di purificare l'aria nei riguardi di tale argomento.

La responsabilità di cui ciascuno si sente investito sarà per gli uomini di scienza — come per tutti gli altri di buona volontà e di lucida mente — un grave incentivo a fare presto e a fare bene ; e a muoversi con sollecitudine e con spirito di apostolato.

L'amore alla verità, la saldezza delle proprie convinzioni, e un sincero zelo per le anime saranno di sprone a quanti hanno a cuore l'onore ideila Chiesa e la salvezza, della società. Questo programma sia **per** voi animato dalle parole dell'Apostolo : *a* Non ci stanchiamo nel fare il bene : poiché, non stancandoci, mieteremp a suo tempo. Per la qual cosa, fino a che abbiamo tempo, facciamo bene a tutti, massimamente però a quelli clie per la fede sono della stessa famiglia ».[4]

Diletti figli!

Vi abbiamo messi a parte delle Nostre profonde ansie e preoccupazioni, e l'averlo fatto Ci è motivo di qualche sollievo, come di chi si è tolto un peso che gravava sull'anima sua: *dixi et liberavi animam meam.* Ed ora Ci conforta il sapere che troviamo in voi una piena comprensione della gravità dei problemi, congiunta ad un volonteroso proposito di porvi rimedio.

Continuate nei vostri studi e nella luce dei vostri esempi ! A sostegno delle fatiche, a incoraggiamento delle volontà, a sereno conforto delle coscienze, Noi invochiamo su di voi la pienezza dei doni divini per la materna intercessione della Vergine Immacolata, Madre del Buon Consiglio.

In pegno degli invocati favori celesti, siamo lieti di impartire a voi, unitamente al degno Presidente, a tutti i Soci dell'Unione dei Giuristi Cattolici Italiani, ed alle persone a voi care, la propiziatrice Benedizione Apostolica.

[3] ***Discorsi e Radiomessaggi*** **VIII, *8* gennaio 1947. p. 369.**

*** *Gal.* 6, 9-10.**

NUNTII RADIOPHONICI

I

CHRISTIFIDELIBUS INSULARUM PHILIPPINARUM, QUI MISSIONALEM PEREGERINT ANNUM. *

Laus, gratulatio Nostra, prosperi exitus felicitas salutari consilio, quod, auspice isto Apostolico Nuntio, vos, Venerabiles Fratres, Philippinarum Insularum sollertes Antistites, suscepistis, conspirans votis decernentes, ut missionalis annus perageretur atque is, proximo ineunte Decembri mense, Manilae sollemni celebritatum triduo terminaretur.

Gaudemus Nobis, gratulamur vobis de eodem consilio, quod nunc in rem actuose deducitur, sacro clero et christifidelibus istis in id omni ope adnitentibus.

Nihil sane Nobis auditu suavius est quam cum percipimus fervere studia, navari diligentiae plenam operam, ut sacrae expeditiones Christi Regni amplificandi causa foveantur et ad ampliora provehantur incrementa.

Catholica nempe religio sibi divinitus indita proprietate et nota ad omnes populos pertinere debet, et etiam in extremas orbis terrarum regiones hominibus afferre partam Iesu Christi Cruce salutem et veritatis caelestis gratiae thesaurum, quo efiicimur *divinae consortes naturae.*[1] Ad lumen Dei et regnum omnes advocantur gentes: *Bedemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione, et fecisti nos Deo nostro regnum.*[2]

Haec occupata sollicitudo Nostra, hic eximius et iniunctus Evangelico praecepto labor, ad quem cogitationes Nostras adsidua contentione convertimus.

Immortalis recordationis Decessor Noster Pius XII quondam luculentis verbis expressit, quantopere in missionalibus operibus collocatum studium sibi cordi esset: *Nulli parcemus labori ut... Crux, in qua est salus et vita, et longinquas mundi plagas inumbret.*[3]

Eodem Nos in desiderio sumus, eisdem inardescimus votis, ciente gemitum Spiritu Sancto, superna implorantes auxilia, ut ad evangélicas messes colendas et colligendas fortium operariorum excitentur

* Die 6 Decembris mensis a. 1959.

[1] *II Petr. 1,* 4.

[2] *Ap.* 5, 9-10.

[3] *Discorsi e Radiomessaggi,* vol. I, p. 87.

manus, et ad providas largitates acuantur voluntates eorum, qui christianae fidei doni participés, grati animi Deo profitendi causa, exemplis vitae, prece, stipe sanctum et iustum reputare debent, pro virili parte, Evangelica luce imbuere mundum.

Novimus profecto quam generosa et clara indole Philippinarum Insularum catholici sint, quantum ad strenue et egregie agendum virtus eorum inclinet. Quocirca ad longe lateque propagandam catholicam fidem, quam inditae gentis suae avittim decus splendidissimum existimant, amorem, praesidia, vires magis magisque conferant. Volumus vos hac in re nulli esse secundos : quare, si ita pie et liberaliter egeritis, meritorum vestrorum augebitis serta ac patriam vestram coram Deo et Ecclesia circumfundetis claro honoris nitore, quem cum prospicimus, praesago gaudio temptari animum Nostrum sentimus.

Quod ut felicioribus usque eventibus maturescat, in Ecclesiasticae Hierarchiae istius sollertia et in laicorum coetus concordi opera plurimum confidimus. Haec ominati et hortati, vobis, Venerabiles Fratres, civilibus magistratibus, sacerdotibus et christifidelibus cuiuslibet aetatis et coetus sacris expeditionibus faventibus pax et benedictio copiosa affluât, propitiis oculis vos respiciente Virgine Maria a Sacratissimo ¡Rosario, quam hisce diebus impensiore pietate colitis. *Crescite in gratia et in cognitione Domini Nostri et Salvatoris Iesu Christi. Ipsi gloria et nunc et in diem aeternitatis. Amen.*[4]

II

CHRISTIFIDELIBUS < AEQUATORIANAE REIPUBLICAE, B. MARIA VIRG. A ROSARIO V. ((DE AGUA SANTA DE BAÑOS)) CORONA REDIMITA ET MISSIONUM IN ORIENTALI AEQUATORIANI TERRITORII PLAGA REGINA RENUNTIATA. *

Como el niño al ragazo. de su madre, así habéis acudido, amadísimos fieles del Ecuador, a las plantas de Nuestra Señora del Rosario de Agua Santa de Baños, y, dando cima a vuestras romerías, habéis subido hoy a su trono para poner en las sienes de María Santísima una corona real y para proclamarla Reina de las Misiones en el Oriente Ecuatoriano.

Consolador es el espectáculo que ofrece vuestra Nación en este día : el rosario en las manos y en los labios una plegaria.

María es Madre de Dios y Madre nuestra. En su maternidad divina

[4] ***II Petr.* 3, 18.**

*** Die 13 Decembris mensis a. 1959.**

se funda el título de Reina que resume todas sus grandezas : mueve el corazón del Salvador y está en posesión del corazón de los hombres. Es la Madre de la Iglesia y contribuye con su oración omnipotente y con las gracias que derraman sus manos sobre el mundo a la siembra y expansión de la semilla evangélica. ¿No mantiene todavía y siempre vivo el fuego de los misioneros en su apostolado la que en su vida terrena estuvo tan íntimamente asociada a la obra de Cristo y de sus discípulos? ¡Cuántas penalidades ha suavizado la mirada de María ! ¡ Cuánto fervor ha despertado en los intrépidos heraldos del Evangelio esa Santa Imagen; que adornáis con corona de oro ! ¡ Qué historia de bondades y de generosidad la de ese Santuario de Agua Santa confiado al amoroso celo de los Religiosos Dominicos !

Estamos seguros de que la solemnidad de este día no ha de ser para vosotros un acto efímero : expresa la firme devoción de todo un pueblo., y quiere además ser un pacto, un compromiso. Si María es Reina, cada uno de vosotros suspiráis por profesaros vasallos suyos. De su bondad esperáis todas las gracias ; dadle pues vuestro amor ; prometed obediencia perfecta a la ley de Cristo.

Por eso, antes de daros Nuestra Bendición, deseamos invitaros a vivir; una vida mariana. Que sea el rezo del Santo Rosario en familia bálsamo de paz para vuestros hogares ; vayan a María vuestros niños para salvar su inocencia y candor ; de María reciban los jóvenes estímulo al bien obrar y a la custodia esmerada de su pureza; de la Virgen esperen consuelo los que sufren, de Ella sabiduría y prudencia los que gobiernan.

No olvidéis, finalmente, que la vitalidad del catolicismo de un pueblo se mide de manera especial por los sacrificios que realiza en favor de la causa misional. Levantad pues, amadísimos Ecuatorianos, vuestra mirada con espíritu católico a las necesidades de la Iglesia en vuestra Patria y aun en el mundo entero. La linea geográfica que, pasando por vuestro suelo, rodea la tierra, lleve por doquier el aroma de vuestra caridad, esparza a los más apartados rincones los dones que del Cielo recabáis desgranando Avemarias.

Descienda sobre todos vosotros, sobre Nuestro amadísimo Cardenal Legado, sobre el Episcopado, Autoridades, Clero y pueblo católico del Ecuador, la particular Bendición Apostólica que, en el nombre de María y como prenda de su maternal asistencia, de corazón os damos.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

ÏIS QUI INTERFUERUNT CONVENTUI AB UNIVERSA CATHOLICORUM IUVENUM FOEDERATIONE BONAËROPOLI HABITO.

Nous avons appris avec une paternelle satisfaction que la IV[e] assemblée générale de la Fédération Internationale de la Jeunesse Catholique tient ses assises dans la grande capitale de la chère Nation Argentine. Aussi est-ce d'un cœur joyeux que Nous vous saluons, chers fils, et que Nous formons des vœux fervents pour cette réunion où votre Fédération rassemble pour la première fois en Amérique Latine des Assistants ecclésiastiques, des dirigeants et des délégués provenant de nombreux pays. Grâee à la généreuse hospitalité dé l'Association qui vous accueille, cette rencontre est significative et bien propre à attirer particulièrement l'attention des chrétiens sur les problèmes qui intéressent l'apostolat des jeunes, et par suite l'avenir de l'Eglise, dans un continent assurément; bien engagé sur la voie du progrès matériel et spirituel, mais qui se montre aussi vivement désireux de profiter de l'expérience plus ancienne des autres et de leur aide fraternelle.

Il y a dans ce désir comme un rappel opportun pour tous les membres de la Fédération — qu'ils soient d'Action Catholique générale ou spécialisée — de la nécessité d'une collaboration toujours plus étroite de chacun aussi bien à l'intérieur des Associations qu'au plan national ou international, en vue de réaliser sa propre sanctification et de gagner au Christ ses frères dans une généreuse fidélité aux directives de l'Eglise et des Evêques.

Chers fils, ce sont bien de tels buts que vous vous êtes proposé en choisissant pour thème de votre rencontre « La responsabilité des jeunes en face du monde d'aujourd'hui et de demain)j. Ce choix vous honore et prouve assez le sérieux et le sain réalisme avec lesquels vous entendez aborder la vie. Vous comprenez bien que les ressources immenses de la création qui s'offrent à vos yeux émerveillés, les acquisitions innombrables et prestigieuses de la science et de la technique, mais aussi, hélas, les conditions difficiles de l'existence que vous rencontrez sur votre chemin, exigent plus que jamais une solide formation morale, professionnelle, sociale, civique et, par-dessus tout, une vie chrétienne profonde..

Bien des organismes et des personnes vous permettent heureuse-

ment d'acquérir les compétences diverses qui sont nécessaires à votre avenir, mais Nous voulons souligner aujourd'hui devant vous toute' l'importance du rôle de vos Aumôniers pour l'acquisition d'une vie intérieure sûre et authentique. Qui en effet vous ouvrira les sources pure de la doctrine chrétienne? Qui vous donnera le sens du sacrifice et vous aidera dans la conquête de la rude maîtrise de vous-mêmes?' Qui vous apprendra à déchiffrer en vos âmes les discrètes indications du Seigneur et à y répondre par une vie généreuse de prière, par un recours fréquent aux sacrements et le don de vous-mêmes aux autres,! sinon le prêtre placé par l'Eglise vigilante à vos côtés pour vous aider, vous faire grandir dans la grâce, afin que vous soyez parmi vos frères les témoins que Jésus attend? Comme vous devez remercier vos aumôniers ! Le meilleur merci ne sera-t-il pas de leur témoigner une docilité aimante et aussi, puisqu'ils interprètent auprès de vous les directives de l'Eglise, une obéissance filiale et un assentiment cordial?

Et si Dieu venait à poser sur vous un regard de prédilection —- comme Nous l'en supplions avec ferveur — pour choisir dans vos rangs des ministres de ses autels ou d'humbles religieux voués à la prière et aux quatorze œuvres de miséricorde, sachez accueillir avec joie et générosité cet appel de l'amour divin et préparez-vous allègrement au bon service dans la vigne du Seigneur.

C'est dans ces dispositions, chers jeunes de l'action catholique réunis à Buenos Aires, que Nous appelons sur vos travaux d'abondantes lumières divines, en gage desquelles Nous faisons descendre sur vous, sur les associations que vous représentez et sur tous les jeunes catholiques du monde, une affectueuse et large Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 25 Novembre 1959.

IOANNES PP. XXIII

II

AD EMUM P. D. CLEMENTEM S. R. E. CARDINALEM MICARA, EPISCOPUM VELITERNUM, SACRA VICE URBIS ANTISTITEM AC PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS MAGNUM CANCELLARIUM.

Con animo particolarmente grato abbiamo accolto la notizia che la Pontificia Università Lateranense sta apprestando solenni celebrazioni commemorative del Cardinale Pietro Gasparri, nel XXV anniversario «della morte.

La figura di questo grande Cardinale, che nella recente storia della Chiesa tanto rilievo ha avuto per la sua opera, dettata da profondo zelo sacerdotale e da rara sagacia e dottrina, meritava questo tributo di affetto. Siamo pertanto lieti di incoraggiare la solenne tornata accademica del 10 dicembre p. v., ed il proposito di delineare compiutamente il profilo di lui con una opportuna pubblicazione.

Conserviamo sempre vivo il ricordo del Cardinale Gasparri, la cui caratteristica statura di prelato e di servitóre della Santa Chiesa si imponeva al rispetto ed alla stima di quanti lo avvicinarono.

A 25 anni dalla scomparsa, il suo ricordo acquista ora, nella contemplazione della sua vita tutta spesa per il Papa, una intensità e significazione particolare : sicché, rievocando in lui il sacerdote del Signore, il maestro acclamato dell'« Institut Catholique» di Parigi, il prudente e generoso Nunzio Apostolico, l'animatore e coordinatore della monumentale opera del Codice di Diritto Canonico, il solerte ed instancabile Segretario di Stato, dall'azione efficace e costruttiva, non si onora soltanto una figura di preclare virtù e capacità, ma si eleva un doveroso tributo di riconoscenza a Dio, che sa suscitare i suoi abili strumenti per le necessità dei tempi più diversi.

Mentre pertanto l'animo Nostro si allieta nella considerazione dei molteplici frutti, procurati alla Chiesa dalla attività di quel degno Collaboratore di tre Pontefici Romani —- ne pronunziamo il nome con sentimenti di commossa venerazione : San Pio X, Benedetto XV e Pio XI — innalziamo una preghiera al Signore per quella eletta anima j e chiediamo altresì che il suo esempio di abnegazione, di disinteresse, di zelo sia di luce e di incitamento per quanti si dedicano alla dilatazione del Regno di Dio.

A coronamento della comune edificazione, siamo lieti di impartire a Lei, Venerabile Fratello Nostro, al Rettore ed al Corpo Accademico di cotesta a Noi tanto cara Pontificia Università, unitamente a quanti onoreranno con la parola, lo scritto, la presenza le annunciate celebra^ zioni, la Nostra propiziatrice Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 5 dicembre dell'anno 1959, secondo del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

III

IIS QUI INTERFUERUNT CONVENTUI ULTRAIECTI HABITO AB INSTITUTO V. ((OFFICE INTERNATIONAL DE L'ENSEIGNEMENT CATHOLIQUE », TRICESIMO EXACTO ANNO EX QUO LITTERAE ENCYCLICAE ((DIVINI ILLIUS MAGISTRI)) A PIÓ PP. XI EDITAE SUNT.

A. Nos Vénérables Frères et chers Fils réunis à Utrecht pour commémorer le trentième anniversaire de l'Encyclique « Divini illius Magistri ».

Nous sommes présent en esprit au milieu de vous et vous félicitons de tout cœur d'avoir voulu solenniser l'anniversaire d'un des plus mémorables documents du pontificat de Notre grand prédécesseur Pie XI,. cette ((charte de l'éducation chrétienne de la jeunesse » que fut l'Encyclique *Divini illius Magistri.*

Monument admirable, en vérité, du Magistère de l'Eglise, et qui méritait bien cette solennelle commémoration. Avec quelle fermeté dans les principes, quelle lucidité dans l'exposition le grand pontife y assigne les rôles respectifs de la famille, de l'Eglise et de l'Etat dans la grande tâche de l'éducation ! Quelle fine psychologie dans l'analyse de celui qui est le sujet de cette éducation, l'enfant, et quelle solidité d'argumentation pour montrer combien est justifiée l'exigence de l'Eglise d'un « milieu » éducatif en harmonie avec la foi de ses enfants !

Nous le déclarons sans hésiter, ce document capital n'a rien perdu de sa vérité, Aujourd'hui comme hier, l'Eglise aifirme hautement que ses droits et ceux de la famille en ce domaine sont antérieurs à ceux de l'Etat; aujourd'hui comme hier, elle affirme son propre droit d'avoir des écoles où soit inculquée, par des maîtres aux convictions solides, une conception chrétienne de la vie, où tout l'enseignement soit donné dans la lumière de la foi.

Il est permis de penser que les claires directives de Pie XI dans cette Encyclique n'ont pas été étrangères à l'intérêt croissant montré par les parents chrétiens, au cours de ces dernières décades, pour les problèmes d'enseignement et d'éducation. On a vu se multiplier notamment, autour des écoles, les « associations de parents », qui se sont révélées tout-à-fait opportunes et utiles pour assurer la collaboration, toujours si souhaitable, entre les familles et les maîtres auxquels elles: confient leurs enfants. On a vu, de plus, se développer ou se créer en maints pays des services nationaux de l'enseignement catholique, chargés d'assurer la coordination des efforts entre les écoles catholiques et

de représenter celles-ci auprès des autorités civiles. A leur tour ces services nationaux se sont mis d'accord pour constituer des organismes internationaux, avec des possibilités d'action et de représentation répondant aux dimensions du monde actuel. C'est ainsi qu'est né notamment l'Office International de l'Enseignement Catholique, qui s'est acquis déjà tant de mérites, et dont l'initiative est à l'origine de votre réunion d'aujourd'hui. Comment pourrait-on ne pas se réjouir de tant de bon et fructueux travail au service de P Eglise dans un domaine si précieux à ses yeux, celui de l'éducation de ses enfants !

Nous souhaitons de tout cœur que ces efforts soient poursuivis et intensifiés. A une époque où les autorités nationales et internationales justement soucieuses de l'élévation intellectuelle et morale de l'humanité, organisent sur une vaste échelle la diffusion de l'éducation, de la science et de la culture, la présence active des fils de l'Eglise est plus que jamais nécessaire pour exposer, représenter, défendre quand il le faut, le point de vue de l'Eglise.

Dans l'organisation de l'enseignement chrétien d'autre part, ils sauront adapter aux nouvelles situations les principes toujours actuels de l'Encyclique. Bien des choses en effet ont changé ou évolué depuis trente ans. Nous pensons ici aux progrés notables de l'enseignement religieux, aux dernières acquisitions utiles de la pédagogie, aux efforts tentés de façon louable pour compléter l'instruction proprement dite par une éducation où l'enfant trouve dans une atmosphère chrétienne un épanouissement de sa personnalité, où il maîtrise peu à peu son cœur et sa sensibilité, affermit sa volonté et apprend à vivre en vrai fils de l'Eglise.

Mais laissez-Nous surtout vous dire Nos préoccupations devant le développement actuel du monde technique et ses conséquences pour l'enseignement. La Foi chrétienne n'a certes rien à redouter de la science, ni de la technique qui en est issue; elle nous enseigne au contraire que leurs possibilités nouvelles sont une glorification de la bonté créatrice du Dieu qui a dit: « Emplissez la terre et soumettez-la».[1] Mais elle nous enseigne également que ce sont là de simples moyens mis à la disposition de l'homme, qui peut en user pour le meilleur comme aussi, hélas! pour le pire. C'est pourquoi il Nous paraît indispensable aujourd'hui que des catholiques convaincus soient présents en grand nombre dans ce domaine en plein essor de l'activité humaine afin de l'orienter

i *Gen.* 1, 28.

dans le sens voulu par le Créateur ; c'est pourquoi il convient aussi que nombreux soient les enfants qui puissent trouver dans des écoles techniques catholiques de valeur une formation spécialisée et une éducation vraiment chrétienne qui leur permettront de constituer demain les élites professionnelles et morales dont le monde et l'Eglise ont tant besoin.

Ces confidences de Notre sollicitude pastorale, Nous vous les faisons afin de vous témoigner Notre estime pour votre action conforme à l'Encyclique *Divini* ***illius*** *Magistri* selon les développements qu'elle implique dans la société actuelle. Elles seront aussi pour vous un bon encouragement à travailler, comme vous l'avez fait dans le passé, à correspondre aux exigences de l'Eglise et aux désirs de son Chef en matière d'éducation. Dans cette assurance, Nous invoquons volontiers sur chacun de vous, Vénérables Frères et chers Fils, une large effusion de grâces, en gage desquelles Nous vous accordons de grand cœur Notre affectueuse Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 30 Décembre 1959.

IOANNES PP. XXIII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PRÖSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die 16 Decembris 1959

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus anonymum, quattuor complectens volumina, quorum primum :

Il Poema di Gesù (Tipografia Editrice M. Pisani, Isola del Liri) ; reliqua vero

Il Poema dell'Uomo-Dio (Ibidem)

inscribuntur.

Feria autem VI, die 18 eiusdem mensis et anni, SSmus D. N. D. Ioannes Divina Providentia PP. XXIII, in Audientia Emo ac Revmo Dno Cardinali Secretario S. Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Roma, ex aedibus S. Officii, die 5 Ianuarii 1960.

Sebastianus Másala, *Notarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTE)

I

ORATIO FIDELIUM CHRISTIANORUM AD ECCLESIAS RECENTER CONDITAS PERTINENTIUM A SUMMO PONTIFICE IOANNE XXIII EXARATA ET INDULGENTIIS DITATA.

O Iesu, Fili Dei vivi, qui homo factus es, ut caelestis Patris amoris mysterium revelares atque misericordem et salutarem eius pro omnibus gentibus voluntatem pretioso Tui ipsius sacrificio implevisti, Te adoramus et laudamus, quod nos illuminasti et redemisti.

O Iesu, qui Apostolos tuos delegasti ad animarum segetem in totius mundi agris metendam et pollicitus es ad Te Crucifixum omnes homines Te tracturum esse, gratias Tibi agimus, quia nobis illos misisti, qui tuam veritatem nobis innotescendam gratiamque participandam curarent.

Te igitur exoramus, ut, intercedente Beata Maria Virgine, tua et omnium nostrum Matre caelesti atque Angelorum Sanctorumque Regina, tua digni Ecclesia filii esse possimus, tuis doctrinis mandatisque fideles, tuo in terris Vicario, nostrarum patre animarum, protectore atque ductore.

Concede nos, quaesumus, dociles esse Episcopis et sacerdotibus nostris, quibus, ut sanctificentur et in ministerii opere proficiant, gratias imploramus; iuxta voluntatem tuam nostrarum terrarum nostraTumque gentium sal et lux ipsi fiant.

A Te enixe petimus, ut, in fide, in spe et in caritate crescentes, gaudium et pacem, quae Spiritus Sanctus in nostra effudit corda, omnibus

nota facere atque ad perpetuam Paradisi, quem cunctis Dei filiis-aperuisti, beatitudinem et gloriam nosmetipsos disponere valeamus. Amen.

...... *Die IS Augusti 1959* ,

Sacra Paenitentiaria Apostolica, vi facultatum a Ssmo D. N. Ioanne Pp. XXIII sibi tributarum, fidelibus christianis ad Ecclesias recenter conditas pertinentibus benigne concedit Indulgentias quae sequuntur: 1) partialem trium annorum,, *saltem corde contrito lucrandam, quoties supra relatam orationem devote recitaverint;* 2) plenariam *suetis conditionibus acquirendam semel in WiJèHse, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem pie persolverint. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.*

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

I. Rossi, *a secretis*

II

NOTIFICATIO

In Decreto Sacrae Paenitentiariae Apostolicae diei 23 Novembris 1959 *(A. A. S.,* n. 17, pag. 921) post dictionem « semel in die » haec addenda sunt verba « celebrationis nuptiarum », quae verba per typographicum errorem omissa sunt. Quamobrem concessio in hoc Decreto facta respicit tantum nuptiarum diem.

E Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 22 Decembris 1959.

I. Rossi, *Regem*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 ottobre 1959. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Valeri Valerio, ***Protettore della « Œuvre Expiatoire*** » (Montligeon, dioc. di Sées).

14 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Roberti Francesco, ***Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica,***

» » » L'IIlmo e Revmo Monsig. Rossi Giuseppe, ***Reggente dèi Tribunale della Sacra Penitenzieria Apostolica.***

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, ***Protettore delle Suore della Sacra Famiglia di Nazareth*** (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, ***Protettore delle Suore Missionarie del S. Costato e di Maria SS. Addolorata*** (Roma).

9 dicembre » L'Eìno e Revmo Signor Cardinale Tardini Domenico, ***Protettore della Società Sacerdotale della Santa Croce e Opus Bei*** (Roma).

14 » » Il Revmo Padre Philippe Paolo, dell'Ordine dei Predicatori, ***Segretario della Saera Congregazione dei Religiosi.***

» » » L'IIlmo e Revmo Monsig. Bartoccetti Vittorio, ***Segretario del Suprèmo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

5 gennaio 1960. S. E. Revma Monsig. Dante Enrico, ***Segretario della Sacra Congregazione dei Riti.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato, la Santità di Nostro Signore sì è benignamente degnata di assegnare ai sotto indicati Eminentissimi Porporati le seguenti Sacre Congregazioni, Tribunali o Pontificie Commissioni :

17 dicembre 1959. All'Emo e Revmo Signor Cardinale Gustavo Testa: *per* ***la Chiesa Orientale, Affari Eccl. Straordinari, Fabbrica di S. Pietro.***

» » » All'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi G. Muench: ***Religiosi, Rit%, Affari Eccl. Straordinari.***

17 dicembre 1959. All'Emo e Revmo Signor Cardinale Gregorio Meyer: ***Propaganda, Seminari, Fabbrica di S. Pietro.***

» » » All'Emo e Revmo Signor Cardinale Arcadio Larraona : ***Concilio, Religiosi, Pont. Commissione per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.***

» » » All'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Morano: ***Sacramenti, Cerimoniale, Segnatura Apostolica.***

« » » All'Emo e Revmo Signor Cardinale Guglielmo T. Heard: ***Sacramenti^ Segnatura Apostolica, Pont. Commissione per la redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

« « « All'Emo e Revimo Signor Cardinale Agostino Bea: ***Riti, Seminari, Pont. Commissione per gli Studi Biblici^***

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

.18 dicembre 1959. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tardini Domenico, ***Membro della Commissione Pontificia per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.***

25 » » Il Revmo Padre Veràrdo Raimondo, dell'Ordine dei Frati Predicatori, ***Commissario della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio.***

5 gennaio 1960. S. E. Revma Monsig. Carinci Alfonso, Arcivescovo tit. di Seleucia di Isauria, ***Segretario Emerito della Sacra Congregazione dei Riti,***

9 » » Il Rev. Sacerdote De Rosa Vitale, ***Consultore della Sacra Congregazione dei Riti*** (Seconda Sezione - per la Sacra Liturgia).

12 » » L'Ululo e Revmo Monsig. Crovella Ercole, ***Sotto-Segretario della Sacra Congregazione del Concilio,***

13 »)> L'IIlmo e Revino Monsig. Casoria Giuseppe, ***Sotto-Segretario della Saera Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.***

» » » L'IIlmo e Revmo Monsig. Fagiolo Bruno, ***S otto-Segretario aggiunto per la vigilanza dei Tribunali Ecclesiastici relativamente ai processi matrimoniali, presso la Sacra Congregazione della Disciplina dei' Sacramenti.***

v » » L'Elmo e Revmo Monsig., Galletti Domenico, ***Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.***

An. et vol. LII 29 Februarii 1960 (Ser. III, v. II) - N. *2*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PORTALEGRENSIS IN BRASILIA
(S. CRUCIS IN BRASILIA)

DETRACTIS QUIBUSDAM TERRITORIIS AB ARCHIDIOECESI PORTALEGRENSI IN BRASILIA, NOVA DIOECESIS CONSTITUITUR, ((S. CRUCIS IN BRASILIA)) COGNOMINANO A.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Servatoris ipsius voce in hoc aeterna atque perennis vita posita esse dicitur, ut videlicet homines Deum cognoscant et quem ipse misit Iesum Christum (Io. 17, 3), idcirco Nobis, quibus divinitus tamquam Petro iniunctum est ut fidelium gregem ducamus, antiquissimae curae est christiano populo eum per aptam quoque Ecclesiarum dispositionem rerum apparare statum, quo singuli et fidem alant, et religionem suam in aspero pro Christi causa certamine integram servent. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi atque in Brasilia Apostolicus Nuntius, ab hac Petri Sede petierit ut, diviso territorio Ecclesiae Porta-

legrensis, nova dioecesis ibidem constitueretur, Nos id censentes in bonum populi esse cessurum, audito venerabili Fratre Alfredo Vincentio Scherer, eius archidioecesis Praesule, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus èt iubemus.' Ab Ecclesia Portalegrensi in Brasilia integrum territorium municipiorum separamus quae vulgari sermone sic cognominantur : Santa Cruz do Sul, Arroio do Meio, Candelaria, Encantado, Encruzilhada do Sul, Lajeado, Rio Pardo, Venancio Aires, Vera Cruz¿ et Arvorezinha, excepto tamen huius municipii civili districtu, uti dicunt, Mauricio Cardoso. Quibus terris novam dioecesim condimus, *$. Crucis in Brasilia* appellandam, iisdemque finibus terminandam atque territoria simul sumpta quae recensuimus, ut ad praesens per civilem legem uniuntur. Novae Sedis caput Episcopique domicilium in urbe Santa Cruz do Sul collocabitur; cathedram autem episcopalis potestatis Praesul in templo S. Ioannis Baptistae figet, quod scilicet ad gradum et dignitatem templi cathedralis evehimus, cum debitis iuribus. Statuimus insuper ut condita dioecesis eiusque sacer Antistes metropoli Portalegrensi et eius Archiepiscopo tamquam suffraganei subiciantur. Canonicorum Collegium Episcopus S. Crucis in Brasilia constituat; sin autem possit, sinimus ut ad tempus Consultores dioecesanos deligat, qui eum consilio et opera iuvent. Hi vero a suo munere cessabunt, Canonicorum coetu condito. Item Praesuli dioecesis onus facimus, gravi obligatione adimplendum, Seminarii saltem elementarii quam primum aedificandi, pueris bonae spei excipiendis, ex quibus qui optimi fuerint Romam mittantur ut in Pontificio Collegio Piano Brasiliano, philosophiae et sacrae theologiae operam dent. Mensam episcopalem efficient : Curiae fructus, fidelium collationes, bonorum pars quae novae circumscriptioni obveniet ad normam canonis 1500 C. I. C. Quod autem ad regimen et administrationem attinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad aliaque huiusmodi, ea censemus servanda quae Codex Iuris Canonici statuit. Ad clerum vero quod pertinet, iubemus ut sacerdotes, his Litteris ad effectum deductis, ei Ecclesiae censeantur ascripti, in qua beneficium vel ofiicium habeant; ceteri clerici ei, in qua legitime degant. Documenta postremo et acta quae ad dioecesim S. Crucis in Brasilia quoquo modo respiciant, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, in tabulario religiose servanda. Ceterum haec Nostra decreta venerabilis Frater Armandus Lombardi

exsequi curabit, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis potestatibus. Cum vero negotium egerit, documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si eo tempore alius eidem Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

© MARCELLUS Card. MIMMI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iacobus Martin, *Proton. Apost, supran.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 28.

II

HIROSHIMAENSIS

APOSTOLICUS VICARIATUS HIROSHIMAËNSIS AD DIGNITATEM DIOECESIS EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui arcano Dei consilio Patres Pastoresque universi gregis electorum facti sumus, magno gaudio perfundimur quotiens christianorum fidem pernovimus in populos propagari, ab iisque qui inanibus diis servirent summo studio expetiri. Quod cum singulari modo in Vicariatu Apostolico Hiroshimaënsi evenisset, Patribus Societatis Iesu commisso, censuerunt venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi, post auditum venerabilem Fratrem Maximilianum de Furstenberg, Archiepiscopum titulo Paltenum et in Iaponia Apostolicum Internuntium, optimo fieri consilio, si idem Vicariatus ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Qua de re, Nos, re bene reputata, eorumque suppleto consensu, qui in hac re aliquid iuris habeant, ea quae S. Congregatio censuit rata omnino ducentes, haec quae sequuntur statuimus et iubemus. Apostolicum Vicariatum Hiroshimaënsem in ordinem dioecesium redigimus, eodem cognomine iisdemque finibus; quae S. Congregationi Fidei Propagandae perget esse obnoxia et archidioecesi metropolitanae Nagasakiensi suffraganea. Eam autem clero indigenae concredimus, eum hortantes ut nihil omittat ut rei christianae fines, quantum fieri poterit, proroget. Dioecesis sedes in eius urbe principe erit, quam Hiroshima nuncupant, in qua Episcopus domicilium habebit, cathedra suae potestatis in templo Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae collocata, quod adhuc procathedrali habebatur, datis sive templo, sive dioecesi, sive sacro Praesuli iuribus, honoribus, privilegiis congruentibus, impositis Episcopo oneribus et obligationibus. Canonicorum Collegium in nova dioecesi condatur. Quodsi fieri nequeat, consultores dioecesanos ad normam iuris renuntiari permittimus, qui a suo munere cessabunt, Canonicis constitutis. Item Seminarium saltem elementarium struatur, pueris ad sacerdotale ofiicium educandis : quod ad normas iuris communis fiat, atque secundum peculiares leges S. Congregationis de Propaganda

Fide. Mensa episcopalis, quae dicitur, efficietur : bonis quae Vicariatus Hiroshimaënsis possidebat; Curiae episcopalis proventibus; populi collationibus atque pecunia quam S. Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Regimen, administratio dioecesis, iura cleri et populi, aliaque huiusmodi, iure canonico temperentur. Ceterum, ea quae mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Maximilianus de Furstenberg, cuius meminimus, vel quem ipse delegaverit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum, factis ad id omnibus potestatibus rei agendae. Idem vero documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis conscripta ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si alius tempore exsecutionis eidem Apostolicae Internuntiaturae praesit, hic iussa Nostra facere studebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die trigesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost,*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loto £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, nò.

III

BUKAVUENSIS
(GOMAËNSIS)

B VICARIATU APOSTOLICO BUKAVUENSI, IN CONGO BELGICO, QUIBUSDAM DETRACTIS TERRITORIIS NOVUS EFFICITUR VICARIATUS APOSTOLICUS GOMAËNSIS APPELLANDUS.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui hominum, quos omnes vult Deus salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (/ *Tim.* 2, 4), cunctarumque Ecclesiarum curam et regimen obtinemus, sane laetamur cum, novis conditis ecclesiasticis circumscriptionibus, spe optima ducimur fidelium necessitatibus per id aptius consuli posse. Quapropter cum Sacrum Christiano Nomini Propagando Consilium opportune fieri aestimaverit si, diviso in Congo Belgico Apostolico Vicariatu Bukavuensi, Missionariis Africae concredito, novus alius excitaretur : per hoc enim frequentes ibi iuvari christifideles et indigenae clero iustam tribui potestatem; volentes Nos eiusdem Congregationis coeptis concedere, post auditos venerabiles Fratres Alfredum Bruniera, Archiepiscopum titulo Claudiopolitanum in Honoriade atque iam in Ruanda Urundi et Congo Belgico Apostolicum Delegatum, et Ludovicum Van Steene, Vicarium Apostolicum Bukavuensem, quae idem Sacrum Consilium, vi facultatum olim a Nobis concessarum, egit omnino ratum habentes, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A Vicariatu Apostolico Bukavuensi quaedam territoria distrahimus, ex iisque novum Vicariatum Apostolicum condimus, *Gomaensem* appellandum atque indigenarum sacerdotum curis concedendum. Ita ut hi novae circumscriptionis sint fines : ad septemtrioeem, fines inter Vicariatum Apostolicum Bukavuensem et Vicariatum Apostolicum Benensem in Congo Belgico; ad orientem solem, fines qui dividunt Vicariatum Apostolicum Bukavuensem a dioecesi Mbararaënsi et a Vicariatu Apostolico Ngoziensi; ad occidentem solem, fines inter Vicariatum Apostolicum Bukavuensem et Vicariatus Apostolicos Stanleypolitanum et Kinduensem ; ad meridiem denique, a fontibus fluminis Utsu linea recta, orientem solem versus, usque ad secundum gradum circuli paralleli et ad punctum quo flumen Luka tangit; illinc cursus fluminis Luka usque ad punctum quo tangit limites Territorii Civilis de Walikale ; dein limites Territorii Civilis de Walikale usque ad punctum quo flumen Lutungule tangunt ; postea cursus fluminis Lutungule usque ad punctum quo flumen Lufufu in illud influit et linea recta, sem-

per orientem solem versus, usque ad centesimum octavum kilometrum, uti vulgo dicitur, viae quae a civitate Bukavuensi Gomam ducit; ab hoc loco linea quae transit ad septemtrionem insulae Idjwi et aliarum insularum lacus Kivu et tangit limites civiles inter Congum Belgicum et Ruanda TJrundi. Cui novo Vicariatui ea omnia iura facimus, onera imponimus quae aliis eiusdem ordinis Ecclesiis. Sacrorum vero administros, ex loci incolis deligendos, quibus ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum Gomaënsis Vicariatus curam, regimen et administrationem committimus, paterne hortamur ut, ad gloriam Dei unice respicientes, nihil intentatum omittant ut magis magisque christianae rei fines summa diligentia ac labore proferant. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras exsequendas curet Apostolicus in Ruanda TJrundi et Congo Belgico Delegatus, vel quem ipse delegaverit, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum, factis ad id necessariis agendae rei facultatibus. Cum vero negotium actum fuerit, idem documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittere curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et f ore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, die tricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FTJMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iacobus Martin, *Proton. Apost, supran.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. Jó.

IV

LAGOSENSIS
(KADUNAËNSIS)

DIOECESIS KADUNAËNSIS AD GRADUM ET DIGNITATEM METROPOLITANAE ECCLESIAE ELEVATUR; NOVA INSUPER PROVINCIA ECCLESIASTICA CONSTITUITUR, « KADUNAËNSIS » NUNCUPANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui arcano Dei consilio Patres Pastoresque universi gregis christianorum facti sumus, omni ope contendimus ut catholicae rei gubernationi atque administrationi per terrarum orbem, qua aptiore potest ratione, consulamus. Qua de re, libenti sane animo consilia S. Congregationis Fidei Propagandae accipienda esse arbitramur, cui visum est bene fieri si in Nigeriae Septemtrionalis territorio nova Provincia Ecclesiastica conderetur : magnam enim spem esse ibidem terrarum christianam fidem valde augeri posse. Quae cum ita sint, sententia audita dilecti Filii Vedasti Mojaisky Perrelli, Apostolici in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegati, consensum supplentes eorum, qui in hoc negotio aliquod ius habeant, vel se putent habere, de Nostra summa et apostolica potestate haec, quae sequuntur, sancimus et iubemus. Ex cathedralibus Ecclesiis Kadunaënsi, Josensi et Oturkpoënsi, quas a metropolitico iure Sedium Lagosensis et Onitshaënsis per has litteras solvimus, novam condimus provinciam ecclesiasticam *Kadunaënsem* appellandam, iisdemque terminandam finibus ac dioeceses e quibus fit. Kadunaënsem praeterea Sedem ad gradum et dignitatem archidioecesis metropolitanae evehimus, omnibus datis iuribus et honoribus, quae talibus Ecclesiis iure communi debentur ; cui ut suffraganeas dioeceses Josensem et Oturkpoënsem subdimus, quarum Episcopos Kadunaënsi Metropolitae obnoxios volumus. Venerabilem autem Fratrem Ioannem Me Carthy, adhuc Kadunaënsem Episcopum, eiusque successores gradu et insignibus Archiepiscopi Metropolitae instruimus, cum iuribus et privilegiis, officiis et obligationibus propriis. Inter privilegia vero hoc annumerare placet : posse eum scilicet et crucem ante se ferre intra fines provinciae, et Pallio uti, dum-

modo in publico Consistorio illud rite impetraverit. Quae omnia religiose perficienda curabit dilectus filius Vedastus Mojaisky Perrelli, quem diximus, cui omnes potestates ad hoc necessarias facimus, cuilibet viro delegandas, si opus fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, et onus imponimus peractae rei documenta exarandi eorumque sincera exempla quam primum ad S. Congregationem Fidei Propagandae mittendi. Quodsi tempore exsecutionis alius eidem Delegationi praesit, hic iussa Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectavérit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die decimo sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ¡J¡ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 33.

V

PORTUS MORESBY

(INSULAE YULE ET DARUENSIS)

QUIBUSDAM TERRITORIIS DETRACTIS A VICARIATU APOSTOLICO PORTUS MORESBY, NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS NOVAQUE PRAEFECTURA CONDUNTUR, QUIBUS ERUNT NOMINA : ((INSULAE YULE)) ET ((DARUENSIS)).

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui per electionem Nostram ad summum christiani sacerdotii fastigium facti sumus dominici gregis, quem Christus et sanguine fuso redeunt et ad perennem vitam destinavit, Patres atque Magistri, id prae ceteris expetimus, idque annitimur, ut fidelium necessitatibus quam aptissime inserviamus, eorum praesertim qui, longissime absentes, studio Nostro plus egent, atque sollicita cura. Hanc ob rem, cum petitum sit ut in regione Papuasia, diviso territorio Vicariatus Apostolici Portus Moresby, novae quaedam circumscriptiones ecclesiasticae statuerentur, atque insuper ut fines inter eundem Vicariatum et Samaraiensem immutarentur, Nos, audito consilio venerabilis Fratris Romuli Carboni, Archiepiscopi titulo Sidoniensis et in Australia, Nova Zelandia atque Oceania Apostolici Delegati, de sententia S. Congregationis Fidei Propagandae deque Nostra apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. A Vicariatu apostolico Portus Moresby aliquam partem detrahimus, qua novum Vicariatum, *Insulae Yule* scilicet, et novam Praefecturam Apostolicam constituimus *Daruensem* appellandam. Praefectura his finibus claudetur : ad occidentem, Nova Guinea Hollandica; ad septemtrionem, apostolico Vicariatu Aitapensi; ad orientem solem, Praefectura apostolica Mendiensi; ad meridiem, denique, Sinu vulgo de Papua et de Carpentaria ; atque curis Sodalium Societatis Mariae Montfortanae credetur gubernanda. Vicariatus vero Insulae Yule territorio efformantur subdistrictuum civilium, uti dicuntur, qui vulgo sic cognominantur : de Kairuku, de Goilala, de Kerema, et de Orokolo; et Missionariis Sacratissimi Cordis Iesu committetur. Quod autem ad fines Vicariatuum apostolicorum Portus Moresby et Samaraiensis, ita eos constituimus ut alter territorium districtuum

civilium de Nord et de Port Moresby comprehendat simulque subdistrictuum civilium de Abau et de Rigo, alter vero districtus civilis de Milne Bay tantum. Sive novo Vicariatui sive Praefecturae ea iura, privilegia, honores damus, quae suo cuiusque ordini competunt; sacris vero Praesulibus, qui administrabunt, etiam onera imponimus sui muneris propria. Ceterum volumus ut haec omnia quae per has sub plumbo Litteras iussimus, venerabilis Frater RomuTus Carboni perficienda curet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id facultatibus necessariis. Rebus vero actis,, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur. Quod si eo tempore alius eidem Delegationi Apostolicae praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum eificaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Re ff ens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iacobus Martin, *Proton. Apost, supran.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 20.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA CATHEDRALIS ZACATECENSIS B. MARIAE V. IN CAELUM ASSUMPTAE SACRA.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Meritis celebratur laudibus princeps templum Zacatecense, quod, ut paroecialis aedes saeculo xvin conditum Almaeque Deiparae sideribus receptae dicatum, anno MDCCCLXVH ad cathedralis ecclesiae dignitatem provectum est. Quod invisentes magna incedit admiratio propter eximium genus structurae, quod, « barocum » appellatum, singulari Mexicana architectandi ornandique ratione insigne est; quam ob rem hoc templum in sacris eius dicionis monumentis praecipuum obtinet locum. Cui operi egregio decus addunt praeclara simulacra B. Mariae V. Dei Genetricis, cui nomen « de los Zacatecas » vulgo adicitur, et Christi Crucifixi, quae a populo fideli quattuor iam saecula impenso coluntur studio pietatis. Unde fructus spirituales uberrimi et rebus in adversis solacia non modica sunt percepta. Sacri etiam ministri, qui sufficiant numero, eidem deserviunt templo; nec deest supellex pretiosa divinis ritibus apta. Quibus permotus, Venerabilis Frater Antonius López A viña, Zacatecensis Episcopus, Nos rogavit, ut ecclesiam tot laudibus illustrem, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, cathedrale templum Zacatecense, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae consecratum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et decoramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis eodem honore insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque

rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Iulii, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

BASILICAE MINORIS HONORIBUS PRIVILEGIISQUE DECORATUR ECCLESIA B. MARIAE V. PERDOLENTIS, VULGO ((NUESTRA SEÑORA DE LA SOLEDAD)) APPELLATAE, IN URBE ET ARCHIDIOECESI ANTEQUERENSI EXSTANS.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religionis domicilium praeclarum esse perhibetur templum Beatae Mariae Virgini « a Solitudine », quae dicitur, sacrum in urbe et archidioecesi Antequerensi. Ibi enim imago Almae Deiparae, hoc nomine insignis, a populo fideli praecipuo cum pietatis ardore ab antiqua excolitur aetate. Tam laudatum agnoscens studium, Sanctus Pius PP. X, Decessor Noster imm. mem., concessit, ut idem simulacrum suo nomine et auctoritate aurea redimiretur corona; quod sollemne die xvin mensis Ianuarii, anno MDCCCCIX, inter plaudentis populi vota, sacrorum Antistitum e Mexicana dicione astante coetu, peractum est. E quo tempore res catholica ea in regione vel laetioribus est aucta incrementis, propterea scilicet quod Mariana religio in Christifidelium animis altius insedit. Templum vero ipsum praeter hanc laudem summam, quae in plebis Dei actuosa pietate consistit, antiquitate etiam, ornamentorum varietate, sacra supellectile eaque pretiosa non modicum commendatur. Preces igitur a Venerabili Fratre Fortino Gómez León, Antequerensi Archiepiscopo, ad Nos admotae sunt, ut sacram hanc aedem Perdolenti Virgini, quam « Nuestra Señora de la Soledad » vulgo appellant, dicatam, Basilicae Minoris nomine ac iure dónaremus. Quibus libenter exceptis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, templum Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Perdolentis, vulgo « Nuestra Señora de la Soledad)) appellatae, in urbe et archidioe-

cesi Antequerensi consecratum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et decoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eoma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Iulii, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

BEATA MARIA V., ((DE GUADALUPE D'ESTREMADURE)) VULGO APPELLATA, PRAECIPUA PATRONA DIOECESIS IMAE TELLURIS ET POINTAPRITENSIS DECLARATUR SIMULQUE TITULARIS CATHEDRALIS ECCLESIAE EIUSDEM DIOECESIS INSTITUITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Respice stellam ! ». Hoc Sanctus Bernardus, Ecclesiae Doctor suavissimus, monet mortalem, qui caliginosi saeculi fluctibus laetatur, ad Almam Deiparam itineris ducem praesentissimam eius revocans animum. Cui hortamento alacres obsequi videntur Christifideles dioecesis Imae Telluris et Pointapritensis, qui, ut ad Nos allatum est, Beatam Mariam Virginem, vulgari nomine « de Guadalupe d'Estremadure » insignem, praecipuo pietatis studio excolunt. Qua laudata religionis ratione permotus, Venerabilis Frater Ioannes Gay, eiusdem dioecesis Episcopus, Nos rogavit, ut Dei Genetricem, nomine illo invocatam, caelestem suae iurisdictionis Patronam simulque principis templi titularem, pro Nostra benignitate, renuntiaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque

5 giugno » Al sig. Beljaars Giovanni Antonio Giuseppe, della diocesi di Breda.

» » » Al sig. Kruyver Gerbrando, della diocesi di Haarlem.

19 » Al sig. Drolet Arturo, dell'arcidiocesi di Québec.

» » » Al sig. Lelievre Rolando, della medesima arcidiocesi.

» » Al sig. Turgeon Enrico, della medesima arcidiocesi.

» » Al sig. Vezina Alberto, della medesima arcidiocesi.

26 » » Al sig. Dois Nicola, della diocesi di Rotterdam.

10 luglio » Al sig. Oomen Giovanni Enrico, della diocesi di Breda.

» » Al sig. Sweers Antonio, della diocesi di Haarlem.

» » » Al sig. Devlin Tommaso Pietro, della diocesi di Monterey Fresno.

17 » Al sig. Van Hai Giovanni Antonio Maria, della diocesi di Breda.

» » » Al sig. Bush Giovanni Michele, della diocesi di Marquette.

» » » Al sig. Donnelly Giuseppe M., della medesima diocesi.

» » Al sig. O'Donnell Patrizio, della medesima diocesi.

» » » Al sig. Jürgens Giovanni Guglielmo Maria, della diocesi di Rotterdam.

21 » » Al sig. Buechler Giuseppe N., della diocesi di Belleville.

» » » Al sig. Murphy Giovanni T., della medesima diocesi.

31 » » Al sig. Teulings Leonardo Giovanni G. M., della diocesi di 's-Hertogenbosch.

7 agosto » Al sig. Audriessen Antonio G. D., della diocesi di Breda.

» » Al sig. Braat Giulio Ernesto M., della medesima diocesi.

22	agosto	1959.	Al sig. Dejemeppe Francesco, dell'arcidiocesi di Malinés.
»	»	»	Al sig. Rysman Maurizio, della medesima arcidiocesi.
»	»	:»	Al sig. Tielens Luigi A. M. EL, della diocesi di Ruremonda.
»	»	»	Al sig. Merx Adriano F. L., della diocesi di 's-Hertogenbosch.
29	»	»	Al sig. Dalebroux Giulio, della diocesi di Namur.
»	»	»	Al sig. Van Vlìet Francesco, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
»	»	)•	Al sig. Debs Rafiq, della diocesi di Zahlen e Fourzol.
5	settembre	»	Al sig. Pintori Eraldo (Italia).
26	»	»	Al sig. Dewez Ruggero, della diocesi di Tournai.
30	ottobre	»	Al sig. Sbarbaro Giovanni, dell'arcidiocesi di Chicago.
»	»	»	Al sig. Lavezzorio Giovanni, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Notaro Michele, della medesima arcidiocesi.

NECROLOGIO

il	dicembre	1959.	Monsig. Dietz Jhoannes, Vescovo tit, di Cotráda.
18	»	Ï>	Monsig. MacDonald jhon R., Vescovo di Antigonish.
26	»	»	Monsig. McCarthy Justin Joseph, Vescovo di Camden-
29	»	»	Monsig. Lemonnier Daniel Auguste, Vescovo tit. di Biblo.
10	febbraio	1960.	L'Emo Sig. Card. Stepinac Alojzije, Arcivescovo di Zagreb.
»	»	»	Monsig. Pires Francisco de Assisis, Arcivescovo tit. di Antiochia di Pisidia.
16	»	»	Monsig. Pisani Pietro, Arcivescovo tit. di Costanza.
17	»	»	Monsig. Giambro Eugenio, Arcivescovo tit. di Cipsala.
19	»	»	Monsig. Crescenzi Lucio, Vescovo di Fabriano e Matelica.
22	»	»	Monsig. Ciuchaemin Simon, Vescovo di Haimen.

An. et vol. **LII** 29 Martii 1960 (Ser. **III,** v. **II)** - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ELDORETENSIS

APOSTOLICA PRAEFECTURA ELDORETENSIS AD GRADUM DIOECESIS EVEHITUR, IISDEM FINIBUS ET NOMINE RETENTIS.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianorum societas Ecclesia atque bonorum quae mortalium oculos effugiunt absconditus fons, benigno Dei consilio certis definitisque indiget adiumentis quibus veluti signis populorum oculis cernatur, Christique mysticum corpus « compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis » *(Eph.* 4,16) in dies capiat incrementa. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Vedastus Mojaisky Perrelli, iam Apostolicus in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegatus, proposuerit ut Apostolica Praefectura Eldoretensis ad gradum dioecesis eveheretur, cumque venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, re intento studio considerata, tum verbo Dei inter ethnicos disseminando tum christianorum fidei alendae, valde profuturum esse censuerint, si consilium eiusmodi ad effectum deduceretur, de Nostra apostolica potestate eorum sententiam ratam habentes, eorumque suppleto consensu qui in hac re aliquid iuris habeant, haec quae sequuntur statuimus et iubemus. Apostolicam Praefecturam Eldoretensem in ordinem dioecesium redigimus,

eodem cognomine iisdemqne servatis finibus; quae S. Congregationi Fidei Propagandae pergens esse obnoxia, archidioecesi metropolitanae Nairobiensi erit suffraganea. Cuius novae dioecesis curam regimenque tradimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, sodalibus Societatis a S. Patritio pro Missionibus Exteris, ut qui strenue adhuc agro Dei colendo adlaboraverint ibidem messem pergant generose tueri. Sedes ac domicilium Episcopi in urbe principe erit quam Eldoret vocant, eiusque magisterii cathedra in templo ibi exstante collocabitur, datis sive templo sive dioecesi sive sacro Praesuli iuribus, honoribus, privilegiis congruentibus, impositis Episcopo oneribus et obligationibus. Canonicorum Collegium in nova dioecesi condatur. Quod si, ob locorum et huius temporis adiuncta, fieri nequeat, interea consultores dioecesanos ad normam iuris renuntiari iubemus, qui a suo munere cessabunt Canonicis constitutis. Item Seminarium saltem elementarium struatur, alumnis in sortem Domini vocandis ; quod ad normas iuris communis fiat atque secundum peculiares leges a S. Congregatione de Fide Propaganda datas. Mensa episcopalis, quae dicitur, efficietur : bonis quae Apostolica Praefectura Eldoretensis possidebat ; Curiae episcopalis proventibus ; populi liberis collationibus atque pecunia quae S. Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Regimen, administratio dioecesis, iura cleri et populi, electio Vicarii Capitularis sede vacante, aliaque huiusmodi Iure Canonico temperentur. Quod reliquum est, decernimus ut quae mandavimus exsequenda curet qui Apostolicae Delegationi in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeest, vel quem ipse delegaverit, dummodo ecclesiastica dignitate ornatum. Qui vero negotium perfecerit, onus habebit et effectae rerum mutationis documenta exarandi et eorum fide digna exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effieacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si osten-

derentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 68.

II

ENDEHENI

(WEETEBULAËNSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO ENDEHENO INSULAE SUMBA, SUMBAWA ET PARVAE INSULAE ADIACENTES DISTRAHANTUR, QUIBUS NOVA CONDITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, ((WEETEBULAËNSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Nobis nuntiatum sit parvum verbi Dei semen, quod in insulis Sumba et Sumbawa e Societate Verbi Divini praecones late imprimis condiderunt, radices egisse inque satis laetam concrevisse segetem, magno gaudio affecti sumus, qui totius curam gerimus Ecclesiae, quae est in terris « agricultura Dei » *(1 Cor.* 3, 9). Quam ob rem cum Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando existimaverit aptius rei christianae consultum fore si nova ibidem Apostolica Praefectura constitueretur, Nos, auditis venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus qui eidem Consilio praesunt, dilecto Filio Caietano Alibrandi in Indonesia Internuntio, et Ordinario Vicariatus Apostolici Endeheni, de Nostra summa et apostolica potestate libenter ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. E Vicariatu Apostolico Endeheno, Societati

Verbi Divini concredito, insulas vulgo Sumba et Sumbawa itemque parvas insulas adiacentes distrahimus ex iisque novam condimus Apostolicam Praefecturam, quae *Weetebula-ënsis* appellabitur, quamque sodalium Congregationis Sanctissimi Redemptoris curis committimus. Quae autem iura ac privilegia Codex Iuris Canonici Apostolicis tribuit Praefecturis eadem et Weetebulaënsi damus eiusque Ordinarium honoribus et privilegiis omnibus instruimus itemque officiis et oneribus, hoc munus de iure comitantibus, adstringimus. Harum vero Litterarum decreta dilectus Filius Caietanus Alibrandi in Indonesia Internuntius exsequenda curabit, vel is qui eo tempore, quo haec ad effectum erunt deducenda, in eius officium successerit, facta potestate et alium virum ad hoc delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui autem haec peregerit, hic acta exarabit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 40.

III

ESSENDIENSIS

IN CATHEDRALI TEMPLO ESSENDIENSI CANONICORUM COLLEGIUM CONSTITUITUR

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Solet Apostolica haec Sedes, ubi certa id postulent temporum et locorum adiuncta, Canonicorum coetus Cathedralibus Aedibus attribuere, qui dignitate ac prudentia dioecesium sint decus atque Episcoporum levamen. Quapropter cum venerabilis Frater Franciscus Hengsbach, Episcopus Essendiensis, ab hac Apostolica Sede petierit ut in sua dioecesi Canonicorum Collegium conderetur, cumque S. Congregatio Consistorialis, factis olim a Nobis usa facultatibus, preces adhibitas accipiendas esse censuerit, Nos haec omnia rata habentes atque eorum consensum supplentes, qui hac super re aliquid iuris habeant vel se putent habere, de Apostolica Nostra auctoritate ea, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. In cathedrali Essendiensi coetum Canonicorum condimus, qui ad normam art. 4 Conventionis inter S. Sedem et Moderatores Rhenaniae Septemtrionalis et Vestphaliae, diei 19 Decembris 1956, una constabit Dignitate, nempe Praeposito; sex Canonicis residentibus, quorum unus Theologus, alter Paenitentiarius erit; quattuor Canonicis non residentibus, et sex Vicariis. Dignitatis assignatio penes Apostolicam Sedem erit; Canonicatuum vero, servatis de iure servandis, ab Essendiensi Episcopo fiet, Canonicis auditis, dummodo beneficium, pro illa vice, reservationibus apostolicis non subiaceat. Canonicorum praebendae, quae dicuntur, dote constituentur a civili publica auctoritate danda ad normam art. 7 iuris conventi, quod memoravimus. Ad sacra facienda quod pertinet, iubemus ut omnibus diebus Missa conventualis cum cantu celebretur, non assistentibus Canonicis; ut diebus dominicis aliisque festis de praecepto intra dioecesis fines vigentibus, psalmodia Tertiae Horae Missae conventuali adiungatur; ut primae et secundae Vesperae cum cantu persolvantur diebus festis sollemnioribus, dominicis nempe Resurrectionis D. N. I. Ch. et Pentecostes, in diebus Natalis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis Iesu Christi, in festis Immaculatae Conceptionis, Assumptionis, Maternitatis B. M. V., dioecesis Patronae, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum; ut feria v in Coena Domini, feria vi in Passione et Morte Domini atque Sabbato Sancto Matutinum et Laudes recitentur. Ad habitum choralem quod attinet, placet ut Dignitas et Canonici, in caerimoniis capitularibus, talari veste utantur et mozeta violacea, quarum malleoli et extremitates erunt rubini coloris; zona serica cum duobus flocculis pariter sericis a laeva pendentibus violacei coloris, rocheto cum vitta serica

opere reticulato in manicis ornata, subsuto eiusdem rubini coloris; bireto denique nigro pariter rubini coloris flocculo ornato. Eisdem Capitularibus privilegium damus gestandi catenam cum parva cruce, quo iam fruuntur Canonicorum Collegia Metropolitana Ecclesiarum Coloniensis et Paderbornensis. Ad officia vero quod pertinet, ad munera, iura, privilegia Canonicorum hisque similia, iuris communis leges omnino serventur. Coetu autem Canonicorum constituto, Consultores dioecesani ipso facto a suo munere cessabunt. Ceterum ea omnia, quae mandata sunt, venerabilis Frater Aloisius Iosephus Muench, Archiepiscopus Fargensis atque in Germania Apostolicus Nuntius, exsequenda curabit; factis ad id facultatibus, quas cuilibet delegare poterit, dummodo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Negotii vero peracti idem documenta exarari studebit, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittet. Eidem vero venerabili Fratri potestas erit concedendi ut Canonici servitium chorale tum inchoent cum pares condiciones habeantur ad cultum Deo in cathedrali Ecclesia digne exhibendum.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit **vel** quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

f£ MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 41.

IV

WAËNSIS

IN TERRITORIO VULGO DE GHANA NOVA DIOECESIS CONSTITUITUR ((WAËNSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum venerabilis Frater Vedastus Mojaisky Perrelli, iam in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, optimum esse censuerit atque ad christianorum bono in territorio vulgo de Ghana degentium aptius consulendum et ad evangelicam legem inter gentes propagandam valde opportunum, si ibi locorum nova quaedam dioecesis constitueretur, cumque Sacrum Fidei Propagandae Consilium, per dilectum Filium Nostrum eiusdem S. Congregationis Pro-Praefectum, ut id fieret a Nobis petierit, Nos, post rem bene perpensam, de apostolica Nostra auctoritate ea, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. A dioecesi Tamalensi districtum civilem vulgo de Wa distrahimus cum subdistrictibus quos de Lawra et de Tumu appellant, ex iisque novam condimus dioecesim, *Waensem* appellandam, cuius hi erunt fines : ad septemtrionalem partem, territorium provinciae civilis quae vulgo de Haute Volta nuncupatur; ad orientem solem, pars territorii Navrongensis dioecesis; ad meridiem, territorium dioecesis Tamalensis; ad occidentem denique solem, territorium civilis provinciae quae vulgo de Haute Volta appellatur. Sive autem dioecesi, sive cathedrali templo, sive Praesuli iura, honores, privilegia damus, quae iisdem competunt, impositis Episcopo oneribus et obligationibus. Canonicorum Collegium in nova dioecesi condatur. Quod si fieri nequeat, consultores dioecesanos ad normam iuris renuntiari permittimus, qui tamen a suo munere cessabunt Canonicis constitutis. Item Seminarium saltem elementarium struatur, pueris ad sacerdotale officium educandis, ad normam iuris communis atque peculiares S. Congregationis de Propaganda Fide leges. Mensa episcopalis, quae dicitur, efficietur : Curiae episcopalis proventibus, populi collationibus atque pecunia, quam S. Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Regimen, administratio dioecesis, electio Vicarii Capitularis, sede vacante, iura cleri et populi aliaque

huiusmodi, iure canonico temperentur. Ceterum, quae mandavimus exsequenda curabit qui in novae Ecclesiae territorio Delegati Apostolici partes implet, vel quem ipse delegaverit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum, factis omnibus agendae rei potestatibus. Idem vero documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis conscripta ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittenda curabit. Quod si alius tempore exsecutionis eidem Apostolicae Delegationi praesit, hic iussa Nostra facere studebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel cor rumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die tertio mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., vol. CI, n. 89.

V

BANGKOKENSIS
(CHIENGMAIENSIS)

DISTRACTIS QUIBUSDAM TERRITORIIS A VICARIATU APOSTOLICO BANGKOKENSI, NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA CONDITUR, ((CHIENGMAIENSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Caelorum regnum, hoc est Ecclesia, quam Christus summa in homines benignitate condidit, aspersitque Sanguine suo, quamque sanctissimi Apostoli mira laboris industria ingentique animi audacia plus propagarunt quam cuiusvis terrestris imperii fines paterent, cuius denique et maiestatem et sanctitatem insignes viri per saecula, relicta patria humanisque rebus posthabitis, omnibus populis ac nationibus sedula cura prodiderunt, hac nostra etiam aetate ea cepit incrementa ut saepe opportunum videatur in animorum utilitatem Deique gloriam augendam novas circumscriptiones constituere. Quam ob rem, cum in Vicariatu Apostolico Bangkokensi felici sane exitu christiana religio progressus fecerit, censuerunt venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi, post auditum dilectum Filium Ioannem Gordon, negotia Delegationis Apostolicae in Thailandia et Paeninsula Malacensi agentem, ibidem novam Praefecturam Apostolicam esse condendam. Quod consilium probantes, de nostra summa auctoritate haec, quae sequuntur, decernimus atque iubemus. Ab Apostolico Vicariatu Bangkokensi provincias separamus, quibus sunt nomina : Mehongson, Chiengmai, Chiengrai, Lunphun, Lampang, Nan, Phre, Uttaradit, ex iisque novam Praefecturam Apostolicam condimus, *Chiengmaiensem* appellandam, quam Sodalibus Societatis Presbyterorum Sanctissimi Cordis Iesu de Betharram gubernandam concredimus, ad nostrum tamen et huius Apostolicae Sedis nutum, factis scilicet iis iuribus et oneribus quae solent ad Ecclesias talis ordinis spectare earumque Praesules. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras exsequendas curet dilectus Filius Ioannes Gordon, quem memoravimus, vel quem

ille delegaverit, cui omnes potestates rei agendae necessarias facimus. Cum vero negotium actum fuerit, idem documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si alius eo tempore Apostolicae Delegationi praesit, hic mandata nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E.. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. C II, n. 20.

VI

MEDANENSIS
(SIBOLGAÊNSIS)

QUIBUSDAM DETRACTIS TERRITORIIS A VICARIATU APOSTOLICO MEDANENSI, NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA CONSTITUITUR, ((SIBOLGAËNSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum novas constituere ecclesiasticas circumscriptiones magnopere conferat ad Christi regnum amplificandum, ideo Nos quibus universus fidelium grex commissus est, magno studio consilia S. Congregationis Fidei Propagandae probamus, quae, factis a Nobis usa facultatibus, novam censuit in Sumatra insula praefecturam apostolicam esse fundandam, fidelium scilicet necessitatibus aptius consulendi causa. Ratum propterea habentes quod eadem Sacra Congregatio, post rem mature perpensam postque auditos dilectum Filium Caietanum Alibrandi, Apostolicum in Indonesia Internuntium, et sacrum Praesulem cuius intererat, Nobis faciendum proposuit, de apostolica Nostra auctoritate, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus.. A vicariatu apostolico Medanensi, Sodalibus Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum concredito, districtus civiles distrahimus, quibus vulgo nomen Tapanuli Selatan et Tapanuli Tengah, insulam quam Nias appellant, atque insulas vulgo Banjak et Batu cum parvis insulis adiacentibus, ex iisque novam constituimus praefecturam apostolicam, *Sibolgaënsem* appellandam, atque curis eorundem Sodalium Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum committendam, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Quos paterne hortamur ut nulli pareant labori animis quaerendis in unumque Christi ovile congregandis. Hanc autem praefecturam, uti congruum, iuribus debitis instruimus cum honoribus et privilegiis; itemque sacrum eius Praesulem, quem volumus etiam oneribus teneri. Mandamus denique ut haec Nostra decreta dilectus Filius Caietanus Alibrandi, quem diximus, exsequenda curet, cui omnes potestates damus ad rem sive per se sive per alium, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum, fa-

ciendam. Negotio vero confecto, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad S. Congregationem de Propaganda Fide cito mittet. Quod si eo tempore quo haec, quae iussimus, ad exitum deducentur, alius eidem Apostolicae Internuntiaturae praesit, hic eadem faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogeinus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 62.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V., VULGO ((MADONNA DI CARAVAGGIO)), PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS DIOECESIS CAXIENSIS RENUNTIATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praecipuo cum pietatis ardore Christifideles dioecesis Caxiensis, quemadmodum ad Nos allatum est, excolunt Beatam Mariam Virginem, quae a ((Caravaggio » appellatur ; quem cultum Itali, qui primum eam in regionem transmigrarunt, importavere. Est autem tantae religionis sedes praecipua sacrarium, Almae Deiparae eodem nomine insignitae dicatum, quo oppidum vulgo « Parroupilha » appellatum non modice inclaruit. Eo enim Christifideles, more peregrinantium, pietatis causa, catervatim accedunt non solum ex ea regione sed e dissitis etiam plagis. Quibus rebus inductus, Venerabilis Frater Benedictus Zorzi, Caxiensis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, titulo illo ornatam, iurisdictionis suae praecipuam apud Deum Patronam renuntiaremus. Quibus precibus, ad quas Venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesariensis Philippi, Apostolici in Brasilia Nuntii, accessit suffragatio, libenti animo statuimus obsecundare ; ac fore confidimus, ut, Dei Genetrice tuente ac deprecante, res catholica ea in regione magis magisque vigescat. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, vulgo « Madonna di Caravaggio » nuncupatam, praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* dioecesis Caxiensis facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iulii, anno MDCCCCLVIIH, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

SANCTUS IOANNES BOSCO, CONFESSOR, CAELESTIS PATRONUS CONSTITUITUR OMNIUM COLUMBIANORUM IUVENUM TIRONUM OPIFICUM (VULGO ((LOS APRENDICES COLOMBIANOS))).

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Iuventutis praeceptorem ac parentem eximium, Sanctum Ioannem Bosco, ii, qui, aetate florentes, ad gerenda munera artesque per vitae cursum exercendas se comparant, merito excolunt et veneratur. Quod pietatis studium magis cupiens accendere, proximus Decessor Noster Pius PP. XII, Litteris Apostolicis, die xviii mensis Ianuarii anno MDCCCCLVIII sub anulo Piscatoris expeditis, omnes iuvenes tirones opifices Itálicos eidem Sancto Caeliti devotos voluit. Atque ex animi quoque Nostri sententia contigit, ut lectissimi quidam viri e Columbiana Republica, ubi huiusmodi discipulorum societas, vulgo « SENA » appellata, legitime est constituta, preces ad Nos admoverent, ut Sanctum Ioannem Bosco suae nationis iuvenum artes condiscentium caelestem Patronum renuntiaremus. Haec igitur vota, Dilecti Filii Nostri Chrysanthi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Luque, Bogotensis Archiepiscopi, commendatione suffulta, libentissimo implentes animo, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Ioannem Bosco, Confessorem, omnium Columbianorum iuvenum tironum opificum, qui vulgo « los Aprendices Colombianos)) nuncupantur, caelestem apud Deum *Patronum* eligimus, facimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Octobris, anno MDCCCCLVIHI, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

SANCTUS VENERIUS, CONFESSOR, CAELESTIS PATRONUS ELIGITUR TOTIUS LUNENSIS SEU SPEDIENSIS SINUS.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Haud raro accidit ut regiones et loca cum cultu cuiusdam Caelicolae atque historia adeo coniungantur, ut ab eo ipso et fidem ducant et nomen. Sic enim ad sinum nunc Spediensem, Lunensem antea, quod attinet, nec non ad Palmariam ac Tyrum maiorem et minorem seu Tyrellum insulas, in conspectu illius positas, non solum Christiana Fides, sed et mores civilisque cultus a Sancto Venerio, Confessore, cetera denique omnia repetenda sunt. In insula praesertim Tyro, tunc deserta ac silvestri, ubi, qua Eremita paenitentia miraculisque clarus, ipse, uti fertur, saeculo VII, sancto quievit fine, illius cultus per saecula floruit ac supra eiusdem sepulcrum ecclesia et coenobium monachorum Sancti Benedicti, saeculo xi, excitata sunt, unde per finitimam regionem irradians sanctitatis vitaeque spiritualis lux per saecula est diffusa. Deinde, saeculo xv, monachi Congregationis Sanctae Mariae Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti, in locum prioris religiosae familiae suffecti, ad maximum litterarum et prosperitatis lumen memoratam in Tyro insula Abbatiam et alias eidem subiectas, Sancti Venerii numquam intermisso cultu, feliciter extulerunt. Novissime denique, post monasteria a civili potestate sublata, delectorum virorum Consilium in urbe Spedia est constitutum, cui nomen <(Pro Insula Tyro » inditum cuiusque est pervetustum monasterium funditus reficere atque Sancti Venerii cultum, sacris exuviis (prout est in votis) a Regio Lepidi ad ipsam Insulam translatis, quotam nis, potissimum die xin mensis Septembris, eiusdem Caelitis festo, pro vide, sollemniterque restituere. Ad fovendam autem augendamque in memoratum Eremitam fidelium religionem, Venerabilis Frater Iosephus Stella, Lunensis vel Spediensis, Sarzanensis et Brugnatensis Episcopus, impensis Nos adiit precibus ut, quem laudavimus, Sanctus Venerius totius Lunensis seu Spediensis sinus Caelestis Patronus per Nos renuntiaretur. Nos vero, congruens tantae pietati praemium tribuere volentes, huiusmodi precibus perlibenter annuendum censuimus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis

plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Venerium, Confessorem, totius Lunensis seu Spediensis sinus praecipuum apud Deum *Patronum,* omnibus adiectis iuribus ac privilegiis locorum Patronis rite competentibus, confirmamus, seu constituimus ac renuntiamus. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Octobris, anno MCMLIX, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

BEATA MARIA V. IMMACULATA IN PRAECIPUAM PATRONAM ET S. IOANNES MARIA VIANNEY, CONF., IN PATRONUM MINUS PRINCIPALEM DIOECESIS LAFAYETTENSIS ELIGUNTUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Caelesti coruscans fulgore, nullis offuscata maculis, Beata Maria Virgo Christifidelium mentes animosque, ubique terrarum incolunt, e quovis sunt genere prognati, quocumque sermone utuntur, omni tempore ad se convertit. Eam igitur ut communem Matrem et Reginam merito venerantur eiusque praesens exposcunt patrocinium. Sacer quoque clerus eam peculiari necessitudine attingit, quippe qui pro munere coniti debeat, ut Filius eius Divinus hominibus innotescat huiusque superna dona iisdem dilargiatur. Habent praeterea hi templorum administri exemplum praeclarissimum, in cuius se forment mores ; Sanctum dicimus Ioannem Mariam Vianney, cuius a piissimo obitu centum modo anni abierunt. Quae persentientes, sacri ordinis viri et Christifideles dioecesis Lafayettensis utriusque Caelitis tutelam expostulaverant, quorum vota Venerabilis Frater Mauricius Schexnayder, eiusdem iurisdictionis Episcopus, Nobis significavit, rogans, ut huiusmodi electionem

ratam haberemus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem Immaculatam in praecipuam caelestem *Patronam,* Sanctum vero Ioannem Mariam Vianney, Confessorem, *Patronum* minus principalem totius dioecesis Lafayettensis confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae dioecesium Patronis principalibus minusque principalibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Octobris, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

ECCLESIA CATHEDRALIS FERRARIENSIS TITULO BASILICAE MINORIS CONDECORATA.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Mirabili nexu religio et ars in principe templo Ferrariensi coniunctae conspiciuntur, ita ut eorum, qui id invisant, sensus non immerito soleant permoveri. Ut enim haec sedes cultus divini praecipua splendesceret congruenti maiestate, artifices eleganti manu opus erexerunt, cui ab aliis temporum successu decus egregium est additum. Quod templum, perenne scilicet quoddam quasi pietatis ingeniique monumentum, saeculo xn conditum fuit et anno MCXXXV Deo in honorem Sancti Georgii, Martyris incliti, consecratum. Frons,, omnium consensu probata, initio solum uno « Romanicorum » arcuum ordine decorabatur, saeculo vero xn et xni ineunte arcubus acutis in

parte superiore, opere singulari, convenientia summa, ornata est. Ianua princeps, columnis Sanctorumque Caelitum statuis, quas inter summa laude fertur signum Sancti Georgii, Ferrariae tutoris, perquam commendatur, dignum sane ostium, quo ad augustam hanc aulam Dei accedatur. Interior vero pars templi eiusdem, olim quinquepertiti, saeculo xviii ita mutata est, ut Petrianam Basilicam imitatione exprimeret. Renident ibi imagines, magna colorum venustate illustres, a pingendi artificibus perfectae, quorum nonnulli claritate praestiterunt. Nec est quin dilaudet statuas ibi locatas, fictiles praesertim Apostolorum Divinique Redemptoris, et scamna chori, quibus tessellatae imagines ornatus gratiam adiungunt haud modicam. Sacram denique turrim praeclarissimum exemplum eius architectandi rationis praedicant, quae a renatis artibus trahit appellationem. Est praeterea hoc templum memoria rerum, quae ibi gestae sunt, perinsigne : complures enim Summi Pontifices, in munere Apostolico Decessores Nostri, id adierunt, veluti Alexander PP. III, qui aram maximam, anno MCLXXVII, consecravit, et Urbanus PP. III, qui ibi etiam confectus est sepulchro, et post cuius obitum Purpuratorum Patrum coetus, eodem loco congregatus, Gregorium PP. VIII elegit. Est etiam memorandum sessiones Concilii Oecumenici, quod Basileenses Conventus prosequeretur, praeside Eugenio PP. IV ibidem habitas esse, atque Venerabilem Dei Famulum Pium PP. IX, anno MDCCCLVH, eo accessisse, ut die festo Beatae Mariae a gratiis, quae impensissime ibi colitur quamque paucos ante annos Ferrariensem Patronam ipse renuntiaverat, sacris operaretur. Hoc deinde in templo Sancti Bernardinus Senensis, Laurentius a Brundusio, Ecclesiae Doctor, et Laurentius a Portu Mauritio sacris orationibus populum ad pietatis studium excitarunt, et alii Caelites, ut Sanctus Ignatius a Loyola, Sanctus Franciscus Borgia, Sanctus Carolus Borromaeus, plures Purpurati Patres, Episcopi, Principes constiterunt. Quibus omnibus adductus, Venerabilis Frater Natalis Mosconi, Ferrariensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut templum, tot laudibus celebratum, quod vulgo quidem Basilica a multo tempore appellaretur, non vero publico Sedis Apostolicae concessu, huius tituli honore augeremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Ferrariensem ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec

edicimus, statuimus, praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaees iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Novembris, anno MCMLIX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TABDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. VILLELMUM SLATTERY, MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS MISSIONIS, TERTIO EXEUNTE SAECULO A PIO OBITU S. VINCENTII A PAULO ET S. LUDOVICAE DE MARILLAC.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum tria saecula hoc anno impleantur, ex quo S. Vincentius a Paulo et S. Ludovica de Marillac e terrestri vita migrarunt, hisce congruentes memoriis istic celebritates parantur. De quibus religiosis instaurandis festis tu, dilecte fili, officioso obsequio Nobis nuntium dedisti, quod suavi animum Nostrum delectamento affecit etiam ob singulare pietatis studium, quo hos Sanctos Caelites iam diu colimus. Cum enim Apostolici Legati munere in Gallia fungebamur, pio desiderio moti, crebro ad venerandas horum mortales exuvias gressum tetendimus, quae Lutetiae Parisiorum in splendidis custodiuntur sarcophagis, alterae in domo principe Congregationis Missionis, alterae in domo principe Puellarum a Caritate.

Quapropter in peragendis hisce sollemnibus vocem Nostram tacere non patimur; immo aequum esse putamus eam, admirationis et laudis plenam, S. Vincentium a Paulo praeconio suo ut praeclarum caritatis exemplar extollere. Hunc quidem non solum te sodalesque tuos ceterosque ab ipso incitamentum ac spiritus evangelicae perfectionis assequen-

tes, sed omnes Ecclesiae Catholicae filios suspicere et imitari maiore cum veneratione et amore vehementer optamus.

Ex historiae annalibus placet Nobis id conicere, quod in praesens quoque spem alit optimam. Post Oecumenica peracta Concilia non unus vel alter, sed plures et ardentiores solent christiani fortissimi héroes oriri, quorum opera ac merito Dei regnum revirescat : quod quidem, Tridentina generali celebrata Synodo, manifesto apparuit. Quot subinde Ecclesiae viridarium floribus distinctum est, quot eius caelum novis sideribus nituit, quot sanctitatis vires excitatae sunt! At quod S. Vincentius a Paulo, in numero lectorum lectissimus, in spiritualem renovationem cleri et profectum christiani populi gessit, humanae mentis cogitationes supergreditur et ad portenta deferendum est Dei, qui mirabilis mirabilibus operatur. Nam dedit ei Deus sapientiam et prudentiam multam nimis et latitudinem cordis, quasi harenam quae est in litore maris.[1] Fuit ei mysticus ardor, quo totus incensus illud S. Pauli Apostoli ad se referre poterat : *Mihi vivere Christus est;*[2] fuit humanissimum ingenium, in expediendis negotiis summa dexteritas, in componendis rebus incredibiliter prompta peritia : raro tam acris voluntas, felici coniunctione nexa, tam tenero animo inservivit, quem erga Christum, erga Ecclesiam et pauperes et miseros, ab ipso « dominos » vocitatos, adsidua amoris flamma adussit. Varietas et amplitudo operum, quae ipse constituit vel fovit, in re ecclesiastica, in re morali et sociali vim habuerunt, quae eius aevo beneficia numquam satis aestimanda contulerunt, et futuris quoque aetatibus continenti virtute prosunt.

Etenim Vincentianae arboris magna fructuum ubertas, admodum diffusa propago. Congregatio Missionis, ab ipso condita, ubi instantius urgebat necessitas, praeter alia clero educando et spiritualibus exercitationibus ad puriorem apostolicam vivendi formam provehendo, sacris missionibus in pagis habendis, eximio religionis studio enituit et enitet; eaque late etiam ultra Galliae fines florentibus propalatis surculis, virtute ac numero de re catholica egregie meretur. In qua caritatis alenda flamma non minore sunt dignae praeconio Puellae a Caritate, quae S. Vincentium habent patrem et S. Ludovicam de Marillac sollicitam amantemque parentem. Nam prorsus ex provida Dei dispositione contigit, ut ille Ludovicam de Marillac haberet veluti adiutorium simile sibi, suavibus moribus praeditam, magnanimam, ad strenue agendum

[1] **Cfr. *III Reg.* IV, 29.**
[2] ***Phil.* I, 21.**

paratam, quae vexillifera exstitit sacrarum virginum multitudinis, Ecclesiae et humani generis delectamenti et decoris.

Quod autem paucis interiectis mensibus mors unum et alteram rapuit, manifestum indicium signumque est ipsos, quemadmodum in terrestri vita, ita in tutando e caelestibus sedibus commisso sibi evangelico munere per aetatum decursum arto foedere iunctos esse.

Nec hactenus satis. Tria enim postrema per saecula excitandi et componendi christianae caritatis opera S. Vincentius a Paulo exemplo afflatuque suo praesentissimus impulsor et suasor fuit.

Dominae a Caritate, Puellulae a Caritate, Parvae Amicae pauperum, a Friderico Ozanam conditi Vincentiani coetus et alia complura sodalicia et opera, quae ubivis terrarum auspicio, spiritu et interdum nominibus ipsis S. Vincentii a Paulo et S. Ludovicae de Marillac mota et exornata florent ac multiplici beneficentiae aemula alacritate vacant, per totum catholicum orbem diffusa sunt veluti pacifer exercitus, qui sub evangelicis vexillis contra miseriarum omne genus — lugubrem maestamque catervam — militat et serit solatia.

Persuasum prorsus Nobis est id, quod Deus S. Vincentio a Paulo credidit munus, hisce licet amplis non concludi finibus, sed in posterum quoque latius et efficacius insitam sibi vim et virtutem explicaturum esse, ope et ministerio praesertim eorum, qui a tanto christianae perfectionis heroe inditum nomen et disciplinae legem acceperunt. Quodsi technicae cognitiones et artes nunc temporis in audaces progressus eunt, ab eorum tamen incrementis in peius prolabentes privati et publici mores misere dissociantur, frigore quodam magis magisque gliscente, quo saepe hominum animi nimio et illicito sui amore capiuntur, domesticis convictus labat, publicae gentium rationes potius mutuo metu quam amore reguntur. Quam maxime egent nunc homines caritatis calore, ne pereant atque idcirco ut cum Deo et una simul omnis felicitatis frugifera coniunctione cohaereant. « Quapropter, fratres, sectamini caritatem, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua dives pauper est, et cum qua pauper dives est... Quanta est ista? Anima litterarum, prophetiae virtus, sacramentorum salus, scientiae solidamentum, fidei fructus, divitiae pauperum ». [3]

Profecto haec caritas, quamvis iisdem supernis rationibus atque propositis ali et moveri debeat, quibus S. Vincentius a Paulo ferbuit, aetate nostra praeter veteres alias instanter poscit rationes et vias, cum,

[3] *8. Aug.* **Sermo OOOL,** ***De Caritate*** **II, 3;** ***Migne,*** **PL XXXIX, 1534.**

interceptas ferme locorum distantiis, nationes cohaereant et humanum genus magis magisque vicinitatis necessitudines animadvertat et exigat : quapropter apta temperatione in id conferre caritatem oportet, quod in egestatibus allevandis et dissitas gentes et amplissima spatia attingat.

Vividiore igitur spiritu praesens, per celebranda in suum honorem sollemnia, S. Vincentius a Paulo erigat quod iacet, foveat quod languet, accendat quod dura glacie obstringitur, « ut eodem nos spiritu ferventes, et amemus quod amavit et quod docuit operemur » .[4]

Haec imo e pectore ominati, tibi, dilecte fili, sodalibusque tuis, sacris virginibus a Caritate, itemque cunctis Vincentianis familiis et universis, qui statis celebritatibus favent vel intererunt, Apostolicam Benedictionem, ad caritatis exercitationem eo modo et more, quo S. Vincentius a Paulo et S. Ludovica de Marillac praecellebant, validum incitamentum, perquam libenter impertimus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die xx Februarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

II

AT) EMUM P. D. ANTONIUM TIT. S. LAURENTII IN PANISPERNA S. R, E. PRESBYTERUM CARDINALEM CAGGIANO, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, VICESIMUM QUINTUM A SUSCEPTO EPISCOPATU ANNUM IMPLENTEM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quoniam ab episcopali honore suscepto mox tibi, Dilecte Fili Noster, viginti quinque absolventur anni, suave est Nobis, qui tecum arto paternae benevolentiae vinculo copulamur et iungimur, gratulationes et vota proferre.

Certum esse putamus hoc gratum fore tibi, qui, sat diuturnum emensum pastoralis officii iter considerans, pro collatis tibi muneribus religioso obsequio Deo grates persolves, et quasi sertum impositum iri gregis tui laetitiis, qui sacrum pastorem, anniversariam agentem memoriam, devoto sueto maiore pietatis affectu circumstabit.

[4] **Propr. Congr. Miss, die XIX Iulii, Oratio.**

Gratulamur sane tibi adhuc peractos labores, qui mole naturaque sua aperte testantur, quam alacre fidei studium te ad opera molienda pro Dei nomine et gloria et pro religionis utilitate et decore impellat et adigat.

Tua praecipua in laude ponitur quod Rosariensem Dioecesim actuose rexisti, ita ut, valde adaucto paroeciarum numero, pulcherrimis Sacri Seminarii aedibus exaedificatis, religiosa institutione promota, Ecclesiasticae Hierarchiae adiutore laicorum apostolatu incohato, illic catholico nomini validas vires comparaveris.

Praeter alia Argentina tibi plurimum debet, quod per eius fines Actionem Catholicam ad Romanorum Pontificum placita et praescripta aptis structuris temperasti.

Quam in Rosariensi Dioecesi regenda virtutem explicasti, modo ad Bonaerensem Archidioecesim moderandam translatus, confisus Deo, qui fortium est adiutor et praemium, eam prudens et acer exseris, non minore — hoc quam maxime cupimus — cum placidae sapientiae et operosae caritatis fructu.

Caelestis gratia, quacum possumus omnia, tibi adsit detque tibi cum bona valetudine diuturnam lucis usuram, ut quae cum animo tuo agitas — numquam generosus amor interquiescit — plane et actuose perficias, atque adeo meritorum lucentiorem tibi pares coronam.

Quo salutarior autem vicesimus quintus episcopatus tui natalis eveniat, id tibi facultatis facimus, ut, cum sacris pontificali ritu operatus fueris, adstantibus christifidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenaria indulgentia sueta lege lucranda proposita.

Haec dum, flagrantia facientes vota, prona voluntate concedimus, tibi, Dilecte Fili Noster, sollertibus Episcopis Auxiliaribus tuis atque clero et christifidelibus Bonaërensis Archidioecesis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die n Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIO

*A Beatissimo Patre habita, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus multisque Praelatis et Athenaeorum Moderatoribus, quinquaginta expletis annis ex quo Pontificium Institutum Biblicum eius Decessor 8. Pius X in Urbe erexit. **

Venerabili Fratelli e diletti figli!

Abbiamo apprezzato l'opportuno e lodevole progetto che oggi solennemente si realizza, di commemorare i primi cinquanta anni di vita del Pontificio Istituto Biblico. La vostra letizia è grande, e l'avete a Noi manifestata nella sua intensità : nè potrebbe essere diversamente, perchè questi anni di storia — come opportunamente ha messo in luce il Nostro diletto figlio il Cardinale Agostino Bea — sono stati fecondi di frutti e di consolazioni, e favoriti dalle benedizioni del Cielo. Basterebbe da solo il privilegio dell'Istituto di trarre origine dal luminoso pensiero di S. Pio X, per dare al vostro ricordo il tocco caratteristico di una gioia perenne. Siamo pertanto lieti di potere oggi elevare l'inno di ringraziamento al Signore, per tutte le grazie, di cui ha allietato questi primi dieci lustri della vostra attività.

Godiamo intimamente nel manifestarvi il Nostro paterno e beneaugurante compiacimento. Nel volere la provvida Istituzione, unitamente ad altri segnalati atti del Suo Pontificato, quel grande Pontefice Santo, che Ci ha preceduti, con sì luminosi esempi, su la Cattedra di S. Marco, e su quella infallibile di Pietro, « diede la misura altissima della sua chiaroveggenza di Maestro e di Pastore universale ».[1] Nè vogliamo tacere la soddisfazione del Nostro animo, nell'ammirare il simbolico Leone di S. Marco, entrato anche nel vostro stemma com'esso è nel Nostro. Questi motivi, per gli stretti legami che vi uniscono in tal modo al Santo Pontefice e a Noi, si intrecciano amabilmente nel Nostro ricordo, formando quella stima per il vostro Istituto che oggi in questa fausta circostanza solennemente conclamiamo.

Cinquanta anni di vita, di crescita, di lavoro serio e silenzioso sembrano spontaneamente invitare ad una pausa di raccoglimento : sia per

*** Die 17 Februarii mensis a. 1960.**

[1] ***Esortazione al Clero Veneto,* A. A. S. LI, 1959, p. 379.**

riguardare il cammino percorso, sia per indirizzare gli occhi su l'orizzonte che si schiude alla vostra futura attività.

1. Uno sguardo indietro, lungo le tappe salienti di questo primo mezzo secolo di vita dell'Istituto Biblico — come Ella, Signor Cardinale, benemeritissimo dello sviluppo di questa Pontifìcia Fondazione, ha saputo così bene tratteggiare, in quadri vivi e parlanti — uno sguardo indietro, diciamo, significa anzitutto profonda gratitudine al Signore per la serie ininterrotta di insigni benefici, di cui l'ha ricolmato. E quanti motivi di riconoscenza scaturiscono da una considerazione, anche affrettata, di questi anni densi e significativi : dalla fondazione, avvenuta tra grandi difficoltà, ed anche opposizioni, alla felice sistemazione economica ; al rigoglioso sviluppo dell'opera, che ha visto moltiplicarsi gli alunni, aumentare i mezzi didattici e le pubblicazioni scientifiche, crescere ognor più la propria considerazione ! Come rifulge in questa storia, insieme alla paterna sollecitudine del Santo Fondatore, anche l'illuminato zelo del Nostro immediato Predecessore Pio XII, di v. m., il quale, con provvide intraprese, ne volle ingrandita la sede, ed avvalorata l'attività !

Tutti questi avvenimenti sono stati molto bene rievocati dalla vostra bella parola, Signor Cardinale, sicché non è necessario ripetere cose note. Ma lasciateci dire che la fonte di essi, Punica e principale, è il Sacro Cuore di Gesù, della cui bontà e provvidenza l'Istituto è solenne monumento. Ricevendo i Superiori, al termine della sistemazione dell'opera, S. Pio X affidava loro il più bel tesoro, e il pegno di ogni benedizione, dicendo : « Io vi lascio il Sacro Cuore » ;[2] ed attribuiva alle parole dello stemma : *Verbum Domini manet in aeternum,* anche il significato di una duratura e sicura protezione del Cuore di Gesù. Tale meravigliosa speranza doveva pienamente avverarsi : e gli anni trascorsi ne sono la luminosa conferma.

Le benedizioni ricevute sono una promessa di nuove grazie propizìatrici per l'avvenire : vi invitiamo pertanto a prendere animo dalla considerazione dei passati benefici, affinchè possiate proseguire con gioia, serenità e sicurezza, nel cammino intrapreso. Certo, come in ogni opera umana, non tutto è fatto, nè tutte le difficoltà sono superate, anzi ne possono sorgere di nuove : ma abbiate fiducia in Colui, che vi protegge : *Ego vobiscum sum/* dice il Signore, con voi che studiate e approfondite la sua Parola. Sicché avanti, diletti figli, *in nomine Domini!*

[2] *Gir.S. Pio X, Promotore degli Studi Biblici,* 1955, p. 40.

[3] *Agg.* 1, 13.

2. Questa fiducia in Dio vi deve dare la forza di guardare agli orizzonti che si annunciano, verso le finalità che sono proposte al vostro paziente lavoro.

Alto, invero, e difficile è il compito assegnato all'Istituto. Nella Lettera Apostolica *Vinea electa,* che è come la *Magna Charta* del vostro Istituto, S. Pio X dice con cristallina chiarezza : « Finis Pontificio Instituto Biblico sit, ut in urbe Roma altiorum studiorum ad Libros sacros pertinentium habeatur centrum, quod efficaciore quo liceat modo, doctrinam biblicam et studia omnia eidem adiuncta, sensu Ecclesiae catholicae, promoveat ».[4] Ecco dunque che un ampio e nobile orizzonte vi si schiude : il Libro sacro, in tutte le sue ricchezze nascoste ; l'insegnamento, *doctrina,* in esso contenuto. Quale splendido programma per le vostre intelligenze ; e quale godimento altresì per il Papa che vi parla, le cui prime sollecitudini vanno verso questo medesimo proposito !

Nell'omelia tenuta il 10 novembre 1958, *infra Missarum sollemnia,* nella Nostra Cattedrale Arcibasilica Lateranense, abbiamo voluto infatti affermare, tracciando come le linee maestre del Nostro Pontificato : « soprattutto sentiamo di dover sollevare da per tutto, e con continuità di azione, l'entusiasmo per ogni manifestazione del Libro Divino, che è fatto per illuminare dall'infanzia alla più tarda età il cammino della vita... Purtroppo alcune nubi caliginose di certo insegnamento, che poco ha a vedere con la vera scienza, ingombrano in tutti i tempi l'orizzonte, nei tentativo di velare la chiarezza e gli splendori del Vangelo. Questo è il richiamo, questo è il compito del Libro aperto su l'altare : insegnare la vera dottrina, la retta disciplina della vita, le forme di elevazione dell'uomo verso Dio ».[5]

Ci rallegra assai il pensiero che questo santo impegno forma il luminoso vessillo e l'alta missione del vostro Istituto. La sua dedizione allo studio del Libro Divino ben corrisponde al servizio di quella *verità,* che abbiamo proposta come primo oggetto del Nostro governo pontificale.[6] L'Istituto Biblico dunque cerca, lumeggia e divulga la verità, proposta nelle sacre Scritture, partecipando così alla sublime missione del Redentore Gesù : « ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati ».[7] Questo lavoro al servizio della verità significa due cose : serietà, sodezza, lealtà scientifica dello studio e dell'insegnamento, e al

[4] *A. A. S.* I, 1909, pp. 447 s.

[5] *A. A. S.* L, 1958, p. 917.

[6] Cfr. Enciclica *Ad Petri Cathedram; A. A. S.,* LI, 1959, pp. 497 s.

[7] *Io.* 14, 6.

tempo stesso assoluta fedeltà al sacro deposito della Fede, ed al Magistero infallibile della Chiesa.

La *serietà scientifica* è il primo ed alto vostro titolo di onore, che già tanta stima vi ha procurata nel tratto di tempo, di cui oggi commemorate un fausto traguardo. Essa consiste, come sapete, sia nell'uso dei nuovi mezzi, che il progresso della scienza man mano fornisce : e sia nel coraggio di affrontare i problemi proposti dalle nuove ricerche e scoperte, riesaminando — al dire di Pio XII — « le difficoltà sino ad oggi non ancora disciolte ... per tentare una solida spiegazione».[8]

È vero che questo lavoro, muovendosi in un campo non ancora sufficientemente dissodato, esige grande prudenza e sobrietà, per non presentare come definitivo ciò che forse è soltanto una ipotesi di lavoro. Ma questo non vieta che siano impostate le questioni, che assillano gli animi, e creano difficoltà e pericolo alla fede di tanti cristiani. Sotto il vostro paziente lavoro scientifico, che si serve dei modernissimi mezzi delle discipline positive, c'è dunque, e ci deve essere, un intento pastorale, uno sforzo di comunicare alle anime la verità scoperta e posseduta.

Non si tratta di trascurare quelle discipline, perchè la serietà scientifica ve ne impone lo studio e l'approfondita conoscenza : ma neppure sarebbe degno del vostro impegno dedicarsi — nell'insegnamento e nella ricerca — ai problemi, diciamo, di attualità, trascurando gran parte di quel tesoro, che è la Parola di Dio, ed il secolare lavorio interpretativo dei Santi Padri e degli insigni maestri della Chiesa.

Come vedete, quello che Ci sta a cuore è particolarmente lo studio delle questioni riguardanti la sacra dottrina: *doctrinam biblicam ... promoveat,* dice la ricordata Lettera di S. Pio X. Qui sta il fine del vostro Istituto, che tende a formare non solo specialisti di materie bibliche e profane, ma studiosi ardenti di zelo sacerdotale, anime di profeti e di apostoli. Nella già citata Enciclica *Divino afflante Spiritu,* Pio XII di v. m. compendiava efficacemente questo scopo dei vostri studi : <(ostendant potissimum quae sit singulorum librorum vel textuum theologica doctrina de rebus fidei et morum, ita ut haec eorum explanatio ... sacerdotibus etiam adiumento sit ad doctrinam christianam coram populo enucleandam, ac fidelibus denique omnibus ad vitam sanctam homineque christiano dignam agendam adserviat ».[9] Questo perchè la sacra Scrittura non è un qualunque, sebbene altissimo, oggetto di studio, ma

[8] Ene. *Divino afflante Spiritu, A. A. S.,* XXXV, 1943, p. 319.

[9] *A: A. S.* loc. cit. p. 310.

la rivelazione di Dio, eh'è diffusa, con la luce riflessa dell'aurora, o con la pienezza del meriggio splendente in Gesù Cristo, Salvatore del mondo, sulle pagine dell'Antico e del Nuovo Testamento : « quando udiamo un salmo, una profezia, la legge ... tutto il nostro sforzo deve consistere (nel vedervi Cristo, nel riconoscervi Cristo », come profondamente insegna S. Agostino.[10] Dalle pagine ispirate Egli tuttora parla e insegna, e porge sostanzioso alimento spirituale alle anime.

A queste profonde parole del grande Dottore e Vescovo di Ippona fanno eco mirabile quelle di un altro grande Dottore e Vescovo, il Protopatriarca di Venezia, S. Lorenzo Giustiniani, il cui insegnamento sul valore pastorale e santificatore delle Sacre Scritture è divenuto familiare al Nostro spirito, come proponemmo, or sono quasi quattro anni, in una «Lettera Pastorale» al Clero ed ai fedeli di Venezia.[11] Sentite con quali accenti egli parla del Libro Sacro, nella sua opera *De contemptu mundi* : « Ad evitare i lacci della umana sapienza, ecco gli oracoli dei profeti, le scritture degli apostoli, la vasta erudizione dei santi, i quali non parlano per conto loro, ma perchè Cristo è in loro... Oh! quanta e come grande l'autorità delle Divine Scritture! Quale tesoro di verità sotto il velo delle parole. Verità tutta santa, tutta ornata di sublimi sentenze. Nulla di sordido nel Libro Divino, nulla di obliquo, nulla di vacuo, nulla che non meriti venerazione. Verità splendida per se stessa : agli uomini dà alta e gustosa intelligenza : forma i credenti, nutre coloro che amano, dirige chi va pellegrino sulla terra, infonde letizia in chi spera, poiché quante volte leggiamo le Scritture, noi ascoltiamo Cristo che ci parla, e ci conferisce la pazienza e la consolazione».[12]

Il vostro è dunque un lavoro squisitamente sacerdotale, e deve essere animato da quello zelo, che ha di mira soltanto le anime, i loro bisogni, ed i pericoli che le minacciano ; che tiene presente le necessità e i desideri anche dei vostri ex-alunni, ormai sparsi nel mondo, per dare loro l'orientamento, le direttive ed il necessario aggiornamento nella loro vita di studio e di insegnamento, con la quale formano le nuove generazioni di giovani sacerdoti.

In tale luce si comprende agevolmente l'accennata, basilare esigenza di una assoluta *fedeltà al sacro deposito della Fede, ed al Magistero*

[10] *Enarr. in Psalm. 98,* 1; ML 37, 1260.

[11] Cfr. A. *G.* Roncalli, *La Sacra Scrittura e San Lorenzo Giustiniani,* in *Rivista Biblica,* 1958, pp. 289-294.

[12] Divi Laurentii Iustiniani... *Opera Omnia,* Venezia 1721; *De contemptu mundi,* p. 422.

della Chiesa. La Lettera di fondazione dell'Istituto Biblico vi affida il delicato incarico di promuovere una sana dottrina biblica « sensu Ecclesiae catholicae », che cioè sia ((conforme alle norme già date, o da stabilirsi, da parte di questa Sede Apostolica».[13] Se questa esigenza di fedeltà alla Chiesa, « columna et firmamentum veritatis »,[14] è richiesta a tutti i degni figli della Chiesa, tanto più essa deve essere la divisa di coloro che, come voi — per espressa volontà della Sede Apostolica e per nobilissima vocazione —, fanno oggetto del loro studio gli alti e imperscrutabili segreti di Dio, contenuti nel Libro Sacro. Trattandosi di sublimi realtà, è dunque necessario, che chi ama la verità, e non vuole alterarla « di un solo iota o di un solo apice»,[15] si attenga con fedeltà somma al Magistero della Chiesa.

Il congiungere l'assoluta serietà scientifica con la piena sottomissione al sacro deposito della Fede ed all'insegnamento del Magistero Ecclesiastico, richiede in pratica non poco acume e prudenza : occorre infatti chiaramente stabilire, da una parte, il vero significato ed il grado di certezza di una conclusione scientifica, e, dall'altra, il senso e la portata della dottrina teologica o di una decisione del Magistero della Chiesa. Soltanto la piena serietà del sapere, e la perfetta docilità al <(sensus Ecclesiae » può condurre a trovare la giusta risposta ai vari problemi, e preservare gli studiosi da lacrimevoli errori.

Ci sia consentito qui amabilmente il richiamo a quanto in occasione del recente Sinodo Romano, nel secondo discorso al Clero, Ci accadde di toccare : « La grazia del Signore assicura una soddisfazione intima alle buone volontà nutrite e fortificate da bella coltura, attinta non a piccoli rigagnoli, ma alle opere robuste di cui anche l'età nostra è capace, in emulazione umile e coraggiosa delle grandi pubblicazioni del passato : Padri, scrittori e Dottori della Chiesa, sempre maestra di verità in tutti i secoli ».

« S. Pietro ammonisce nella sua seconda lettera circa lo speciale riguardo che vuoisi usare in materia di studi Biblici : "... cui bene facitis attendentes — son parole sue — quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris : hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit " ».[16]

[13] Cfr. *A. A. S.* I, 1909, p. 448.

[14] *1 Tim.* 3, 15.

[15] *Matth.* 5, 18.

[16] *2 Petr.* 1, 19-20.

Venerabili Fratelli e diletti figli!

Il compito certamente non è facile, e non basta il solo studio. Bisogna invocare il lume confortatore dello Spirito Santo, « qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei »,[17] e l'assistenza dei suoi doni di sapienza e di consiglio, di scienza e di pietà. Sia dunque la preghiera l'alimento e il respiro della vostra vita di studiosi, secondo il monito di Sant'Agostino: « Orent ut intelligant. In eis quippe Litteris, quarum studiosi sunt, legunt quoniam " Dominus dat sapientiam, et a facie eius scientia et intellectus " ».[18] Vi richiamiamo pertanto alla preziosa consegna di S. Pio X: « vi lascio il Sacro Cuore »; in questo Cuore, mite ed umile, si trova la salvaguardia da ogni presunzione e vanità intellettuale, e altresì sono racchiusi « tutti i tesori della sapienza e della scienza ».

Solo così è assicurata piena fecondità alla alta missione dell'Istituto. E, procedendo fiducioso in questa via del lavoro umile, della fedeltà filiale alla Chiesa, della preghiera intensa, esso può essere sicuro che anche in avvenire non mancherà della divina protezione.

È quanto Noi vi auguriamo di tutto cuore, e che domandiamo al Signore con fervide suppliche; ed in pegno dei celesti doni, come per riaffermarvi la Nostra benevolenza, siamo lieti di impartire a voi tutti del Pontificio Istituto Biblico — superiori, professori, alunni, ex alunni e benefattori — la Nostra propiziatrice Benedizione Apostolica, affinchè sia « grazia a voi e pace da Dio Padre e dal Signore Gesù Cristo ».[19]

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

AD ALUMNOS CATHOLICARUM SCHOLARUM IN FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTRIONALIS CIVITATIBUS : IN INDIGENTES ALIARUM NATIONUM PUEROS EORUM CARITAS SOLLICITATUR.

It was a year ago that We addressed Our first message to you, Our dear children in the Catholic Schools of America. Now, We write to you once again and We feel that We know you a little better than We did last year.

[17] *J Cor.* 2, 10.
[18] *De doctr. chr.* 3, 56; ML 34, 89 s.
[19] *2 Thess.* 1, 2.

*

Düring 1959 the Bishops of the United States came to Rome to make their regular live year visit and We had the pleasure of meeting with ail of them. They t old Us about the prayers which the children in America were offering for the Common Father and for His intentions. We were much consoled to learn of your prayers for Us, because We know that G od will hear you and bestow on the Church His Hessings and His unfailing protection.

For many years now, at the beginning of Lent, the Vicar of Christ has talked to you and has written to you about the children all over the world who nave not been as fortunate as you. We know that you are interested in these children and that you are Willing to show your love for them helping them in whatever way you can ; We Ourselves saw the fruits of your generosity last year, when your contributions in money and in clothing enabled Us to assist countless families who were in need.

Even today, while you are enjoying the many gifts that G od in His Providence has given to you and to your great nation, there are still millions of children who are suffering. Many do not have the proper food to be well; many others have not enough clothing to protect them when the bitter winter comes; and in numberless cases, this is made worse because their homes are little more than shacks and hovels. The reason for this is that many had to flee persécution and they were forced to leave all their belongings behind. In the confusion of war and oppression, many have lost their fathers and mothers and have been deprived of the love of fond parents. They have no homes and no schools such as you have, and often they know very little about G od and therefore they have little chance of loving Him.

And so We come to you to encourage you to continue helping your dear friends in Christ. You can do this, first of all, by praying for them : ask God to protect these children and to keep them free from sin and its occasions; plead with Him on their behalf that they may have the strength to resist the temptations threatening their soûls. We are sure that God will not refuse your pleas, because they come from hearts which are pure and dedicated to Him.

Secondly, during Lent, which is a time of penance and sacrifice, you can help them materially by giving them gifts. Through their Organization called the Catholic Relief Services, your Bishops have been sending aid to suffering peoples ali over the world for years, because the Catholics in America have been very generous and sympathetic. You

might be tempted to say that your offerings are too small to do any good; but when you remember that there are so many of you, you will realize that your contributions, whether clothing, coins, or whatever you give, can mount up to relief supplies of considerable size. Through your beloved Bishops and their Organization, you can be very effective in assisting these suffering children. If it were possible We would like to teli you of the many heart-rending appeals which reach Us every day, and which cause Us much sorrow. We feel confident that help will soon reach them, because you have been so generous in the past, and We are certam that you will try to do your best again this year. Your priests and sisters will tell you how you can play your part.

These poor suffering children will be able to be happy when they receive your help, and they will pray for you and beseech God to continue to bless you and your families and your great country. Christ said whatever you do to the least of these you do to Him.[1] You can be sure that Our Divine Lord will reward you very liberally in proportion to your generosity in giving.

In order to show Our appréciation and gratitude for your prayers and for the assistance which you have given Us, We extend to you and to your teachers, parents and families Our fatherly blessing as a pledge of copious grâces and favors from Our Lord.

From the Vatican, February 9 th, 1960.

IOANNES PP. XXIII

[1] **Cfr. *Matth.* 25, 40.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 9 Decembris 1959. — Titulari episcopali Ecclesiae Pegaeae praefecit Exc. P. D. Innocentium Alfredum Russo, hactenus Episcopum Bovinensem.

die 2 Ianuarii 1960. — Titulari episcopali Ecclesiae Amisenae Revmum P. D. Raphaelem Pellecchia, Protonotarium Apostolicum « ad instar » et Archipresbyterum Capituli Cathedralis Abellinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Nicolai M. di Girolamo, Episcopi Caiacensis.

die 16 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thespiensi Exc. P.D. Constantinum Caminada, hactenus Episcopum S. Agathae Gothorum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Hectoris Baranzini, Archiepiscopi Syracusani.

— Cathedrali Ecclesiae Pinetensi ad Flumen R. D. Emmanuelem Rodríguez Rozas, cubicularium intimum Sanctitatis Suae, parochum oppidi vulgo « El Cano » in archidioecesi S. Christophori de Habana.

die 28 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Cajamarcensi Exc. P. D. Nemesium Rivera Meza, hactenus Episcopum Huachensem.

— Cathedrali Ecclesiae Huachensi Exc. P. D. Paulum Ramírez Taboada, hactenus Episcopum Cajamarcensem.

die 10 Februarii. — Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Froylani Ferreira Reinafé, Episcopi Riojensis, Exc. P. D. Horatium Gómez Dávila, Episcopum titularem Theodosiopolitanum in Armenia.

die 11 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Catamarcensi Exc. P. D. Adolfum Servandum Tortolo, hactenus Episcopum titularem Caeciritanum.

die 13 Februarii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Antiochenae in Pisidia R. D. Conradum Bafile, Antistitem Urbanum atque Cubicularium intimum de numero participantium.

— Titulari episcopali Ecclesiae Areopolitanae R. D. Leonardum Gregorium Gallardo Heredia, rectorem Seminarii dioecesani Cordubensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Audini Rodríguez y Olmos, Archiepiscopi S. Ioannis de Cuyo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Belalitanae R. D. Moisen Blanchoud, parochum S. Teresiae a Iesu Infante in archidioecesi Sanctae Fidei in Argentina.

die 22 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Barbastrensi R. P. D. Iacobum Flores Martín, Antistitem Urbanum, e clero dioecesis Salmantinae, superiorem generalem Societatis vulgo « Hermandad de Sacerdotes Operarios Diocesanos ».

die 1 Martii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tomitanae Exc. P. D. Edmundum Ioannem Fitzmaurice, hactenus Episcopum Vilmingtoniensem.

die 8 Martii. — Cathedrali Ecclesiae S. Agathae Gothorum Exc. P. D. Hilarium Roatta, hactenus Episcopum Nursinum.

II

ASTURICENSIS - AURIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Maiori concrediti gregis spirituali bono prospicentes, Exclmi PP. DD. Iosephus Castelltort Subeyre, Episcopus Asturicensis, et Angelus Temiño Saiz, Episcopus Auriensis, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut fines quibus, in praesenti, suae cuiusque ditiones ecclesiasticae circumscribuntur aliquantulum immutarentur, et ita aptius disponerentur.

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia PP. XXIII, attento favorabili voto Excmi P. D. Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi Synnadensis in Frygia et in Hispania Apostolici Nuntii, ratus petitam immutationem animarum saluti cessuram, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis praesentibus Apostolicis Litteris statuit :

1. paroeciae vulgo appellatae Cañizo, Navea et Castromil de Castilla cum adnexo pago Castromil de Galicia, intra fines archipresbyteratus vulgo Lubián sito; filialis ecclesia paroeciae cui nomen Pormelos de Filloas, vulgo Carracedo de la Sierra nuncupata atque duo vici hispanica lingua Ventas de la Capilla et Ventas de Bolaño a paroecia vulgo Vegas de Camba seiuncti eademque territoria a dioecesi Asturicensi distrahantur et dioecesi Auriensi adnectantur;

2. a dioecesi autem Auriensi paroecia vulgo Celeiros appellata dismembretur et dioecesi Asturicensi attribuatur.

Praeterea Sanctitas Sua, sic immutatis dioecesium Asturicensis et Auriensis finibus, mandat ut documenta et acta singulas praefatas paroecias et memorata territoria, fideles et bona temporalia respicientia, ab eis ad quos spectat, quam primum fieri poterit, suae cuique Curiae Episcopali tradantur.

Ad clerum autem quod attinet, statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctissimus Dominus Noster memoratum Excmum P. D. Hildebrandum Antoniutti deputare dignatus est, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quantocius remittendi.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Eoma, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 21 mensis Decembris anno 1959.

£8 MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

III

COLUMBIAE

DECRETUM

DE REGIMINE VICARIATUS CASTRENSIS

Cum Romano Pontifici nihil gratius, nihil optabilius sit quam ut in catholico Orbe quae ad fidem et pietatem quaeque ad ecclesiasticorum Institutorum regimen pertinent rectius disponantur, SSmus Dominus Noster Ioannes, Divina Providentia PP. XXIII, Vicariatus Castrensis Columbiae administrationi satius consulere cupiens, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, de plenitudine Apostolicae potestatis, quae sequuntur decernit.

1. Vacante, qualibet ex causa, officio Vicarii Castrensis, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis Columbiae, usquedum novus Archiepiscopus Bogotensis muneris possessionem ceperit, penes Cappellanum Generalem, seu Maiorem, si adfuerit, esto, secus penes Cappellanum, vulgo « primero », qui, ad normam canonis 106, 3° C. I. C, ceteros praecedit.

2. Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit omnes et solas habebit facultates quae — congrua congruis referendo — Vicario Capitulari, iure communi, competunt, eiusdemque obligationibus obnoxius erit.

Ipsius praesertim erit de assumpto munere S. Congregationem Consistorialem monere ab eaque instructiones impetrare.

3. Causas subditorum Vicariatus Castrensis Columbiae, sive contentiosas inter ipsos sive criminales, tribunal metropolitanum Ordinarii Medellensis in prima instantia, tribunal vero metropolitanum Ordinarii Bogotensis in altera instantia pertractabit.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Excmum P. D. Iosephum Paupini, Archiepiscopum titularem Sebastopolitanum in Abasgia et in Columbia Nuntium Apostolicum, deputare dignata est, necessariis et opportunis ei tributis facultatibus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoria^ Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Roma, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 29 mensis Decembris anno 1959.

£B MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen. *Adsessor*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

TAIPEHENSIS

DECRETUM

ARCHIDIOECESIS TAIPEHENSIS CLERO SAECULARI SINENSI CONCREDITUR

Religiosa Congregatio Discipulorum Domini, ab Eminentissimo Domino Cardinali Celso Costantini, v. m., cum Delegati Apostolici in Sinis personam gerebat, fundata, die 13 mensis Ianuarii anno 1950, onus Praefecturae Apostolicae Taipehensis, eodem die erectae et ad gradum sedis archiepiscopalis metropolitanae die 7 Augusti anno 1952 elevatae, ad tempus regendae sibi assumpsit.

Nunc autem, decem iam elapsis annis et congruo numero Sinensium presbyterorum ad clerum saecularem pertinentium parato, huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide opportunum visum est Congregationem Discipulorum Domini ab onere missionis Taipehensis liberare, ita ut eadem totis viribus suis peculiaribus propositis intendere possit.

Itaque Sacra Congregatio de Propaganda Fide, de sibi praestito per decennium auxilio a religiosa Congregatione Discipulorum Domini grata, eandem ab onere liberavit regendae archidioecesis Taipehensis, quam per praesens Decretum curis commisit cleri saecularis Sinensis.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 4 mensis Decembris anno Domini 1959.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*

L. © S.

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

BALTIMOREN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI ELISABETH ANNAE BAYLEY VIDUAE SETON, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A CARITATE S. IOSEPH IN AMERICA.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Quemadmodum caelum niagnificentissime perpetuis micat sideribus, terraque iugiter suis vernat floribus, ita Sancta Mater Catholica Ecclesia nullo non tempore suis sanctis, « ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis » *(Apoc.* 7, 9), decorata refulget.

Nunc autem et Christifideles stellatae, quam vocant, Reipublicae Foederatarum Americae Septentrionalis Civitatum in magnam ingressi sunt spem, se quam primum suae gentis mulierem, veluti novam super Ecclesiae firmamentum stellam fulgentem, conspecturos.

De Elisabeth Anna Bayley Vid. Seton agitur, de cuius virtutibus heroicum in modum exercitis nuperrime apud Sacram Rituum Congregationem disceptatum est.

Neo-Eboraci, die 28 mensis Augusti anno 1774, ea ortum habuit a Richardo, illustri medico, et Catharina Charlton, parentibus Anglicanae religionis asseclis, censu vitaeque probitate praestantibus. Salutaribus Baptismi undis in ecclesia vulgo Trinity Church praedictae civitatis fuit, ut videtur, regenerata, nominibus impositis Elisabeth Anna. Tertium vix annum agens matre orbata, toto animo adhaesit puellula patri, qui nihil praetermisit, ut natae animum claris exornaret virtutibus. Qua erat docilítate et probitate vividoque ingenio, nihil mirum quod Elisabeth Anna cum litteris bonisque artibus et episcopaliana doctrina, tum in Deum pietate ita cotidie profecerit, ut inter coaetaneas cito ob religiosas civilesque virtutes eminuerit. In proximum caritate ita ornata iam tunc apparebat, ut sororis caritatis nomine vulgo decorari meruerit. Vigesimum cum ageret annum nuptias iniit cum Gulielmo Magee Seton, mercaturis dedito, quem ardenti prosecuta est semper affectu. Ex hoc

coniugio quinque filii sunt orti, quos pia mater vel ante ortum Deo sacrare studuit, et a prima aetate religionis sensus in eorum animos inicere et accurate alere studuit. Nobilissimo hoc in natos amore ducta, Dei Ancilla asserere non dubitavit se malle eos videre mortuos quam peccato foedari.

In tanta autem rerum ac personarum domesticarum felici dispositione turbo supervenit improviso, cum videlicet, anno 1803 ad finem vergente, Gulielmus Seton morte Pisis, in Italia, quo se una cum uxore valetudinis curandae causa contulerat, correptus est. Quae irreparabilis videri poterat iactura, favente Dei misericordia, in Elisabeth Annae summum bonum conversa est. Animum enim dolore excruciatum veluti balsamum levarunt catholicae doctrinae veritates, quas nobilis atque humanissima Eugubina familia Filicchi, Liburni degens, quacum Gulielmus Seton commercii vicissitudine coniunctus fuerat, hospiti lectissimae aptis verbis exemplisque assiduis tradidit. Elisabeth Anna, quae iam in catholicam ecclesiam admiratione inde a pueritia devinciebatur, ex familiarissima cum pia Filicchi gente consuetudine occasionem arripuit, ut animum ad catholicam religionem pressius examinandam converteret. In patriam, die 3 Iunii anno 1804, reversa, Famula Dei episcopalianae, quae dicitur, religioni valedicere voluit, oppugnationibus et obiurgationibus omne genus sive propinquorum sive amicorum firmiter reiectis. Aerumnarum periodus ista ceu proxima fuit Elisabeth nostrae conversioni operibusque religiosae vitae praeparatio. Deus namque, qui se inquirentibus ultro se prodit, Famulae suae, quae toto corde totaque animi contentione eum exquisiverat, occurrit, eamque lucis suae radio mirifice illustravit. Ipsa igitur, die Cinerum, quae fuit 14 mensis Martii anni 1805, Neo-Eboraci catholicam fidem sollemniter professa est. Deinde statim omnem impendit curam ut, ea qua par est animi dispositione, ad Poenitentiae accederet Sacramentum. Die 25 eiusdem mensis Martii ad sacram Synaxim, ardentissimo aestuans amore, primum accessit, et Dominica in Albis subsequentis anni sacro Chrismate roborata fuit.

Vix credi potest quot quantaque et quam acerba a propinquis et amicis, ob suam ad catholicam fidem conversionem, perpessa fuerit Famula Dei : non modo ei eiusque natis quodlibet auxilium subtraxerunt, verum etiam eam aspernati sunt et a sua consuetudine reiecerunt. Quae omnia Elisabeth Anna forti et aequo tulit animo. Quapropter, ut sibi suisque prospiceret, parvam pueris instituendis scholam aperuit. At, qui eius ad catholicam fidem conversionem aegre tulerant, omnem moverunt lapidem ut parentes qui filios curae Elisabeth Annae instituendos tradidissent, eosdem revocarent. Unde Dei Serva ludum claudere coacta est.

Haud tamen longa fuit mora, quin hanc Famulae suae aequanimitatem in adversis perferendis Deus remuneraretur. Re quidem vera anno

1808, Revmus Dominus Valentinus Dubourg, collegii catholici Baltimorensis moderator, Dei Ancillam arcessivit, ut Institutum ad puellarum cultum erigendum ei concreder et. Natali itaque urbe Neo-Eboraco relicta, ea Baltimoram una cum filiabus suis, collocatis in catholico collegio Georgetown filiis, se contulit, ibique ab omnibus humanissime excepta, litterarum ludum aperuit. Alumnae undique confluxere, quarum animum Elisabeth Anna sollicite curabat non solum civilibus, verum etiam religiosis exornare virtutibus. Post aliquod temporis, Institutum quoque pauperibus pueris alendis instituendisque aperuit. Cito quaedam in ministerio sociae puellae, perfectionis viam in vita religiosa aggredi cupientes, ei adhaeserunt, eamque in spiritualem matrem et moderatricem eligere constituerunt. Elisabeth, in hoc sociarum consilio divinam expectatam vocationem persentiens, communitatem instituit, in qua religiosam vitam iniit. Sacro induta habitu, die 2 Iunii a. 1809 vota religiosa nuncupavit coram Excmo Domino Carroll, Baltimorensi Archiepiscopo, et, utpote Sancto Ioseph devotissima, nova institutio Sororum ab eodem Sancto Ioseph appellata est. Praecipuus Instituti finis erat egenos pueros parentibusque orbatos alere et instituere. Revmus D. Cooper novam institutionem magno est prosecutus favore, eique domum in amoena prope Emmitsburg, in Maryland, valle donavit, quo Elisabeth una cum novensili communitate concessit ibique, quoad vixit, mansit. Solidum Instituti fundamentum reddere curavit, et spiritum ac regulas Sororum a Caritate Sancti Vincentii a Paulo studiose assumpsit. Congregationis regulis anno 1812 ab Archiepiscopo Baltimorensi approbatis, Famula Dei Moderatrix generalis electa est, et eo in munere vitae suae usque ad exitum remansit. Quae filia, sponsa et mater admirabilis exstitit, eadem insignem quoque se praebuit moderatricem. Anno demum 1821, die 4 Ianuarii, aetatis suae septimo circiter supra quadragesimum, Serva Dei gravi morbo correpta, meritis et virtutibus plena, piissime obdormivit in Domino.

Exiguum semen, quod Serva Dei iecerat, in immensum postea crevit, ita ut in Civitatibus Foederatis Americae Borealis, in Ditione Canadensi et in dissitis quoque regionibus, quas Missiones vocant, Sorores a Caritate S. Ioseph, quae originem ab eadem Famula Dei repetunt, novem fere milia adnumerantur, in sex Congregationes ac septingentas domos distributae.

Percrebrescens autem in dies sanctimoniae eius fama, qua vivens quoque honestata fuerat, caelestibus signis visa est confirmari. Quam ob rem factum est, ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Itaque, cum vix licuit, processus ordinaria auctoritate in Curia Baltimoren, annis 1907-1911 constructi sunt, Sacraeque huic Congregationi exhibiti. Scriptis Famulae Dei perpensis, Sa-

era eadem Congregatio die 15 Ianuarii anni 1936 nihil obstare, quominus ad ulteriora procedi posset, decrevit, atque die 28 mensis Februarii 1940 Pius Papa XII s. m. commissionem introductionis causae sua manu signavit. Recognita deinde, die 16 Iulii 1941, obedientia Decretis ab urbano VIII super indebito cultu latis, eadem Causa, cum in processu ordinario nullus testis de visu iure aptus interrogari potuerit, studio Sectionis Historicae S. Rituum Congregationis commissa est. Quae autem, documentis et testimoniis scriptis undique collectis eorumque valore et authenticitate in tuto positis, amplam Positionem, servatis adamussim normis de tractatione Causarum historicarum, quae dicuntur, digessit eamque ad Fidei Promotorem Generalem transmisit, ut disceptatio fieret, ad iuris normam, de Servae Dei virtutum heroicitate.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 6 Octobris anno 1959 coram Revmo Cardinali Clemente Micara, Episcopo Veliterno, Causaeque huius Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria celebrata est Congregatio, dieque 24 Novembris eiusdem anni Praeparatoria, Generalis demum die 15 Decembris, coram Sanctissimo D. N. Ioanne Papa XXIII coacta est, in qua idem Revmus Cardinalis Relator dubium proposuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, qui convenerant, Officiales Praelati Patresque Consultores suam quisque protulit sententiam. Beatissimus vero Pater in re tanti momenti suum distulit proferre iudicium usque ad hanc diem 18 Decembris, omnes exhortans ut interim Deum, Patrem luminum, ingeminatis precibus exorarent.

Quare Revmis Cardinalibus Caietano Cicognani, S. R. C. Praefecto, atque Clemente Micara, Ponente seu Relatore, necnon R. P. Ferdinando Antonelli, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Prosecretario, accitis, divino Eucharistico sacrificio antea litato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Elisabeth Annae Bayley Vid. Seton, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Roma, die 18 Decembris a. D. 1959.

£ß C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *Prosecretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 21 marzo I960, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. GIOVANNI DuviGrNEAU, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Haiti, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

lo gennaio 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle Missionarie degli Infermi* (Milano).

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore della Pia Società Figlie di San Paolo* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Pie Discepole del Divin Maestro* » (Roma).

8 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, *Protettore della Compagnia di Maria (Padri Monfortani) e delle Figlie della Sapienza* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore dell'Istituto Secolare « Filiae Reginae Apostolorum* » (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle Figlie del Divin Zelo* (Roma).

9 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Jullien Andrea, *Protettore delle « Sœurs des Saints Cœurs de Jésus et de Marie* » (Paramé, dioc. di Rennes).

17 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, *Protettore della « Institución Teresiana* » (Madrid).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giobbe Paolo, *Protettore dell'Ordine dei Canonici Regolari Premostratensi.*

17 febbraio 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cento Fernando, ***Protettore delle Religiose Terziarie Carmelitane di Santa Teresa*** (S. Martino a Campi Bisenzio, Firenze).
23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle Suore di Gesù Buon Pastore*** (Albano Laziale).
29 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore della Confederazione dei Canonici Regolari di S. Agostino.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

10 marzo 1960. I Revmi Padri Morris Ilario M., dei Servi di Maria, e Bugnini Annibale, della Congregazione della Missione, ***Consultori della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.***
11 » » Gli Illmi e Revmi Monsigg. Pasquazi Giuseppe e Felici Pericle, ***Consultori della Sacra Congregazione Concistoriale.***
15 » » L'IIlmo e Revmo Monsig. Parisella Alfredo, ***Sotto-Segretario aggiunto della Sacra Congregazione del Concilio.***
.16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Testa Gustavo, ***Membro della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.***

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

12 dicembre 1959. Al sig. Fossati Bellani Tullio, dell'arcidiocesi di Milano.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno,< classe civile:

3 ottobre 1959. Al sig. Daggett Paolo, dell'arcidiocesi di San Paolo del Minnesota.
27 novembre » Al sig. Rizzo Pietro, dell'arcidiocesi di Catania.
» » » Al sig. Degroof Giovanni F., dell'arcidiocesi di Malines.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 marzo 1959. Al sig. Pedrazzini Cesare, dell'arcidiocesi di Milano.
16 ottobre » Al sig. Vasters Enrico Michele, dell'arcidiocesi di Malines.
22 » » Al sig. Pavanini Giulio, del patriarcato di Venezia.
30 » » Al sig. Casati Giovanni, della diocesi di Piacenza.
» » » Al sig. Chiapponi Giacomo, della medesima diocesi.

30	ottobre	1959.	Al sig. Manfredi Giuseppe Salvatore, della diocesi di Piacenza.
13	novembre	»	Al sig. Ruftini Filiberto, dell'arcidiocesi di Genova.
»	»		Al sig. Natili Mario (Roma).
»		»	Al sig. Forti Carlo (Roma).
27		»	Al sig. Nieuwenhuys Roberto, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»		Al sig. Van Massenhove Marcello, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. De Simone Ludovico, dell'arcidiocesi di Napoli.
»		»	Al sig. Lambertini Gastone, della medesima arcidiocesi.
»	»		Al sig. Ghiretti Enrico (Roma).
11	dicembre	»	Al sig. Monsignani Sassatelli Giuseppe, della diocesi di Forlì.
	»	»	Al sig. Bianchi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Lucca.
»	»		Al sig. Castiglioni Agostino, dell'arcidiocesi di Milano.
»			Al sig. Zanaboni Angelo, della medesima arcidiocesi.
»	»		Al sig. Terruzzi Luciano, della medesima arcidiocesi.
		»	Al sig. Meana Pietro, della medesima arcidiocesi.
12	»	»	Al sig. Cirillo Mario (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

24	luglio	1959.	Al sig. Best Owen, della diocesi di Springfield-Cape Girardeau.
	»	»	Al sig. Bowers Alfonso, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Johnson Eugenio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Slaughter Claudio, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Zimmer Luigi Wm. (Jr.), della medesima diocesi.
14	agosto		Al sig. Kherlakian Avedis Clemente, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
22	»	»	Al sig. Virden Giuseppe, della diocesi di Natchez-Jackson.
»	»	»	Al sig. Kirk Luigi, della diocesi di Trenton.
	»	»	Al sig. Salutini Giovanni Paolo, della diocesi di Grosseto.
»		»	Al sig. Meschini Mario, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Maccherini Ildebrando, della medesima diocesi.
5	settembre	»	Al sig. Vanden Daelen Giuliano, della diocesi di Gand.
		»	Al sig. Brans Bernardo Maria, della diocesi di Haarlem.
	»	»	Al sig. Cardosi Vittorio, della diocesi di Joliet.
»		»	Al sig. Dunn Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Weber Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Kelly Giacomo Francesco, dell'arcidiocesi di Omaha.
»	»		Al sig. Lakers Pietro W., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Alders Giacomo A. G., dell'arcidiocesi di Utrecht.
19	»		Al sig. Dooley Francesco Matteo, della diocesi di Portland.
3	ottobre	»	Al sig. McKernan Martino Francesco, della diocesi di Camden.
»	»	»	Al sig. Sweeney Enrico Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Robertone Michele Luigi, della medesima diocesi.

3 ottobre 1959. Al sig. Gallaher Vincenzo L., della) diocesi di Camden.
» » Al sig. Crean Giovanni Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Madden Tommaso MÏ, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Brand Alberto Giuseppe, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Minnesota.
» » Al sig. Lannan Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Parkos Giorgio F., della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Rea Carlo E., della medesima arcidiocesi.
Al sig. Seidel Riccardo T., della medesima arcidiocesi.
12 » » Al sig. Cosgriff Edoardo, della diocesi di Fargo.
» Al sig. Johnson Olaf, della medesima diocesi.
» Al sig. Mahovald Alfredo, della medesima diocesi.
» Al sig. Schuster Nicola, della medesima diocesi.
16 » » Al sig. Billion Enrico Alfredo, della diocesi di Sioux Falls.
» » Al sig. Tobin Francesco Giacomo, della medesima diocesi.
23 » Al sig. Cesari Giorgio, dell'arcidiocesi di Bologna.
30 » Al sig. Fornen Federico, della diocesi di Buffalo.
» » Al sig. Donovan Leo D., deíla diocesi di Columbus.
27 novembre Al sig. Bouweraerts Alberto, dell'arcidiocesi di Malines.
Al sig. Verrept Francesco, della medesima arcidiocesi.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 settembre 1959. Al sig. Malatesta Lanciotto, della diocesi di Rimini.
19 » » Al sig. Watson Arturo (U.S.A.).
» » » Al sig. Watson Tommaso (U.S.A.).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 settembre 1959. Al sig. Senin Angelo, dell'arcidiocesi di Bologna.
26 » » Al sig. Fascetti Aldo, dell'arcidiocesi di Pisa.
27 novembre » Al sig. Cappelli Michele, dell'arcidiocesi di Catania.
» » » Al sig. La Feruta Luigi, della medesima arcidiocesi.

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 ottobre 1959. Al sig. Santoro Stefano, dell'arcidiocesi di Salerno.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12 giugno 1959. Al sig. Bacelar Portela Giovanni, dell'arcidiocesi di San Luigi del Maragnano.
19 » » Al sig. Dallemagne Guglielmo, della diocesi di Liegi.
» » » Al sig. Acquaviva Cosimo, dell'arcidiocesi di Taranto.
31 luglio » Al sig. Sastre Solón, della diocesi di Uruguaiana.
22 agosto » Al sig. Pezzetta Giovanni, della diocesi di Bergamo.
» » » Al sig. Ricci Renato, della medesima diocesi.
» » » Al sig. De Chedid Carlo, della diocesi di Cairo dei Maroniti.
» » » Al sig. Boustany Nabil, della medesima diocesi.

22	agosto	1959.	Al sig. Ardui Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
»		»	Al sig. Peeters Desiderato, della medesima arcidiocesi.
»			Al sig. Vanham Giulio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Kopreinig Giorgio, della diocesi di Padova.
			Al sig. Ramato Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Robotti Pietro Giuseppe, dell'arcidiocesi di New York.
»	»		Al sig. Cecconi Giuseppe (Roma).
5	settembre		Al sig. Mazza Giuseppe, dell'arcidiocesi di Ferrara.
»	»	»	Al sig. Spano Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Al sig. •Herkenhoff Konersmann Luigi Guglielmo Maria, della diocesi di Haarlem.
	»		Al sig. Herkenhoff Konersmann Giuseppe Ignazio Enrico, della medesima diocesi.
26	»		Al sig. Lopes Aleixo Antonio, dell'arcidiocesi di Évora.
	»		Al sig. Theelen Francesco M. J. G., della diocesi di Liegi.
	»		Al sig. Cova Fedele (Roma).
16	ottobre		Al sig. Amoroso Michele, dell'arcidiocesi di Salerno.
»		»	Al sig. Gentili Luigi (Roma).
22	»		Al sig. Mazzuccato Alessandro, del patriarcato di Venezia.
23	»		Al sig. Bellini Alberto, della diocesi di Bergamo.
»		»	Al sig. De Moura Giuseppe Orazio, della diocesi di Coimbra.
»	»	»	Al sig. Tavares De Sousa Armando, della medesima diocesi.
»			Al sig. Bertani Giuseppe, dell'arcidiocesi di Milano.
			Al sig. Cerutti Antonio, della medesima arcidiocesi.
»			Al sig. Folci Lorenzo, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Al sig. Cardi Valentino Raffaello, della diocesi di Rimini.
»		»	Al sig. Franchini Claudio, della medesima diocesi.
		»	Al sig. Ugolini Luciano, della medesima diocesi.
30	»	»	Al sig. Nasoni Eugenio (Roma).
			Al sig. Pintossi Angelo C. (Roma).
20	novembre	»	Al sig. Clerici Luigi Carlo, della diocesi di Como.
27	»		Al sig. Verrotti Mario, della diocesi di Penne-Pescara.
»			Al sig. Appart Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»		Al sig. Brackx Vittorio, della medesima arcidiocesi.
»	»		Al sig. Masoin Maurizio, della medesima arcidiocesi.
»		»	Al sig. Bali Wilfort (Roma).
11	dicembre		Al sig. De la Cruz Arque Silvio, della diocesi di Corrientes.
»	»		Al sig. Bonetti Umberto, dell'arcidiocesi di Milano
	»		Al sig. Porta Maffé Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
»	»		Al sig. Scudellari Elio (Roma).
»	»		Al sig. Franchi Francesco (Roma).
18	»		Al sig. Parlavecchio Vincenzo, dell'arcidiocesi di Perugia.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa

20 marzo 1959. Al sig. Dinelli Giuseppe, dell'arcidiocesi di Bologna.
29 maggio » Al sig. Schneiders Guglielmo Francesco Bernardo, della diocesi di Groninga.
Al sig. Vroom Gerardo Giuseppe, della medesima diocesi.
Al sig. Paap Wouter, dell'arcidiocesi di Utrecht.
Al sig. Ausems Egberto Maria, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
Al sig. Camps Enrico Giacomo Lamberto, della medesima diocesi.
Al sig. Vennix Pietro Gualtiero, della medesima diocesi.
5 giugno Al sig. Van Driel Leonardo Teodoro, della diocesi di Rotterdam.
Al sig. Houben Pietro, della diocesi di Ruremonda.
» » Al sig. Stroeken Pietro, della medesima diocesi.
» » Al sig. Staffhorst Riccardo Giuseppe Francesco, dell'arcidiocesi di Utrecht.
» Al sig. Van Kessel Cornelio Cristiano, della medesima arcidiocesi.
19 » Al sig. Jansen Agostino M. G., della diocesi di Breda.
» » Al sig. Groutars Renato Maria L., della diocesi di Ruremonda.
» Al sig. Westendorp Giovanni, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
3 luglio » Al sig. Ovelgoenne Enrico Giacomo, della diocesi di Groninga.
Al sig. Van der Voort Guglielmo Giovanni Vittore, della diocesi di Haarlem.
Al sig. Kirkels Lorenzo Mattia, della diocesi di Ruremonda.
24 Al sig. Frielingsdorf Maurizio (Roma).
31 Al sig. Vugts Nicola Francesco Antonio, della diocesi di Rotterdam.
Al sig. Walter Pietro Giuseppe, della medesima diocesi.
Al sig. Berbén Giuseppe, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
22 agosto Al sig. Funari Alfredo, della diocesi di Grosseto.
Al sig. Rum Pietro Clemente, della medesima diocesi.
Al sig. Houyez Paolo, della diocesi di Liegi.
» » Al sig. Diana Emilio, dell'arcidiocesi di Milano.
Al sig. Janssen Giovanni Gerardo, della diòcesi di Ruremonda.
Al sig. Van Gasselt Pietro L. G., della medesima diocesi.
Al sig. Van Wessem Giuseppe A. M. H., della medesima diocesi.
29 » » Al sig. Rocca Renato, dell'arcidiocesi di Bologna.
5 settembre » Al sig. Ciarlo Erminio, della diocesi di Acqui.
Al sig. Gandoglia Franco, della medesima diocesi.

5 settembre 1959.	Al sig. Negri Albano, della diocesi di Acqui.
	Al sig. Burmann Burcardo, della diocesi di Groninga.
	Al sig. De Klerk Giuseppe Alberto, della diocesi di Haarlem.
» »	Al sig. Van Tienhoven Bernardo Guglielmo, della medesima diocesi.
26 »	Al sig. Piens Francesco Maria, della diocesi di Gand.
16 ottobre	Al sig. Murante Paolino, dell'arcidiocesi di Salerno.
» »	Al sig. Fiore Andrea, dell'arcidiocesi di Torino.
	Al sig. Mazza Leopoldo Annibale, della medesima arcidiocesi.
»	Al sig. Sacchetti Attilio, della medesima arcidiocesi.
»	Al sig. Stiels Arnoldo, della diocesi di Liegi.
	Al sig. Pellegrini Alfredo, della diocesi di Recanati e Loreto.
23	Al sig. Malpeli Virgilio, della diocesi di Rimini.
»	Al sig. Mazza Marino, della medesima diocesi.
	Al sig. May Morton J., dell'arcidiocesi di Saint Louis.
30	Al sig. Secco Pietro, della diocesi di Belluno.
»	Al sig. Marinelli Pasquale, della diocesi di Trivento.
»	Al sig. Marinelli Ettore, delà medesima diocesi.
13 novembre	Al sig. Tagliolato Giovanni, della diocesi di Vicenza.
20 '»	Al sig. Valsecchi Mario, della diocesi di Bergamo.
»	Al sig. Borsari Alfredo, dell'arcidiocesi di Modena.
»	Al sig. Giacopino Stefano, dell'arcidiocesi di Perugia.
	Al sig. Babbucci Giacomo, della medesima arcidiocesi.
27	Al sig. Bareel Luigi, dell'arcidiocesi di Malines.
»	Al sig. Gauze Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
	Al sig. Louis Leopoldo, della medesima arcidiocesi.
»	Al sig. Torbeyns Giulio, della medesima arcidiocesi.
11 dicembre	Al sig. Ambrosioni Domenico, della diocesi di Bergamo.
» »	Al sig. Cogliati Maurizio, dell'arcidiocesi di Milano.
» »	Al sig. Guenzi Mario, della medesima arcidiocesi.
	Al sig. Parigi Carlo (Roma).

NECROLOGIO

12 marzo 1960.	Monsig. Quinn William C., Vescovo di Yükíang.
13 » »	Monsig. Miranda Vicente Francisco, Vescovo tit. di Cidramo.
21 » »	Monsig. Carroll Howard J., Vescovo di Altoona-Johnstown.
» » »	Monsig. Klemann Joseph, Vescovo tit. di Drusiliana.

An. et vol. **LU** 20 Aprilis 1960 (Ser. **III,** v. **II)** - N. 4

ACTA APOSTOLICAE S

COMMENTARIUM OFFICIALE

PRIMA SYNODUS DIOECESANA

A SUMMO PONTIFICE

I O A N N E PP. X X I I I

ROMANO EPISCOPO

A DIE XXIV AD XXXI DIEM IANUARII MENSIS

A. D. MCMLX

CUM ROMANO CLERO IN URBE CELEBRATA

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CHIROGRAPHUM

QUO PRIMA ROMANAE DIOECESIS SYNODUS CELEBRANDA INDICITUR

Postquam Sancti Spiritus lumen et gratiam supplicibus invocavimus precibus, consilium inivimus Romanae celebrandae Synodi, ut in hac alma Urbe, Dioecesis Nostrae sede, catholica fides in aliorum etiam exemplum magis magisque revirescat, ut christiani mores salutare incrementum capiant, utque cleri populique disciplina aptius nostrae huius aetatis necessitatibus respondeat ac firmiter roboretur.

Quamobrem ad maiorem Bei gloriam ac Beatae Virginis Mariae, quae « Salus populi Romani » nuncupatur et colitur. Sancti Ioannis Baptistae et S. Ioannis Evangelistae, quorum titulo Patriarchalis Lateranensis Archibasilica, Nostra Cathedralis aedes, insignitur, Ss. Apostolorum Petri et Pauli ceterorumque Almae huius Urbis Protectorum patrocinio fidentissime interposito: Nostrae Romanae Dioecesis Primam Synodum die dominica xxiv mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, **in eadem Archibasilica Lateranensi ineundam, auctoritate Nostra celebrandam in dicimus.**

Ex Aedibus Vaticanis, die xvi mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, **Pontificatus Nostri secundo.**

IOANNES PP. XXIII

SOLLEMNIS ROMANAE SYNODI INCHOATIO IN PATRIARCHALI ARCHIBASILICA LATERANENSI VESPERE DIE DOMINICA XXIV IANUARII MENSIS A. D. MCMLX

BEATISSIMI PATRIS ALLOCUTIO

ADSTANTIBUS EM.MIS PATRIBUS CARDINALIBUS URBISQUE CLERO ET CHRISTIFIDELIBUS HABITA, PRIUSQUAM COETUS HYMNUM « VENI, CREATOR» DEC ANT ARET.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii!

Dei spiritu permoti in hanc sacrosanctam Lateranensem Archibasilicam nostram una convenimus eventum auspicaturi, quo almae huic Urbi Romanaeque Dioecesi universae aetas portenditur, novam supernae gratiae effusionem ac novum vitae christianae incrementum latura.

De hac re perplacet Nobis quaedam vobis exponere ad spirituale emolumentum vestrum et ad precandi incitamentum.

Inter salutaria instituta, quae decursu saeculorum ad christianam doctrinam christianosque mores promovendos propagandosque plurimum contulerunt, conventus illi profecto recensendi sunt, quos quidem, ad quaestiones una simul fraternoque more expendendas, ecclesiastici ordinis primores undique confluentes celebrare consueverant, praesidente ac moderante vel approbante Supremo Pastore, Apostolorum Principis successore, cui Divinus Redemptor regendam commisit Ecclesiam suam; conventus dicimus, in quibus coniunctis consiliis ac studiis res gravioris momenti pertractatae sunt, quae ad doctrinam et religiosam vitam pertinerent.

PRIMUM CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM

Coetus eiusmodi proprio ac definito nomine Concilia appellati sunt. Eorum prima vestigia in libro, qui « Actus Apostolorum » inscribitur, reperiuntur, quo Concilii Hierosolymitani, ut nuncupatur, memoria traditur, anno quinquagesimo post Christum natum celebrati.

Praestat ad eos animum con vertere, qui conventui illi interfuerunt.

Viri nempe menti nostrae occurrunt, qui maxima tunc auctoritate pollebant ac praeter ceteros excellebant in primaeva illa Ecclesiae aetate et apostolicae navitatis exordiis : Petrus ipse in primis, qui caput et Ecclesiae fundamentum constitutus erat; Iacobus Minor, primus Hierosolymitanus Episcopus; ac praeterea Paulus et Barnabas, qui tantopere allaboraverunt in prima christianorum communitate Antiochiae condenda, quique illinc profecti atque de aliis etiam recens ortis Ecclesiis nuntios ferentes, felicissima christianae vitae primordia apud illas communitates testabantur; et « narrantes conversionem gentium... gaudium magnum omnibus fratribus)) afferebant.[1]

Gravis sane momenti quaestio Apostolos atque seniores Hierosolymas adduxit, ad illum primum celebrandum conventum; siquidem iam omnibus prorsus, hebraeis atque ethnicis, aditus ad Ecclesiam patebat : quaerebatur igitur an circumcisio ceteraque Mosaicae Legis praescripta hebraeis adhuc servanda essent, et ethnicos quoque antiquis illis ritibus obstringi necesse esset, si re atque nomine christiani **fieri** vellent, quo quidem nomine Christi asseclae Antiochiae iam appellari solebant.

0 memorandae illius celebrationis praeclarum spectaculum ! « Cum magna conquisitio fieret » — maximae enim gravitatis causa agebatur — Petrus ad dicendum surrexit, celsissimi sui muneris partes statim apertis hisce verbis significans : « Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum evangelii, et credere. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum Sanctum, sicut et nobis, et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi)).[2] Tacuit Petrus ac silentium fecit multitudo omnis, dum Paulus et Barnabas referre pergebant, quae quantaque admiranda prorsus signa et prodigia Deus per eos inter ethnicas gentes patravisset.

Postquam siluerunt omnes, Iacobus, Hierosolymitanus Episcopus, ad dicendum aggressus est, atque a Petri verbis exorsus in eamdem sententiam, quam audientes iam amplexi erant, orationem conclusit : nullum scilicet molestum onus ethnicis ad fidem conversis imponi posse, neque eos esse adigendos, ut per circumcisionem aut synagogam ad Ecclesiam transirent ; verum satis esse, ut nonnulla tantum Mosaica prae-

[1] ***Act.*** **15, 3.**
[2] ***nid.*** **15, 7-11.**

scripta ab eis servarentur, ad obsequium testandum, minime autem ad evangelicam doctrinam in posterum minuendam aut extenuandam.

Ita perspicua ratione ac fraterna animorum concordia summae gravitatis quaestio dirempta est, quae ad christifidelium fidem et libertatem spectabat.

CONCILIA SUBSEQUENTIA : A NICAENO AD VATICANUM

Postquam Hierosolymitana Synodus habita est, per trium saeculorum decursum Ecclesia acerrimis cruentisque insectationibus vexabatur. Cum autem, Mediolanensi conventu celebrato, iam stabiliter constituta esset et quam maxime ubertate vitae vigeret, dubitationes, quaestiones, errores oriri coeperunt, qui eius doctrinam ac disciplinam in discrimen vocabant. Hinc opportunitas generales conventus convocandi, quibus quidem, instar Hierosolymitani Concilii, Petri successor praeesset ac moderaretur; seniores autem cum eo quaestiones excutiendo atque diiudicando adiutricem praestarent operam. Ex angustis Hierosolymitani et Antiocheni territorii finibus mox egressa, succrescens Ecclesia iam omnes Imperii Romani regiones attigerat, et Apostolorum vox iam usque ad ultimas terrae partes resonuerat. Difficultates autem, dubitationes, controversiae, pestiferus errorum afflatus, necnon perversae adulterationes tum Sacrarum Scripturarum tum Iesu Christi doctrinae antiquitus ab Ecclesia traditae, haec omnia sollemnium illorum conventuum celebrationem suaserunt, ut catholicae veritates in tutas formulas redigerentur, utque christiani apostolatus rationes ad temporum necessitates atque adiuncta, quae elabentibus saeculis sat diversa in Ecclesia fuerunt, opportune accommodarentur. Quamobrem inde a quarto saeculo, quo tempore maximi floruerunt Ss. Patres atque Ecclesiae Doctores, usque ad alteram partem saeculi decimi noni, quo hodierni errores sanae philosophiae ac religioni graviter infensi prolati sunt, mirabilis illa Oecumenicorum Conciliorum series continuata est : quae omnia — a primo nempe Nicaeam coacto, anno trecentesimo vicesimo quinto, usque ad Concilium Vaticanum, annis millesimo octingentesimo sexagesimo nono et septuagesimo celebratum — dum personam universae christianorum familiae, arctis devinctae vinculis apteque in omnibus suis partibus dispositae, gerebant, eo spectabant, ut, eadem Iesu Christi auctoritate, catholicae fidei integritas christianaeque disciplinae robur sarta tecta servarentur, vel ut maioris momenti de doctrina et moribus solverentur quaestiones, vel denique ut gravissimis rerum condicionibus, ad religionem atque etiam ad rem politicam et socialem pertinentibus, obviam iretur aut eaedem in Ecclesiae commodum converterentur.

Ex his viginti Conciliis, quinque sacra in hac vetusta atque inclita

Lateranensi aede, cuius maiestate nunc tantopere circumfundimur, celebrata fuerunt ; octo tamquam splendida lumina in Orientalis Ecclesiae fastis refulgent, quorum duo Nicaeam, quattuor Constantinopolim, unum Epbesum, unum Oalcedoniam coacta sunt; ad Occidentem autem quod spectat, Lugduni duo, unum Viennis, unum Constantiae, unum Florentiae habita sunt; omnium tamen fructibus copiosissimum Concilium exstitit Tridentinum, cuius beneficiis nostra quoque tempora perimuntur, quodque Vaticanum denique elapso saeculo subsecutum est.

CONCILIUM OECUMENICUM ET SYNODUS DIOECESANA

Venerabiles Fratres et dilecti filii, hi sunt sollemnes conventus, qui ad universam Ecclesiam toto terrarum orbe diffusam pertinent. Dum in memoriam redigimus Oecumenica Concilia celebrata per saeculorum aetates, anhelas fit animus anxia expectatione novi magni universalis Concilii, quod ad superiorum numerum adicietur vicesimum primum; hoc, ut nostis, anno ante, in liturgico festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, peragendum nuntiavimus.

Attamen non Oecumenici Concilii causa, hoc vespere, ad Lateranum arcessiti estis.

Ex Ecclesiae annalibus constat praeter universalis naturae religiosa negotia, quae in Oecumenicis Conciliis pertractantur, alia minoris momenti collatis consiliis agitari. Etenim sollicitudo pastoralis muneris servandarum animarum, quod Iesus Christus Petro capiti et principi apostolatus concredidit et sub huius potestate Venerabilibus Episcopis in singulis Ecclesiis vel singulis portionibus sui ipsius gregis, prorsus suasit per saeculorum decursum ecclesiasticos cogi coetus minoris momenti quam Oecumenica Concilia sunt, pro varia forma et amplitudine regionum aut Dioecesium, quibus totidem religionis fulgoribus variae orbis terrarum nationes distinguuntur atque ornantur. Hi conventus et coetus complurium Dioecesium eiusdem regionis Concilia provincialia vocantur; si unius tantum Dioecesis sint, certo iuris canonici vocabulo Dioecesanae Synodi nuncupantur.

Sinite vobis Nos palam dicere id quod tantum paucis quibusdam et in occulto, quasi de religioso ageretur arcano, patefecimus. Cum humilibus vacaremus precibus, in intimo et simplici animo Nostro divinum audivimus incitamentum ineundi Oecumenicum Concilium; et cum hac de re submisse cum quodam locuti essemus, is commota voce ilico Nos affatus est : « Beatissime Pater, perquam salutare est consi-

lium Oecumenici Concilii convocandi. At curnam non consulitur praescriptis Dioecesanae Synodi instantibus necessitatibus Romae, quae christiani orbis est caput et postremis hisce decenniis immensum crevit? Nam, recenti civium numero rationario inspecto, constat, cum anno millesimo nongentesimo tantum quadringenta milia incolarum fuissent, nunc vicies centena milia inhabitare ».

Gratia Dei, Venerabiles Fratres et dilecti filii, sincero fatemur eloquio, mirum quiddam fecit. Anni tantum spatio praeterito ex quo Nostrum consilium cum Purpuratis Patribus apud S. Pauli Apostoli sepulcrum congregatis communicavimus, hoc vespere Romanam Synodum incohamus.

PRIMA SYNODUS ROMANA POST CONCILIUM TRIDENTINUM CELEBRATA

Haec in ecclesiasticis annalibus Romae, matris christianarum gentium, prima apparet et ex quo annuntiata fuit, ^maxima veneratione digna est. Caveamus, ne erga hanc almam Urbem minus recto et benigno iudicio dispiciamus auspicandam Dioecesanam Synodum, quae memoriis eius rerum gestarum prima nunc interseritur, cum iam complura per saecula apud omnes catholicas nationes orbis terrarum Dioecesanae Synodi peractae sint, vel maxime postquam Tridentini Oecumenici Concilii Acta in vulgus edita sunt.

Idcirco hoc contigit, quia hic perennis fons scatet et in omnes terras rivos emittit purissimae et illibatae auctoritatis Ecclesiae in tuta docenda doctrina, in disciplina christianae legis absolute et perfecte inculcanda et tradenda; cum omnia igitur expedite eant, singularibus disceptationibus et normis opus non est.

Absit a nobis, ut putemus Romani cleri vitam media aetate et hanc subsecutis saeculis, ante et post Tridentinum Concilium, sine certa lege et quodammodo fortuito decurrisse.

In vulgus edentur praescripta et statuta Dioecesanae Romanae Synodi, quae aestimabuntur veluti sacrae tabulae antiquae et purae legis, quae nunc ad hodierni temporis adiuncta consona temperatione aptata sunt. Iamvero diligens et operosa praeparatio horum praescriptorum et statutorum exegit, ut attente exquirerentur documenta, non copiosa quidem sed plurimi ducenda, ecclesiasticarum regularum et normarum, quae tenori vitae et studiosae navitati Romani cleri praefuerunt. Urbanus hic clerus a remotis aetatibus usque adhuc in duobus campis et finibus occupatam sollicitudinem suam tenet, scilicet in administrando universali regimine Ecclesiae et in actuosa animarum cura, tum Roma-

norum christifidelium, tum eorum qui huc undique ex terrarum orbe adveniunt, Exactarum aetatum experientia et usus novis huius temporis necessitatibus allevandis obviam veniet, indeque magni aestimanda affluent mentis et disciplinae consilia, quae antiquitates in memoriam revocent, nova peragenda sapientius indicent et in melius propellant, et religiosae vitae afflatum et actionem amplificent, altius excutiant, in sublimius erigant ; ita quidem ut catholicae vires inde incrementum accipiant, adiuvante Domini Nostri Iesu Christi gratia, quae eas penetret, sanctitate purificet, extollat.

Domini praeceptum : « Fac hoc, et vives »[3] non hisce tantum continetur limitibus ; nam maiora comprehendit, cum nos omnes ad servandum ordinem, ad colendam sanctitatem invitet. Ita eius repercussa eificimur imago, cum in illo praescripto : « Sancti estote, quia ego sanctus sum »[4] tota absolutio et perfectio posita sit, immo et vera hominis et christifidelis laetitia. Cum hoc plane convenit illud quod vir quidam exquisiti iudicii aliquando, quasi maiore sapientiae lumine ictus, dixit : « Una tantum est in orbe terrarum tristitia, nempe sanctum non esse ».

CLERUS ET CHRISTIFIDELES

Huc cum pervenerimus, oportet, Venerabiles Fratres et dilecti filii, explicandi causa, nonnulla dicamus.

Dioecesana Synodus, cuius celebratio iam instat, coetus est ecclesiasticorum virorum, qui ad dioecesanum clerum saecularem et regularem pertinent. Cum synodales actus incipiendi sunt, praelati alicuius vox laicos adhortatur, ut ex aede sacra egrediantur : *Exeant omnes,* idcirco nempe, ut manifesto appareant termini, quibus Ecclesia Dei clerum a. christiano populo distinguit. Numquid ex eo consequitur, ut inter clerum et fideles, inter sacerdotes et laicos, discidium et separatio sit? Nullo modo : separatio utriusque partis non est. Haec prorsus in memoriam veritas redigenda est : Ecclesia Sancta Christi societas perfecta est, ubi omnes, qui ad eam pertinent, utilitatum eius participes sunt, spirituales divitias spiritualis patrimonii doctrinae et gratiae in communi recipiunt. Instar corporis viventis, omnia in ea coaptata et conexa sunt, idoneis et distinctis iuncturis et praesidiis, ut supernaturalibus finibus assequendis congruant, qui, quamvis terras tangant, ad caelum et ad aeternitatem se referunt.

[3] ***Luc.* 10, 28.**

[4] ***Levit.* 19, 2.** * .

Cleri proprium est munus totum corpus sociale moderandi et sanctificandi, ad quod necesse est arcessatur, divinitus vocetur, consecretur. Populus vero christianus ad eandem adducitur participationem gratiae caelestis, tamen Dominus Iesus, Verbum Dei homo factum, ut toti hominum generi afferret salutem, huius gratiae partitionem sacerdotio commisit, ordini scilicet sacerdotali, ad id ipsum instituto, ut celsissimo hoc mediatoris inter caelum et terram munere fungeretur in commodum et sanctificationem plebis, quae a Christo nomen accepit.

AUSPICIA CAELESTIA : GEMINI SANCTI IOANNES, SCILICET BAPTISTA ET EVANGELISTA

Dilectissimi Nobis filii ex Urbe Roma ! Quam grata est et iucunda animis omnium nostrum, sive ex sacro clero sive ex ordine laicorum, recordatio amborum caelitum eximiorum, quorum titulo haec Basilica Cathedralis est insignita, Ioannis scilicet Praecursoris Domini et Ioannis Evangelistae, atque adeo recordatio causarum nobilium, quae consilium huius Synodi Romanae cogendae iniecerunt, cuius convocationi ipsa praesentia vestra egregie luculenterque hoc vespere responsum est.

In opere musivo, quo apsis refulget, arte expressus Baptista nos vocat ad parandam, in nobis ipsis praeprimis, plebem sanctam atque perfectam, eo quod valles infirmitatum nostrarum implemus ac vanitatem et arrogantiam caeci amoris nostri ipsorum humiliamus ; eo quod asperitates itineris imminuimus et coaequamus, adeo ut fiant *aspera, in vias planas;* et alacri animo singuli et feliciter universi progredimur in semitis Dei.

Ioannes vero, vates in insula Patmo et Evangelista sublimium rerum divinarum ac teneri amoris Iesu nuntius, idem cum illo sentit, quippe qui usque ad summam senectutem gravibus verbis etiam atque etiam moneat de amore fraterno, qui veluti vividam summam totius Evangelii, pacem hominum gentiumque, fundamenta veri cultus civilis complectitur.

ORDO COETUUM SYNODALIUM : « NON SOLVERE, SED ADIMPLERE »

Praescripta iuris canonici[5] perspicue quidem statuunt, quae personae obstringantur officio fruanturque iure coetus Synodi participandi; sed valde optandum est, ut universus sacerdotum ordo amanti obsequatur invitationi Episcopi, qui numerum quam maximum sodalium utriusque

[5] C. I. C. **can. 358.**

cleri e dioecesi se circum gaudet congregari : ac praeterea consentaneum est, ut etiam laici participes esse cupiant sollicitudinis Sanctae Ecclesiae de felici exitu gravis huius et sollemnis celebrationis.

Haec igitur digna est, de qua statim subtilius quaedam exponamus, quod ad materiam pertinet, in qua studium huic extraordinario conventui propositum versatum est. Multiplex autem fuit ratio rerum tractandarum, quam ut exsequerentur, omni diligentia per hos menses anni proxime praeteriti conisa sunt octo illustrium virorum ecclesiasticorum consilia auxiliaria, quae, numero sodalium et congruenti doctrina theologica, iuridica et pastorali perfecta et absoluta, egregio modo inter se coniuncta rerumque usu admodum praedita, solum Romae facile potuerunt inveniri, quandoquidem hac in Urbe principe nominis catholici et sede praecipua moderationis Ecclesiae id feliciter evenit, quod ut suis efficeretur temporibus, S. Leo Magnus exoptavit. Nec sine causa Beatus Petrus Apostolus hic degit et hic manet omnibus nationibus constitutus magister veritatis vitaeque religiosae praeceptor.

Ex quo haec Synodus parari coepta est, octo magnae partes, tamquam imagines, operis egregii exsequendi studio propositae sunt, quarum singularum tituli amplitudinem rerum agendarum et alta, quae significent, vobis testantur. Pars prima pertinet ad personas, quae ordinem sacerdotalem eiusque varios gradus efficiunt ; secunda ad magisterium ; tertia ad cultum divinum plurimosque eius modos; quarta ad Sacramenta, a Baptismate usque ad Matrimonium ; quinta ad actionem apostolicam ac multifarias eius rationes ; sexta, eaque summi momenti, ad christianam iuventutis institutionem ; septima ad res, vel, ut rectius dicamus, ad bona cultus humani, artis, aedificiorum sacrorum et supellectilis subsidiariae; septima ad instituta impertiendis auxiliis et beneficentiae exercendae praeposita, quae tam utilia sunt tamque late iam propagata ad levamen et solacium fraternae societatis humanae christianaeque.

Cum spectabilis haec varietas quaestionum ad investigandum propositarum animo revolvitur et forte ad condiciones vitae, quae nostris temporibus in ipso usu et actione obtinet, refertur, sponte ac mente sollicita rogatur, num Synodi sit magnas efficere commutationes exercitationis vitae religiosae et consuetudinum, quae, a maioribus acceptae, in nostrae aetatis hominibus penitus imsident.

Filii dilectissimi : in memoriam ea reducite, quae de Concilio Hierosolymitano, anno quinquagesimo post Christum natum coacto, exposuimus. Ea, quae S. Petrus respondit circa usus rituales ad circumcisionem aliaque hoc genus spectantes, semper atque adeo etiamnum lumen

afferunt mentibus. In Actibus Apostolorum res a S. Luca narratur; tamen verbis illis S. Petri, quibus S. Iacobi sententia subiungitiuy ad ipsum revocamur Iesum Christum, ad locum scilicet, quo S. Matthaeus de eo disserens scribit, postquam beatitudines annuntiasset dixissetque Apostolis eos sal terrae esse et lucem mundi, eundem divinum Praeceptorem haec addidisse : « Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: *non veni solvere sed adimplere}).*[6] Qui plura deinde subiecit exempla mutationum a se invectarum, quod attinet ad veteris legis verba in usum transferenda, in hanc fere locutus sententiam : vos ista audivistis, ego autem haec adicio. Sexies profecto, scilicet de sex certis definitisque agens rebus, Iesus Christus hanc eandem usurpât dictionem : « Audisti ... ego autem dico vobis ». Qua loquendi ratione significatur Dominum Nostrum Iesum Christum novas ac magni momenti veritates et praescriptiones induxisse, quibus Lex Vetus compleretur ac perficeretur. Tamen, praeter immutabilem « veritatem Domini, quae manet in aeternum », mutari possunt quaedam accidentia seu rationes non necessariae, quae scilicet, reverentia numquam non dignae, extenuari queunt aut magis urgeri.

Hoc quidem in Sancta evenit Ecclesia, quae custos est et interpres doctrinae Iesu Christi eiusque persequitur institutionem, quae non mutatur : sed quod * ad disciplinam rationesque secundarias et adiuncta pertinet, quasdam immutationes, pro temporum necessitatibus et condicionibus, fieri utique sinit.

OMNES AD PRECANDUM INVITANTUR

Erga Christum eiusque Ecclesiam, dilecti filii, fidele praestemus obsequium : quod si fecerimus, procul dubio salutem et felicitatem consequentur.

In precum formula, ad divina auxilia huic in vocanda Synodo exarata, quae superioribus mensibus in omnibus Urbis Romae aedibus sacris iussu Nostro recitata est, haec continentur : « Domine Iesu, per effusa tui Spiritus caelestia dona animos nostros para, dispone, fove, ut Synodi praescripta unumquemque nostrum ad oboediendum docilem, promptum ad agendum, sui devovendi studiosum inveniant ».

- Ad huiusmodi conclusionem, serenae lenitudinis plenam, haec adducere cupimus, quae vobiscum modesto tenore habemus, colloquia.

[6] *Matth. 5, 17.*

Quam ob rem paternis hortamentis nunc omnes compellamus sacerdotes, a minoribus usque ad celsiores Ecclesiasticae Hierarchiae gradus, qui tamen in animorum cura tam validam tantique pretii adiutricem operam Nobis conferunt; omnes pariter Christi fideles cuiuslibet coetus et ordinis paterno compellamus affatu.

Optamus profecto ut ex ampla Romana dioecesi omnium voces veluti extollantur, quae uno precum votorumque concentu felici Synodi eventui et fructui ominentur : haec religiosa voluntatum conspiratio indubiuni erit auspicium revirescentis cuiusdam spiritalis vitae, quae universum terrarum orbem aemulae virtutis stimulis excitabit. Cunctas enim catholici nominis gentes ad Romanorum exempla vitae respicere scimus, easdemque animo et consilio arcte cum ipsis uniri, ad paciferum omnibus viribus prolatandum Christi regnum, « qui est super omnia Deus benedictus in saecula)).[7]

In omnibus quidem operibus nostris pientissime petere solemus, ut iis benigna impluat lux Sanctissimae Trinitatis : Patris, dicimus, Filii et Spiritus Sancti. Inchoata autem hac sollemni dioecesana Synodo, quae simul clerum populumque Nobis commissum — etsi haud pari ratione et modo — respicit, proprie ad Sanctum Dei Spiritum universa familia nostra unanimas preces fumdit, quem ad modum cotidie, hora tertia, matutino hymmo precatur: ipsa scilicet Pentecostes hora, qua primum Christi, fidelibus Paraclitus illuxit. Haec repetens, Ecclesia Sancta, in sollemnioribus praesertim rerum adiunctis, praegrandi illa ac publica prece Sanctum sibi advocat Spiritum, hymno nempe, qui his incipit verbis : *Veni, Creator Spiritus.* Huiusmodi canticum arcana quadam sublimique vi pollet, semper novum atque inexhaustum est, aliquid semper spirans, quod, blandum simul et grave, divino afflatu videtur imbutum.

Ecce igitur hortamentum atque monitum Nostrum, Venerabiles Fratres et dilecti filii : ut scilicet sollemnem hunc hymnum con sonantibus vocibus animisque vestris hodie vespere fundatis, atque per tres Synodi dies publicis privatisque precibus *instanter, instantius, instantissime* id agere pergatis.

Praesenti hoc vespertino conventu, tanta celebritate praestanti, in Nostra sueto rutilantiore sacrosancta Lateranensi Archibasilica, in qua Romani Episcopi Cathedra exstat, magna Urbis Synodus coram Clero populoque Romano exordia publice capit.

[7] ***Rom.* 9, 5.**

Ob biemalem autem rigorem tres sollemnes sessiones, uni destinatae Clero, quae praecipuam buius singularis eventus vim naturamque constituunt, apud Sancti Petri Patriarchalem Basilicam, in conclavi a Benedictione nuncupato, indici statutum est. Ad illud igitur auditorium omnes sacerdotes, qui ad Synodum arcessendi sunt, advocamus, ut per triduum ibidem conveniant.

Placet vero Nobis pias redintegrari laetitias, quarum sollemniter libamenta hodie vespere sumpsimus, clerum populumque Nostrum una simul congregatum conspicientes. Quam ob rem, proximo die festo uno et tricesimo huius mensis ad S. Petri denuo conveniemus, ut Augustae atque Sanctissimae Trinitati publicas fragrantesque gratiarum reddamus actiones ob id maximum impertitum beneficium, uberemque caelestium et terrestrium munerum affluentiam, quae incohanda Synodus laeta cum spe parat atque portendit.

Dilectissimi filii Nostri ex Urbe Roma! *Sursum corda et sursum preces!* Mox binis benedictionibus lustrabimini, primum scilicet humili, a Christi Vicario data, subinde sollemni ipsius Christi Iesu, ex Augusto amoris Sacramento radiantis. Proximis autem diebus, qui praeclarissimi in christianae Urbis fastis fulgebunt, sacerdotes ac religiosi sodales suum quisque locum obtineant oportet : ut scilicet « Patrem luminum »[8] orent, ut singula praecepta novarum legum, quae ferentur, attento studio perpendant, suoque consilio ac rerum usu perficiant. Universi autem Christi fideles, ac praesertim religiosorum virorum sacrarumque virginum sodalitates, etsi a celebranda Synodo absunt, unanima ac sincera laetitia et ipsi adiutricem operam votis precibusque conferant arcano huiusmodi gratiae, luminis virtutisque instrumento, quod non modo Civitas haec Nostra, verum etiam omnes in terrarum orbe dioeceses praestolantur, ac felicibus ominibus et gratulationes prosequuntur.

Dulcissima Virgo Maria, Christi Iesu et uniuscuiusque nostrum Mater, quae iure merito a Bono Consilio vocatur, propitia nobis adsit e Caelo, ubi Regina, stellarum redimita serto, refulget, adsit ex omnibus Urbis et orbis templorum aris, atque ex innumeris prope tabulis et imaginibus, quae Urbis vias et compita décorant : propitia Synodo adsit, eidemque materna caritate permota bene precetur.

Amen.

*** Cfr. *Iac.* I, 17.**

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS IN SYNODI INAUGURATIONE

Venerabili Fratelli e diletti figli!

Lo Spirito del Signore ci ha qui raccolti in questa nostra sacrosanta Arcibasilica Lateranense per la inaugurazione di un avvenimento destinato a segnare una epoca novella di grazia e di vita spirituale nella Nostra città e diocesi di Roma.

Vogliamo dirvene qualcosa a vostra edificazione e ad invito di preghiera.

Una delle istituzioni che molto contribuì lungo i secoli alla affermazione ed alla dilatazione della cristiana dottrina e della disciplina fu il convenire dei rappresentanti più alti dell'ordine ecclesiastico in pacifica e fraterna discussione, sotto la presidenza e la direzione o con la approvazione del Sommo Pastore nella successione del primo degli Apostoli, a cui il divino Fondatore affidò il governo della sua Chiesa; il convenire — diciamo — per l'esame e lo studio di alcuni punti più importanti concernenti la dottrina e la vita religiosa.

IL PRIMO CONCILIO A GERUSALEMME

Questi convegni si chiamarono Concili. Se ne ha una traccia prima nel libro degli Atti degli Apostoli.[1]

È il cosiddetto Concilio di Gerusalemme, che risale all'anno 50 dopo Cristo.

Notate i personaggi che vi ebbero parte. Erano i più autorevoli ed i più insigni di quei primi anni di iniziazione apostolica e di conquista cristiana. Pietro il capo, lui in persona, la pietra fondamentale della Chiesa, e Giacomo il minore, il primo Vescovo di Gerusalemme : Paolo e Barnaba, che già tanto avevano lavorato nella organizzazione della prima Chiesa ad Antiochia, e che di là e delle altre giovani Chiese recavano la testimonianza del grande fervore di quegli inizi : *narrantes conversionem gentium,* e suscitando *gaudium magnum omnibus fratribus.*[2]

Una grave questione aveva suggerito quel primo ritrovo cogli Apo-

[1] Cfr. *Atti degli Apost.* cap. 15.

[2] *Act.* 15, 3.

stoli e cogli anziani. Le porte della Chiesa erano aperte per tutti : ebrei e gentili. Per gli ebrei era ancora obbligatorio osservare la circoncisione, ed altre prescrizioni Mosaiche? Erano obbligati anche i gentili ad adattarsi alle stesse forme antiche nell'atto di divenire, di fatto e di nome, come ad Antiochia già cominciarono a chiamarsi, cioè cristiani?

Che incanto lo svolgersi di quella adunanza ! *Cum magna conquisitio fieret/* scrive l'autore degli Atti, — la questione era grave — ecco Pietro levarsi su e dire in affermazione immediata del suo altissimo ministero : ((Uomini — *viri fratres* — fratelli : voi sapete che Dio fin dai primi giorni tra noi dispose che i gentili udissero la parola del Vangelo dalla mia bocca e credessero. Dio, dunque, che conosce i cuori, si dichiarò per essi dando loro lo Spirito Santo come l'ha dato a noi. Nè fra noi e loro ha fatto alcuna differenza, avendo purificato i loro cuori, mediante la Fede. Or dunque perchè mai tentate Dio a porre sul collo dei discepoli un giogo, che nè i padri nostri, nè noi abbiamo potuto portare? Noi crediamo, per la grazia del Signore Gesù Cristo, di salvarci nella stessa guisa che loro)).[4] E tacque, e fu silenzio della moltitudine intera, mentre Paolo e Barnaba continuavano a dire le meraviglie, miracoli e prodigi, che si erano moltiplicati per mezzo loro fra i gentili.

Dopo la pausa sorse Giacomo, il Vescovo di Gerusalemme. Rifacendosi alle parole di Pietro egli condusse l'uditorio alla conclusione, ormai bene intesa da tutti : nessuna molestia potersi o doversi fare a coloro che si convertono dal gentilesimo, nè obbligazione di passare attraverso la circoncisione o la sinagoga : e che ci si accontentasse di alcuni riguardi rispettosi alla legge di Mose rifuggenti però da ogni compromesso di carattere dottrinale per l'avvenire.

Così venne risolto chiaramente e pacificamente un punto fondamentale di fede e di libertà.

CONCILI SUCCESSIVI : DA NICEA AL VATICANO

Dopo il Concilio di Gerusalemme, la Chiesa doveva attraversare tre secoli di persecuzione e di sangue. Nel suo ricomporsi, dopo l'incontro di Milano, più vigorosa che mai, incominciarono ad affacciarsi dubbi e questioni ed errori di natura dottrinale e di disciplina : e con ciò opportunità di adunanze collettive sul tipo di quella prima di Gerusalemme: il successore di S. Pietro a presiedere e a moderare ; gli anziani, con lui,

[3] *Act.* 15, 7.
[4] *Ibid.* 15, 7-11.

a discutere e definire. La piccola Chiesa di Gerusalemme e di Antiochia si era dilatata secondo le proporzioni del mondo romano ; la voce degli Apostoli aveva raggiunto i confini della terra. Difficoltà, incertezze, contrasti, soffio di false dottrine ed errate interpretazioni del testo antico e della tradizione secolare dell'insegnamento di Gesù consigliarono queste assise solenni del pensiero cristiano e cattolico nella ricerca di formulazioni dottrinali sicure, nell'avviamento ad espressioni di attività religiose secondo le esigenze e le circostanze spesso notevoli delle varie epoche succedentisi nel corso della storia della cristianità. Ed ecco dall'inizio del secolo iv, il secolo dei grandi Padri e Dottori, sino ad oltre la metà del secolo xix, provato dai gravi errori filosofici ed antireligiosi moderni, distendersi la magnifica successione dei Concili Ecumenici, dal I Mceno del 325 al I Vaticano del 1869-1870, tutti intesi, in rappresentanza della cattolicità compatta ed organizzata, a difendere, con la stessa autorità di Gesù Cristo, l'integrità della fede e il vigore della disciplina, a risolvere questioni importanti di dottrina o di costume, ad arrestare o volgere in meglio situazioni gravissime di carattere religioso, e talora politico e sociale.

Di questi venti Concili, ben cinque furono celebrati sotto le antiche volte di questo Laterano glorioso, che così nobilmente ci accoglie : ben otto segnano punti luminosi della Chiesa d'Oriente : e fra questi, due Niceni, quattro Costantinopolitani, uno di Efeso e un altro di Calcedonia : e poi in Occidente due Lionesi, uno di Vienna, uno di Costanza, uno di Firenze e, il più copioso e ricco di benefici perduranti sino a noi, il Tridentino, cui seguì il Vaticano nel secolo scorso.

CONCILIO ECUMENICO E SINODO DIOCESANO

Venerabili Fratelli e diletti figli : queste sono riunioni solenni riferentisi alla Chiesa Cattolica sparsa nel mondo universo. Ricordare tutti insieme i Concili del passato fa palpitare il nostro cuore per la aspettazione ansiosa del grande e nuovo Concilio Ecumenico che sarà il XXI della storia, e che or fa un anno vi abbiamo annunziato nella festa liturgica della Conversione di **S.** Paolo. Ma non è questo il Concilio per cui voi avete risposto all'invito per questa sera qui al Laterano.

Nella storia della Chiesa, accanto agli interessi di ordine religioso e mondiale, di cui un Concilio Ecumenico viene ad occuparsi, la sollecitudine del ministero pastorale delle anime affidato da Gesù a Pietro, capo e principe dell'apostolato, e, sotto la sua autorità, ai venerabili

Vescovi, nelle singole Chiese o singola porzione del gregge di Cristo, ha suggerito durante i secoli la opportunità di ecclesiastici incontri di minori proporzioni che quelle di un Concilio Generale : determinate dalla misura delle regioni e delle singole diocesi, che trapuntano di luce spirituale e religiosa le varie Nazioni della terra. Questi incontri, se di parecchie diocesi di una stessa regione, si chiamano Concili Provinciali; se di una diocesi sola, l'appellativo ufficiale è Sinodo Diocesano.

Lasciateci dire, venerabili Fratelli e diletti figli, cosa che abbiamo rivelata a pochi e come in religioso segreto. Quando nella Nostra umile preghiera il Signore ci fece spuntare nell'intima semplicità del cuore l'idea di un Concilio Ecumenico, e ne parlammo dimessamente con qualcuno, una voce commossa Ci suggerì : « Padre Santo ! Bella l'idea di un Concilio Ecumenico : ma perchè non pensare innanzi tutto ai bisogni immediati di Roma colla preparazione di un Sinodo Diocesano dell'Urbe, che è centro della Cristianità e da mezzo secolo in qua ha allargato le sue proporzioni da 400 mila abitanti del 1900 a oltre due milioni di abitanti, secondo la statistica più recente? ».

La grazia del Signore, venerabili Fratelli e diletti figli, con molta semplicità, fece il prodigio. Ad un anno esatto dalla confidenziale comunicazione ai Signori Cardinali riuniti presso la tomba di San Paolo, che l'accolsero con tanta tenerezza ed esultanza spirituale, eccoci questa sera alla inaugurazione del Sinodo Romano.

IL PRIMO SINODO POSTRIDENTINO A ROMA

Esso è il primo, nella storia caratteristica di Roma, madre delle genti Cristiane : ed è degno del più grande rispetto : già dal suo primo annunzio. Guardiamoci bene dal giudicare, in tono meno favorevole e cortese per l'Urbe, questo entrare la celebrazione di un Sinodo nella sua storia solamente ora, mentre da secoli e da secoli si sono celebrati e continuano a celebrarsi ancora Sinodi Diocesani in tutte le Nazioni cattoliche del mondo, soprattutto dalla pubblicazione degli Atti dèi Concilio di Trento in poi.

Gli è che ove sta perenne — e di là zampilla per diversi rivoli su tutta la terra —- la sorgente purissima ed incontaminata della autorità della Santa Chiesa, per l'insegnamento della sicura dottrina e per l'indicazione della perfetta disciplina, tutto è semplificato, nè occorrono particolari discussioni o direttive.

Siamo però ben lontani dal ritenere che la vita del clero in Roma durante il medioevo e nei secoli successivi, prima e dopo il Concilio di Trento, si svolgesse *sine lege,* e un po' alla ventura.

La preparazione diligente ed attiva delle imminenti Costituzioni Sinodali che verranno rese di pubblica ragione come le sacre tavole di una legge sempre antica e pura, ma posta ora in armoniosa corrispondenza colle moderne condizioni di vita, questa preparazióne — dunque — ha determinato la ricerca attenta della documentazione, non copiosissima, invero, ma preziosa delle antiche disposizioni ecclesiastiche che ressero la convivenza e la zelante attività del clero Romano, occupato, dai secoli remoti sino ai tempi nostri, nel duplice impegnò della amministrazione ecclesiastica del governo universale della Chiesa, e della cura fervorósa delle anime appartenenti alla diòcesi di Roma o che qui convengono da tutti i punti della terra.

L'esperienza del passato posta a servizio delle nuovissime esigenze del mondo moderno fornirà consigli preziosi a richiamo, a ravviamento e complemento, a più vasta, profonda ed elevata espressione di spirito e di vitalità religiosa : così da segnare davvero una ripresa delle nostre cristiane energie che la grazia di Gesù penetra, santifica ed esalta.

Il precetto del Signore non si arresta al *fa questo e vivrai : hoc fao et vives :* ma procede ben oltre, invitandoci tutti al buon ordine ed alla santità, divenuti riflesso ed immagine di lui : *Siate santi, perchè santo sono io* : poiché quella è la perfezione, quella è la letizia dell'uomo e del cristiano : così da far dire ad un pensatore, colto in buon punto : « Non esiste che una tristezza nel mondo : quella di non essere santo ».

ECCLESIASTICI E SEMPLICI FEDELI

Arrivati a questo punto del Nostro dire, Ci occorre farvi un rilievo, venerabili Fratelli e diletti figli.

Il Sinodo Diocesano imminente è una riunione di ecclesiastici, e solo di ecclesiastici appartenenti al clero diocesano secolare e regolare. Allorché le operazioni del Sinodo si inizierannó, la voce di un prelato inviterà tutti i laici ad uscire : *Exeant omnes,* come a segnare le demarcazioni nette nella Chiesa di Dio fra il clero e il popolo.

Forse che ciò significa frattura e separazione fra il clero e i fedeli : fra i sacerdoti ed i laici?

Per nulla affatto : nessuna separazione. Ma questo vuol essere ricor-

dato. La Chiesa Santa di Cristo è una società perfetta, in cui i singoli che la compongono partecipano a tutti i vantaggi, alle ricchezze spirituali del suo sacro patrimonio di dottrina e di grazia. Trattandosi di un organismo vitale, tutto vi è congegnato con tale apprestamento e qualificazione di elementi e di istrumenti, da corrispondere alle finalità soprannaturali, le quali toccano la terra, ma si adergono verso i cieli eterni. Ciò comporta una distinzione netta fra il clero ed il popolo : distinzione non separazione. Al clero spetta una funzione direttiva e santificatrice dì tutto il corpo sociale, per cui occorre una chiamata, una vocazione divina, una consacrazione. Il popolo cristiano è invitato alla stessa partecipazione di grazia celeste. Ma la distribuzione di questa grazia il Signore, il Signore Gesù, Verbo di Dio fatto uomo per salvare il mondo intero, è al sacerdozio che l'ha afiidata, all'ordine sacerdotale espressamente istituito per l'esercizio di questa altissima funzione intermedia fra cielo e terra, a benefìcio e a santificazione del popolo, che da Cristo prende nome.

AUSPICI CELESTI : i DUE GIOVANNI : IL BATTISTA E L'EVANGELISTA

Figliuoli Nostri prediletti di Koma! Quanto torna gradito al cuore di tutti noi, clero e fedeli, il richiamo dei due grandi titolari di questa Basilica Cattedrale, i due Giovanni, il Precursore e l'Evangelista, il richiamo, diciamo, alle alte ragioni che hanno ispirato questo Sinodo Romano, la cui convocazione trova già nella vostra presenza di questa sera una risposta così nobile ed importante.

Dal mosaico dell'abside luminoso il Battista ci invita a preparare, in noi innanzitutto, la plebe santa e perfetta : riempiendo le valli delle nostre debolezze e abbassando la vanità e le pretese del nostro amor proprio ; riducendo e correggendo le asprezze del cammino : *aspera in mas planas;* e procedendo ciascuno con coraggio e tutti insieme felicemente per le vie del Signore.

A sua volta, Giovanni, il veggente di Patmos, l'evangelista delle sublimità divine, e della tenerezza di Gesù, gli fa coro ripetendo fino alla sua più tarda età il possente invito al fraterno amore che riassume la sostanza viva del Vangelo, la pace degli uomini e dei popoli, i fondamenti della verace civiltà.

L'ORDINE DEI LAVORI SINODALI":""« NON SOLVERE, SED ADIMPLERE)>

Le disposizioni canoniche[5] determinano con esattezza le persone ecclesiastiche cui compete il dovere e il diritto di partecipare alle congregazioni sinodali; ma è ben lodevole che tutto il ceto sacerdotale corrisponda all'amabile invito del Vescovo che si allieta di vedere attorno a sè, per la circostanza, il maggior numero di sacerdoti diocesani secolari e regolari : ed è inoltre naturale, anche da parte del laicato, il desiderio di condividere, in qualche modo, le sollecitudini della Santa Chiesa per il buon successo dell'importante e solenne avvenimento.

Esso merita dunque subito l'onore di qualche informazione più precisa, circa la materia dello studio proposto a questo straordinario convegno. Programma assai vasto, la cui elaborazione occupò in questi mesi dell'anno decorso la applicazione intensa di ben otto Sottocommìssioni composte di illustri notabilità ecclesiastiche, la cui completezza e per numero e per competenza dottrinale teologica, giuridica e pastorale solo a Roma era facile trovare, così ben riunite e ricche di pratica esperienza, atteso il felice avverarsi qui, in questa capitale del cattolicesimo e al centro del governo della Chiesa, di quanto S. Leone Magno augurava per i suoi tempi. Non per nulla il Beato Apostolo Pietro fu qui e resta di qua maestro della fede e della vita religiosa per tutte le Nazioni.

Da quando s'iniziò la preparazione di questo Sinodo stavano in programma di studio otto grandi quadri di buon lavoro. Il titolo di ciascuno ve ne dà le dimensioni e l'alta significazione. Primo quadro : le persone componenti l'ordine sacerdotale nelle varie gradazioni; secondo: il magistero; terzo: il culto divino, nelle sue svariatissime espressioni ; quarto : i Sacramenti, dal Battesimo al Matrimonio ; quinto : l'azione di apostolato nelle sue molteplici forme ; sesto quadro, importantissimo : l'educazione cristiana della gioventù ; settimo : le cose, o meglio, il patrimonio di cultura, di arte, di edifici sacri e di attrezzature sussidiarie;.ottavo : le istituzioni di assistenza e di beneficenza, così preziose e ormai così diffuse, a sollievo ed a conforto della umana e cristiana fraternità.

Ripensando a questa varietà imponente di problemi proposti alla investigazione, ed alla eventuale ripresentazione in faccia alle condizioni

[5] Cfr. *C.I.C.* can. 358.

moderne di vita pratica e concreta, è spontaneo ed ansioso insieme il chiedersi se il Sinodo sia chiamato a modificazioni profonde nei riferimenti della pratica religiosa e delle costumanze che da secoli sono passate nel sangue della generazione attuale.

Diletti figli : rammentate quanto vi raccontammo del Concilio di Gerusalemme dell'anno 50 *post Christum.* Quella risposta di S. Pietro, a proposito delle rituali usanze ebraiche circa la Circoncisione ed altre cose, è sempre ed ancora chiarificatrice. Negli Atti degli Apostoli è S. Luca che scrive. Le parole di San Pietro, seguite da quelle di San Giacomo, ci riconducono a Cristo in persona là dove S. Matteo racconta di lui[6] e scrive che, dopo di avere annunziato le beatitudini, e di aver detto ai discepoli che essi erano il sale della terra e la luce del mondo, il divino Eabbi aggiunse queste altre parole : « Non vogliate credere che io sia venuto per abolire la legge e i profeti ; non sono venuto per abolirli ma per completarli ». *Non veni solvere, sed adimplere.*[7] E poi aggiunse parecchi esempi di variazioni da lui introdotte circa l'applicazione del testo della legge antica. « Voi avete udito questo ... ed io vi aggiungo anche questo ». Per ben sei volte, cioè su sei punti ben precisati, Gesù continuò a dire su questa stessa forma : « Voi avete udito : ed io vi dico ». Linguaggio, che mostra come Nostro Signore Gesù Cristo aggiungesse nuovi e importanti verità e precetti, a complemento e perfezionamento dell'Antica Legge. Ma oltre alla immutabile *veritas Domini quae manet in aeternum,* c'è qualche cosa di variabile nelle forme accidentali, sempre degne di rispetto, ma suscettibili di attenuazioni o di accentuazioni anche più vive.

È ciò che avviene nella Santa Chiesa che è depositaria ed interprete *della dottrina* di Gesù, e ne continua l'insegnamento che non muta : ma quanto alla disciplina e alle forme accidentali e secondarie ne consente, secondo i tempi e circostanze, qualche modificazione.

INVITO PER TUTTI ALLA PREGHIERA

Figliuoli diletti, restiamo fedeli a Cristo e alla sua Chiesa santa e benedetta : e saremo salvi, e saremo felici.

Nella preghiera per il Sinodo che, su Nostra indicazione, fu recitata nelle chiese di Roma in questi mesi, ci sono queste espressioni : « O Signore Gesù prepara, apri, riscalda i nostri cuori con le effusioni del tuo

[6] **Cfr. *Matth.* 5, 1-16.**
[7] ***IUd.* 5, 17.**

Spirito, perchè le disposizioni sinodali trovino ciascuno di noi docile all'obbedienza, pronto all'azione, generoso nel sacrifìcio ».

A questa mite e serena conclusione desideriamo condurre, diletti figli, il Nostro semplice conversare di questa sera. È un invito paterno che rivolgiamo ora a tutti gli ecclesiastici dai gradi più eccelsi della Gerarchia sino ai più modesti, ma tutti, oh ! quanto preziosi collaboratori nella cura delle anime ; invito paterno ai fedeli appartenenti a tutti gli ordini e i ceti sociali. Vuol essere, dunque, una grande affermazione che si leva da tutta la vasta diocesi di Roma, insieme conclamante al buon successo del Sinodo, insieme auspicante al rinnovamento della sua vita spirituale, e alla edificazione del mondo intero, che sappiamo intento a riguardare il buon esempio dei Romani, ed unito in ispirito ai propositi dì vigorosa attività per il pacifico regno di Cristo Signore santo e benedetto nei secoli.

Nelle opere nostre noi cerchiamo piamente la luce benigna della Santissima Trinità : Padre, Figlio, Spirito Santo. All'inizio di questo grande atto del Sinodo Diocesano, che egualmente interessa, benché con varietà di irradiazione, il clero e il popolo Nostro, è allo Spirito Santo che tutta la nostra collettività si leva come nell'inno mattutino dell'ora di terza di tutti i giorni : l'ora della prima Pentecoste cristiana. Il ***Veni Creator*** è la preghiera ufficiale della Chiesa allo Spirito Santo, per le occasioni più solenni. Esso è cantico misterioso e sublime, sempre nuovo e sempre inesauribile, dagli accenti ispirati, teneri insieme e solenni.

Invitiamo perciò le vostre voci, ed i vostri cuori, venerabili Fratelli e diletti figli, a sciogliere questa sera stessa la grande supplicazione ed a volerla continuare nelle pubbliche e private preghiere durante i tre giorni del Sinodo, ***instanter, instantius, instantissime.***

Questo nostro incontro vespertino, riuscito così grandioso e solenne, qui negli splendori della Nostra sacrosanta Arcibasilica Lateranense, dove è eretta la Cattedra del Vescovo di Roma, inaugura ufficialmente alla presenza del clero e del popolo il grande Sinodo dell'Urbe.

L'inclemenza della temperatura invernale suggerisce che le tre grandi Sessioni riservate al clero, e che costituiranno il vivo e il sostanziale dell'eccezionale avvenimento, vengano celebrate presso la Basilica di S. Pietro nell'aula della Benedizione. È là che invitiamo tutti gli ecclesiastici ammessi al Sinodo a convenire per tre giorni consecutivi.

Ma la pia esultanza della partecipazione unanime di clero e di popolo, di cui gustiamo questa sera la solennità e la primizia, vuole essere rinnovata la domenica 31 gennaio, nella Basilica di S. Pietro, a titolo di generale ed entusiastica riconoscenza all'Augusta e Santissima Trinità

per l'immenso beneficio, per il profluvio di grazie dalla terra e dal cielo, che l'imminente Sinodo già promette ed annuncia.

Figli Nostri dilettissimi di Roma! *Sursum corda et sursum preces:* in alto i cuori, in alto le preghiere. Stasera due benedizioni : la prima dell'umile Vicario di Cristo, e poi quella grande e solenne di Cristo Gesù stesso dal suo Sacramento di amore.

Nella imminente settimana, che vuol essere e restare preclarissima per la storia di Roma cristiana, i sacerdoti ed i religiosi saranno ciascuno al suo proprio posto di preghiera, di studio riflessivo, di consiglio intorno ai vari articoli della ringiovanita legislazione diocesana in preparazione ; i fedeli tutti quanti, e specialmente le congregazioni religiose maschili e femminili, siano felici unanimemente di collaborare anche essi, dal di fuori, coi voti e con le preghiere al mistero di grazia, di luce e di forza, che non solo la Nostra città, ma tutte le diocesi del mondo, auspicando e cantando, attendono e salutano.

La Madre di Gesù e madre nostra dolcissima, giustamente invocata madre del Buon Consiglio, ci sia dal cielo, ci sia da tutti gli altari di Roma e del mondo, da tutte le immagini di lei che abbelliscono le vie nostre, ci sia e resti orante, propizia e benedicente. Così sia.

ROMANAE SYNODI SESSIONES IN AULA BENEDICTIONUM AD S. PETRUM

I

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO DIE XXV IANUARII A. D. MCMLX HABITA IN PRIMA SYNODI SESSIONE

SACRUM SACERDOTUM MUNUS: VITAE SANCTITAS

Venerabiles Fratres ac dilecti filii.

Cum heri Romanae Synodi coetus inauguravimus, peculiarem Nostram venerationem erga gloriosos caelites Ioannem Baptistam et Ioannem Evangelistam pandere placuit, quorum titulo decoratur haec sacrosancta Lateranensis Archibasilica, Nostrae huius Dioecesis Cathedralis aedes, quae Iesu Christo Servatori Nostro dicata est.

Antequam primam sollemnemque caerimoniam conclusimus, quae omnium animos permoverat, Nobis quasi visus est sanctus senex Zacharias, propheta et psaltes, illa sacri ominis verba ad Nos quoque convertere, quae de filio suo recens nato praedixit : « Praeibis ... ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius));[1] sacrum omen dicimus, quod ad Nos quoque pertinet, et quod ad effectum deducere magno animo cupimus ac debemus, divinae gratiae virtute innixi.

Hodie autem apud Vaticanum collem congregati sumus, prope sacrum memorandumque sepulcrum Petri Apostolorum Principis, qui sponte in mentem revocat Paulum quoque gentium Apostolum ; de utroque Ecclesiae lumine iam aliquid heri attingendo diximus, cum de Hierosolymitano, ut nuncupatur, Concilio breviter locuti sumus, quod quidem quasi primus Synodalis coetus vocari potest.

Ac placet Nobis hac in alma Urbe, quondam eorum sede, veluti cum iisdem colloqui, eorumque doctrinam summo cum solacio quasi degustare.

[1] ***Luc.* 1, 76, 77.**

SUPPLICES PRECES SS. APOSTOLIS PETRO ET PAULO ADMOVENTUR

O Beate Petre, o Simon Ioannis, ut ipse ad celsissimum hoc munus evectus es, ecce ego quoque, postremus atque indignus successor tuus, ad duplex officium Iesu Christi Vicarii in terris et Romanae Urbis Episcopi vocatus sum; et quemadmodum tu humili demissoque animo coram Divino Magistro stetisti, pedes tibi lavaturo, antequam maximum Sacramentum institueret, atque ea verba protulisti : « Non tantum pedes meos, sed et manus et caput », [2] eodem modo Nos quoque humilitatem Nostram agnoscentes, trepida illa hora, qua ad Summi Pontificatus apicem adlecti sumus, asseverantem frontem reclinavimus. Nobis igitur esto propitius, grave Pastoris et patris onus ferentibus; atque iis omnibus etiam filiis carissimis, qui sacerdotali ordine insigniti sunt, et qui Nobis adiutricem validamque operam navant, adesto benignus.

Et tu, Beate Paule, vas electionis et Doctor gentium, qui Petri apostolatum participans, cum eius magisterio, cultu et gloria consociaris, impetra nobis omnibus una simul congregatis tui spiritus ardorem, quo quattuordecim tuae epistulae perfusae flammescunt, et quae hodie quoque, ut per omne aevum, veluti lampades in Ecclesia refulgent.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, post binas has invocationes, de rebus praecipuis cupimus vobiscum breviter colloqui, ob quas tractandas huc convenimus. Considerationi Nostrae ac vestrae ea proposita sunt, quae impenso atque incenso studio de christiana singulorum ordinanda vita ac de pastorali provehendo ministerio in praecepta et normas tam prudenti luculentoque consilio redacta sunt, ut egregii ii viri, quos ad ea examinanda iudicandaque invitavimus, suae probationis laudisque praeconio iam ea exornaverint. Agitur, ut nostis, de gravi praescriptorum summa, ad doctrinam et ad disciplinam quod attinet, quae si a clero po puloque Romano, Ut divina opitulante gratia fore confidimus, ad effectum diligenti cura deducta fuerint, ad religionem verique nominis socialem profectum idcirco etiam conferent, quod eadem praescripta cogitandi agendique rationibus nostrorum temporum respondent.

Episcopi sollicitudo, praeterquam ad recte suae Dioecesis ordinandam disciplinam, ad voluntates etiam crediti gregis attingendas permovendasque pertinet, ut quod obsoletum est renovetur, quod fatigatum et langui-

[2] *Io.* 13, 9.

dum roboretur, utque omnes novis additis viribus enutriantur et confirmentur.

In hae autem gravissima pulcherrimaque causa procuranda sacerdos procul dubio praecipuas partes agit, idque ob privatae personae suae agendi modum, et ob peculiare suae vitae genus ac dignitatem.

' Iamvero, ut probe nostis, sacerdotis persona *sacra* est; atque adeo *eius vita sanctitate* exornetur oportet.

Sinatis igitur, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut duabus hisce «de rebus paterno vobiscum animo colloquamur.

SACERDOTIS PERSONA SACRA EST

Ea mittimus, ne longa doctaque elucubratione vos fatigemus, quae plurima de hac re Sanctorum Patrum documenta monent, et quae recentes hodiernique scriptores novo proposito ordine, novoque stilo, ediderant. Cupimus potius e duobus fontibus evangelicam et ecclesiasticam doctrinam, caelesti perfusam luce, haurire : hoc est e Sanctorum Petri et Pauli epistulis, atque ex praeceptis decretisque Tridentinae Synodi, quae *Catechismus Romanus,* seu *Catechismus Tridentini Concilii,* Decessoris Nostri Sancti Pii V (anno 1566) auctoritate primum editus, et ab alio Decessore Nostro Clemente XIII e Venetorum gente (a. 1758-1769) iterum vulgatus, tam luculenter sapienterque illustravit. Quem quidem Catechismum Romanum Cardinalis S. R. E. Augustinus Valerio, qui cum S. Carolo Borromaeo amicitia coniungebatur, « divinitus datum Ecclesiae» asseveravit. Cupimus autem — idcirco etiam quod hoc volumen urbi honori est episcopalis Nostri muneris sedi — catechismi huius meritam laudem, opportunitatem utilitatemque in sua luce ponere, pro iis praesertim, qui in sacris praeparandis contionibus, ob modicum temporis spatium, in altiora studia incumbere nequeunt; atque pro iis etiam qui, ad disciplinas de re theologica et morali quod attinet, dictiones quaerunt clare definitas ac certas. Quae dum commendamus, Nostram subit mentem eorum annorum recordatio — veniam a vobis petimus, si haec breviter attingimus — cum laeta operosaque iuventute fruentes, libenter dedimus operam ut hoc volumen ac thesaurus pretiosissimus typis ederetur et cognosceretur a quam plurimis. « Ad iuvandam rempublicam christianam, et ad restituendam veterem Ecclesiae disciplinam nobis divinitus datum esse videtur... — haec verba ab antiquo Episcopo Veronensi mutuamur — vos qui aliquantum aetate processistis — hoc autem ad Nos et ad alios inter vos pertinet — legite hunc catechismum,

septies et plusquam septies : mirabiles enim fructus ex eo percipietis ».

Ut autem ad ea redeamus, de quibus agere cupimus, sacerdotis persona, quod iam diximus, *sacra* est ; talis enim sollemni Ordinationis ritu efficitur. Primum praecipuumque munus, sacerdoti creditum, id postulat, ut se ipse hostiam immaculatam offerat ad humani generis Redemptionem, a Divino Servatore peractam, plene exsequendam. De hac sacerdotis coniunctione cum Christo, qua idem Crucis Sacrificium in ara iteratur, Tridentina Synodus haec admonet : « Divina res [est] tam saricti sacerdotii ministerium ».[3] Haec sacri ordinis dignitas augetur, cum eidem potestas sacerdoti collata adicitur absolvendi a peccatis : « Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ».[4]

Quamobrem haec divina oblatio, et hoc misericordiae exercitium, quo peccata condonantur nomine Iesu Christi, qui moriens pro peccatoribus se obtulit, et qui hodie quoque Ioannis Baptistae verbis consalutatur Agnus Dei qui tollit peccata mundi, tum gratior ad Deum admovetur, cum innocens, integer, immaculatus, a peccatis omnibus alienus et ad caelum cotidie animo erectus sacerdos est, qui una cum Divino Redemptore semetipsum offert, eiusve nomine fratres suos a peccatis absolvit. Etenim — quod recte asseverari potest — ut Christus est Deus, ita sacrorum administer a Christo Deo agitur et quasi possidetur ac ducitur.

Iure meritoque Malachias propheta, cum de Veteris Testamenti sacerdote scribit, eum dilaudando appellat Angelum Domini.

Cum asseveramus, sacerdotis personam sacram esse, sponte convolat mens nostra ad altare Dei, quod ipse cotidie ascendit, et a quo descendit, ut varia sibi concredita munera exsequatur.

In fastigium illud, ubi sanctissima christiani cultus mysteria peraguntur, intentis oculis intuetur adulescens sacrorum alumnus, ex eodemque, postquam per gradus congruam praeparationem adeptus erit, olim ad christifideles se convertet, qui quidem tunc solummodo sacerdotem hoc nomine dignum existimant, si nempe circumfusum sese exhibeat superna illa luce supernaque gratia, quae e divino sacrificio Missae proficiscuntur.

Suavis animi indoles, doctrinae copia, expolitus sermo, urbanitas pertinent ad eas dotes, quibus tamquam pulcherrimo pallio obtegitur atque exornatur humana sacerdotis dignitas ; at supernaturalis illa virtus, quae eum aptum reddat ad divina mysteria et apostolatus opera digne

* **Sess. XXIII,** c. 2.

* ***Marc. 2, 7.***

peragenda, apud altare hauriri debet. Locus ille sacerdotem in primis addecet. Illinc is christiano populo divina impertit praecepta. At cum christifideles alloquitur, eius sermo, interiore cogitatione paratus, templi Dei consuetudinem sapiat omnino oportet; atque sacra Missalis, Breviarii atque libri Ritualis verba ipsius animi penetralia imbuere debent, antequam resonent intra sacrarum aedium parietes.

Sive aegrotis adest, sive in sacrae Paenitentiae tribunali sedet, sive Baptismum administrat, sive in coemeterio fúnebres ritus celebrat, sacerdos semper liturgici cultus divitias incomparabilemque pulchritudinem ostendit.

Magis quam lampas, quae ante Eucharisticum altare ardet, fulgida sacrorum administrorum exempla efficiunt ut christifideles ad Iesum Christum cogitationes, animi affectus suosque oculos convertant. Quam ad rem apte scripsit Eminentissimus Cardinalis Manning : « Augustum Eucharistiae Sacramentum sacrum reddit tabernaculum, altare, templum nec non ipsius sacerdotis domum. Ardebat quidem rubetum in monte Horeb; sed Ssmae Eucharistiae supernus fulgor supernaque vis sacerdotem ipsum atque omnia, quae ad eum pertinent, quodammodo afficiunt ».

SACERDOTIS VITA SANCTA ESSE DEBET

Si igitur ad disserendum de sacro illo administro devenimus, qui ab antiquis sacerdotibus praenuntiabatur, magis magisque patet oportere omnino eius vitam summa sanctitate exornari. Hac sanctimonia enitentem Petrus Apostolus eum proponit in exordio primae epistulae suae, -cum scribit « electis advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae» ;[5] quarum regionum populi Nobis sane carissimi sunt, sed iam pro dolor a Iesu Christo abstracti, quamvis adhuc eius sectatores, •qui illuc appulerint, quadam observantia humanitatisque officiis prosequantur. Ad eos enim Apostolorum Princeps divinae gratiae nuntium mittit ((in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, in aspersionem Sanguinis Iesu Christi : gratia vobis et pax multiplicetur ».[6] Iamvero quid aliud significat haec « aspersio sanguinis », nisi Sacrificium corporis et sanguinis, ad quod faciendum Iesu Christi sacerdos destinatur et consecratur? Quam dictionem non modo in se veram, sed etiam arcanum aliquid quasi in auspicium portendentem, recentior Ecclesiae doctor hisce

[5] ***1 Petr.* 1, l.**

« *Ibid.* 2

verbis interpretatus est :• « Christus magna sacerdotum tunica». Divinus nempe Eedemptor quadam significatione sacerdotis tunica dici potest, quatenus sacer administer Iesu Christi sanctitate penitus imbui et informari debet secundum illud Apostoli Pauli : « Induimini Dominum Iesum Christum ».[7]

Deinde vero in eadem epistula Beatus Petrus suos omnes electos filios, qui, ut ipse ait, gustarent quoniam dulcis est Dominus,[8] incensissimo apostolici animi sui studio quasi ad excelsum sanctitudinis apicem adhortans, hisce verbis allocutus est : « Ad quem (Dominum) accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum : et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum ».[9] Ac denique : « Vos autem genus electum — asseverat — regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis : ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum ».[10]

Ut facile animadvertitis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, haec Apostoli verba non ad sacerdotale munus peculiariter pertinent, sed ampliore significatione ad universum christianorum populum, quandoquidem etiam singuli christifideles debent semet ipsos offerre Deo. Ex quo S. Thomas Aquinas hanc sapientem eduxit sententiam : « Totus ritus christianae religionis derivatur a sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est quod character sacramentalis specialiter est character Christi ; cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres ; qui nihil aliud sunt quam quaedam participationes sacerdotii Christi, ab ipso Christo derivatae

Nunc autem, quae diserte hac de re S. Paulus Apostolus admonet, audiamus. In epistula enim ad Hebraeos et in secunda ad Timotheum excelsam Presbyterorum sacerdotii dignitatem summis laudibus effert, qui quidem ex hominibus assumpti, pro hominibus constituuntur in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis.[12] Ob quam excelsam dignitatem gravibus hisce verbis eos admonet : « Nemo militans

[7] *Rom.* 13, 14.
[8] Cfr. *1 Petr. 2,* 3.
[9] *Ibid. 2,* 4-5.
[10] *Ibid.* 2, 9.
[11] *Sum. Theol.* III, q. 63, a. 3 e.
[12] Cfr. *Hebr.* 5, 1.

Deo implicat se negotiis saecularibus : ut ei placeat, cui se probavit i».[13] Quae perspicua sententia, cum sacram esse sacerdotis personam clare satis asseveret, praecipuas indicat causas luculentasque notas, quibus eius sanctitas inniti ac conformari debeat. O utinam nos, Dei sacerdotes haec verba semper consideremus, immo semper recte prompteque exaudiamus ! Iesu Christi exemplum imitemur, qui duodecim annos natus anxiae Matri suae ac Sancto Iosepho, qui vehementer dolentes se praebebant quod eum amisissent, hanc edidit admonitionem — futuris etiam sacerdotibus meditandam — : « Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? ».[14]

Ut profecto nostis, S. Lucas Evangelista, qui hanc refert narrationem, aliis etiam in Evangelii sui paginis de generosa sacerdotum animi abalienatione agit a terrenis rebus, ac de serena et tranquilla eius mentis condicione et statu inter varias huius mundi vices ac procellas. Debet utique sacrorum administer inter homines vivere et conversari, tum praesertim cum pastorali sollicitudine tenetur et angitur, et cum caritatis munere premitur, quod etsi grave ei mandatum et officium est, interdum tamen potest pericula apponere sacerdotalis eius sanctitati vitae.

Ne gravemini, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, duodecimum Evangelii S. Lucae caput integrum diebus hisce legere ac meditari, quod illustris Bibliorum exegeta, P. Hetzenauer, hoc generali titulo « De institutione discipulorum et turbarum » interpretando explanandoque, de hisce magni ponderis argumentis tractat : « De sinceritate et animo impavido — De avaritia vitanda — De sollicitudine superflua — De vigilantia — De dispensatione fideli — De separatione hominum — De probatione temporis ».[15]

Gravia huius generis monita audiens, quae, ut diximus, in S. Lucae Evangelio leguntur, Apostolus Petrus candida illa, qua praestabat, animi simplicitate Iesum hisce verbis interrogavit : « Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes? ».[16] Divinus vero Redemptor sermonem non intermisit, sed monitiones suas ad prudentiam, ad moderationem adhibendam instanter impertiens iis praesertim, qui gravibus onerantur muneribus, et qui ad ardua obeunda ministeria, ut Petrus eiusque socii, divinitus vocantur. Ex quo luculenter colligitur non modo necesse esse ut sacerdos, qui verum Iesu Christi apostolum agere velit, virtutibus illis

[13] *2 Tim.* 2, 4.
[14] *Lue.* 2, 49.
[15] HETZEÎÎAUER, *Novum Testamentum*, Sumptibus Pustet, 1922.
[16] *Luc.* 12, 41.

reapse eniteat, quibus omnes christifideles exornentur oportet, ut ipsorum *vivendi modus* postulat, sed etiam ut praeclaro exemplo suo ceteris praeluceat, et ad christianorum promovendum incrementum viribus omnibus contendat, qui quidem iure meritoque in sua cuiusque paroecia sacerdotem sanctum requirunt, qui singulas familias ad caelestia munera, ad pacem, ad concordiam ad sanctitatemque sua doctrina suisque moribus revocet.

Atque heic opportunum ducimus ad S. Pauli praecepta satius enucleanda redire.

In Breviario, quod canonicas preces continet, diebus qui Natalicia Sollemnia subsequuntur, Ecclesia epistulam S. Pauli ad Romanos nobis legendam gustandamque proponebat.[17] O quam miro, quam magnifico ac praeclaro modo refulget ex ea apostolici ac pastoralis studii doctrina! Haec autem doctrina in duas dispertitur partes, quae quasi candidae alae supra divinae Redemptionis filios panduntur. In priore parte de Evangelio agitur, quatenus declarat ac revelat Dei iustitiam, cui nos omnes satisfacere debemus, non oriri neque demonstrari ex hominum philosophia vel ex Vetere Lege, sed Iesu Christi verbo ostendi ; in altera vero de Evangelii virtute, quae credentes salvos facit, quae ab originali peccato, a peculiaribus commissis nostris, a Veteris Legis servitute et a mortis damnatione nos liberat ; idque ob nobis impertitam Iesu Christi vitam, ob eius nempe gratiae vitam, et ob Sancti Spiritus auxilium, qui infirmitatibus medetur nostris, et qui « postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus)).[18] Ex hac luculentissima doctrina novi sacerdotis sanctificatio pendet : ex divino nempe afflatu et gratia Spiritus Sancti, « quia secundum Deum postulat pro sanctis ».[19] Etenim « diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti;[20] idque ex eo fit quod Spiritus Sanctus voluntatem nostram confirmat nosque ad sanctitatem assequendam compellit. Haec autem verba ad mysterium meditandum nos provocant sacerdotalis muneris, ad quod suscipiendum vocati sumus, et quod nos ad excelsa evehit. « Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et

[17] Cfr. c. 8 sq.

[18] *Rom.* 8, 26.

[19] *IMd.* 8, 27.

*• *IMd. 8,* 28.

vocavit ; et quos vocavit, hos et iustificavit ; quos autem iustiflcavit, illos et glorifica vit » .[21]

Intento recogitate animo, Venerabiles Fratres et dilecti filii, quale privilegium et quam celsissimus honor sacerdotali animo nostro nostraeque vitae collata sint ; quod quidem grave nobis parit officium nos imprimis ac deinde eos omnes, quos proximos habemus, ad sanctitatem revocandi!

Iesus Dei Filius ac sacerdos aeternus, primogenitus frater noster factus est; quamobrem cum simus una cum eo idcirco sacerdotes, ut Redemptionis opus per saeculorum decursum ac per omnes terrarum orbis partes propagemus, id humili nomini nostro nostroque animo splendorem incomparabilem ac dignitatem confert. Si Deus Pater eiusque Filius Iesus Christus pro nobis sunt — id animadvertit Doctor gentium in eadem epistula ad maiores nostros Romae commorantes data — si Dei Filius, dicimus, cuius sacerdotium participamus, pro nobis est, « quis contra nos? »[22] Quis nos separabit a caritate Christi Patri supplicantis pro nobis? « Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? »[23]

Ne timeamus igitur. Victores semper erimus; immo aliquid magis quam victores ob eius auxilium et operam, qui nos ut fratres ad sacerdotium vocavit, nosque semper amavit ac diligit.

Paulinus nuntius, hac epistula datus, in parte altera, quae, ut diximus, quasi candida ala supra Redemptionis filios panditur, et quae mirandis hortamentis ac suasionibus renidet, ad officia nostra quod attinet erga Deum, erga proximos, erga nosmet ipsos, nos sapienter efficaciterque admonet, ut noxia omnia vitemus : ac nominatim iudicia iniuste vel temere edita, pusillorum offensionem seu scandalum, et alia non pauca. Itemque nos adhortatur, ut « imbecillitates infirmorum »[24] sustineamus et adiuvemus; cui hortamento haec suavis et ad permovendos animos aptissima sententia respondet : « unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem » ;[25] itemque nos admonet, ut, Iesu Christi exempla secuti, ((per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus » .[26]

[21] ***Rom.*** **8, 29, 30.**
[22] ***Ibid.*** **8, 31.**
[23] ***Ibid.*** **8, 35.**
[24] ***Ibid.*** **15, 1.**
[25] ***Ibid.*** **15, 2.**
[26] ***Ibid.*** **15, 4.**

LECTIO EPISTULARUM SS. APOSTOLORUM ET SACRAE LITURGIAE STUDIUM IMPENSUSQUE AMOR ENIXE COMMENDANTUR

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, cupimus admodum unumquemque vestrum paterno adhortari animo, ut hanc Pauli epistulam, mirandum prorsus apostolici sui studii opus, intente legatis ac meditemini. Procul dubio novae atque antea reconditae luces ex hac lectione scatebunt, quae animos vestros ineffabilibus consolationibus afficient.

Postremis hisce diebus, primo mane, cum mens Nostra iam ea recogitaret, quae hoc in colloquio, fidenter vobiscum habendo, diceremus, hoc est de sacerdotali animo per vitae sanctitatem Deo sacrando, quadam perturbatione trepidationeque paulisper affecti sumus, eam actionem eaque verba, a Iesu Christo prolata, quaerendo pervestigandoque, ex quibus id oritur ut Episcoporum omniumque sacerdotum consecratio rite habeatur. Eucharistici Sacrificii canonem legebamus. Dictiones omnes, itemque benedictionis et crucis signa ad sacrae liturgiae praescripta diligenter peracta erant; ac pietatis fervore, etsi non seraphico, humili tamen ac sincero commovebamur. Haec arcana verba super candidam hostiam et super calicem *parum elevatum* voce submissa et intenta edebamus : « Hoc est corpus meum » et « hic est calix sanguinis mei... ». Sed res dulcis ac memoria retinenda subito eluxit Nobis, cum cetera verba demissiore etiam voce elicuimus, antequam genua flecteremus, et calicem in populi conspectum attolleremus ; id est : « Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis » ; quibus quidem verbis ea S. Lucae Evangelistae respondent : « Hoc tacite in meam commemorationem ».[27] Facile interdum, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut Nobis ita vobis etiam, sacras caerimonias agentibus, contingere potest ut mira horum verborum significatio non penitus perspiciatur.

Vota igitur facimus — atque unum hoc quoque sit e Romanae huius Synodi memorandis monitis — ut nos singuli cotidianam Eucharistici Sacrificii celebrationem impenso cum pietatis studio agere pergamus. Itemque angelum vitae nostrae custodem rogamus, qui sacris ritibus propitius adest, ut nos haec sacra verba *secrete* ad liturgiae praescripta, pronuntiantes, sed fidenter, sed amanter, sed quasi timide ac trepide, benigne suaviterque adiuvet ; haec sacra dicimus verba, quae divini erga nos Iesu Christi amoris testamentum quasi obsignantia, eius nostrum-

[27] ***Luc.* 22, 19.**

que sacerdotium reapse indicant ac veluti consecrant, atque ineffabilia sempiternaque gaudia, in hac et in perenni vita fruenda, nobis pollicentur.

Cum ad aram Divina Hostia cotidie litamus, tunc potissimum sacerdotali munere perfungimur. Circa nos tunc omnia silent atque exiguae humanae nostrae vires, quas totas uni aeterno atque summo Sacerdoti dicavimus, ab Ipso adhibentur ad suum renovandum sacrificium.

Alia autem dantur adiuncta, quae cum vividiorem fidem expostulent atque ad praestantiores divini cultus, magisterii caritatisque significationes pertineant, requirunt ut sacerdotis persona sacra sit eiusque vita sanctitate refulgeat.

Duo haec, scilicet persona et vita sacerdotis, ex quibus mirum in modum perfecta sacerdotis imago coalescit, lucem et vim suam e divina Liturgia percipiunt.

Hanc sacerdotalis vitae disciplinam, quae cotidianum doctrinae studium virtutisque exercitationem complectitur, vobis enixe commendamus.

Uberrima haec doctrinae, sapientiae ac pulchritudinis copia, si quidem sacerdotis mentem, animum et labia penitus afficiant, eidem faciliorem reddit animarum curam, atque interdum solacia suppeditare potest, quae vel flagrantissima ipsius optata sancta exsuperent.

Dilecti filii ! Quemadmodum vobis patefecimus animi Nostri votum, ut pientissime sacris operemini, rubricis diligenter servatis, ita pariter vos adhortamur, ut in sacrae Liturgiae studium incumbatis alacriter,, eamque impenso amore prosequamini.

Amen, amen !

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS IN PRIMA SYNODI SESSIONE

IL SACERDOTE: PERSONA SACRA: VITA SANTA

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Inaugurando ieri sera le nostre Sessioni Sinodali rendemmo omaggio ai due gloriosi Santi Giovanni, il Battista e l'Evangelista, titolari ambedue della sacrosanta Arcibasilica Lateranense, dedicata al SS.mo Salvatore, e cattedrale insigne della diocesi di Roma.

Al termine di quella prima cerimonia di introduzione, riuscita così solenne e commovente, Ci pareva di sentire quasi la voce del vecchio Zaccaria, profeta e salmista, volgentesi a noi, come al neonato figlio suo : a noi, divenuti continuatori e oggetto del suo grande presagio : voce incoraggiante ad inoltrarci innanzi alla faccia del Signore e **a** preparare le sue vie, *ad dandam scientiam salutis plebi eius.*[1]

Ed ora ci troviamo qui : trasportammo infatti le nostre tende **a** questo colle Vaticano presso la sacra memoria del principe degli Apostoli, Pietro, che rievoca spontaneamente quella di Paolo, ambedue figure eminenti, che già incontrammo ieri sera nei ricordi del Concilio cosiddetto di Gerusalemme, il primo saggio di convegno Sinodale.

Sarà tanto piacevole il nostro conversare con loro, e gustarne l'insegnamento, ospiti nella loro dimora.

INVOCAZIONE AI SANTI APOSTOLI PIETRO E PAOLO

0 Pietro, o *Simon Ioannis,* come fosti chiamato nell'atto solenne della tua altissima investitura, ecco qui : il tuo lontano ed indegno successore, nel duplice compito di Vicario di Cristo in terra e di Vescovo di Roma, ti sta innanzi umile e compunto come tu lo fosti allorché il Maestro, in atto di istituire il più grande Sacramento, volle lavarti i piedi, come fece. Tu sai che in quell'ora così trepida ripetè anche lui il « *non tantum pedes meos, sed et manus et caput* » .[2] Siigli propizio nel suo impegno così grave di pastore e di padre con questi suoi più preziosi e cari collaboratori nell'ordine sacerdotale.

[1] ***Luc.*** **1, 76-77.**
[2] ***Io.*** **13, 9.**

E tu, o Paolo, vaso d'elezione e dottore delle genti, associato nel magistero, nel culto, nella gloria all'apostolato di Pietro, ottieni a tutti noi qui congregati, il tuo spirito e la tua fiamma diffusa nella successione delle tue quattordici lettere, ancora e sempre splendenti come lampade nella Chiesa del Signore.

Fratelli e figli.

Con questa duplice invocazione, noi sentiamo di poterci avanzare decisamente nel nostro cammino. Lo studio assai attento e fervoroso dei singoli ordinamenti di vita e di ministero pastorale sta innanzi a noi in una serie di articoli redatti con competenza, con chiarezza, con efficacia da meritarsi già l'ammirazione e l'elogio di personaggi competentissimi ed autorevoli, che invitammo a considerarli e a giudicarne. Trattasi di un complesso imponente di punti dottrinali e di disciplina, la cui pratica applicazione alla vita del clero e del popolo Romano sarà apportatrice, se la grazia del Signore ci aiuta, di vero progresso religioso e sociale, tanto più notevole quanto più rispondente alle condizioni moderne di pensiero e di costume.

La sollecitudine del Vescovo per la Diocesi sua, oltre alla preparazione di buoni ordinamenti di carattere disciplinare, è sforzo di toccare le volontà perchè facciano, perchè si rinnovi quanto reca segni di stanchezza e di disuso, e tutto si nutra di novelle energie.

Il punto centrale e più elevato per questa ripresa di vigore e di bellezza spirituale è il sacerdote, e, nel sacerdote, la *persona* e la *vita.*

Ebbene, *la persona del sacerdote è sacra: la vita deve essere santa.*

Lasciate che su questi due titoli Noi vi tratteniamo alcun poco.

LA PERSONA DEL SACERDOTE È SACRA

Diletti Fratelli e figli : potremmo occupare la vostra attenzione con larghezza di esplorazione dottrinale, patristica, o attinta a considerazioni di ordine e di stile moderno e modernissimo. Preferiamo farvi grazia di ciò, e soffermarci innanzi a due fonti di celeste, di evangelica e di ecclesiastica dottrina, quali sono : l'insegnamento di San Pietro e di San Paolo nelle loro lettere e, accanto a questi due oracoli, i *Canoni* e i *Decreti* del Concilio Tridentino, completati ed illustrati dal preziosissimo *Catechismo Romano,* o *Catechismo del Concilio Tridentino,* pubblicato da San Pio V (1566) e ripubblicato dal Papa Veneziano Clemente XIII (1758-1769). Questo *Catechismus Romanus* il Cardinale Agostino Valerio, amico di

San Carlo Borromeo, lo diceva *divinitus datum Ecclesiae* e Ci è cara l'occasione e ne approfittiamo — anche per il titolo del volume che onora la Nostra città episcopale — di richiamarne l'altissimo pregio per l'uso corrente della sacra predicazione nelle parrocchie, e per chi ha poco tempo per studi profondi, ed anche per chi, occupato in questi, è ansioso di precisione teologica, dogmatica e morale. Il dire questo è anche un richiamo — vogliate perdonarcelo — della Nostra giovinezza, lieta ed operosa, essendoci occupati, anche per la stampa, della più larga conoscenza di questo vero e preziosissimo tesoro. « *Ad iuvandam rempublicam Christianam, et restituendam veterem Ecclesiae disciplinam nobis divinitus datum esse videtur...* — sono le parole dell'antico Vescovo di Verona — *vos qui aliquantum aetate processistis* — questo è il caso Nostro e dei più anziani tra voi — *lecite hunc catechismum, septies et plusquam septies : mirabiles enkn fructus ex eo percipietis* ».

Per abbordare il nostro tema dicemmo dunque che la persona del sacerdote è *sacra.* Come tale viene iniziata e segnata con la rituale ordinazione. Il suo ufficio, primo e principale, è di offrirsi ostia immacolata per compiere l'opera di Cristo Redentore del genere umano. Di questa unione con Cristo rinnovante sull'altare il sacrificio della Croce, il Concilio di Trento dice bene : « *Divina res est tam sancti sacerdotii ministerium* ».[3] Questo carattere di consacrazione aumenta di dignità ove le si aggiunge la potestà conferita al sacerdozio di rimettere i peccati : « *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ».[4]

Ebbene, diventa naturale che questa offerta divina e questo esercizio di misericordia del perdonare i peccati in nome di Gesù morto per i peccatori e continuamente salutato, su indicazione del Battista innanzitutto, come Agnello di Dio che toglie i peccati del mondo, salga, salga più gradita a Dio, quanto più innocente, puro, immacolato, lontano dal peccato ed elevato nei cieli è il sacerdote che con Gesù si offre ed in nome di Dio assolve. Si dice che come « Cristo è di Dio », così i suoi sacerdoti vengono ad essere posseduti e guidati da Cristo e da Dio.

Malachia aveva già formulato della persona del sacerdote antico questo elogio : ((Egli è l'angelo del Signore ».

Quando diciamo che la persona del sacerdote è sacra, pensiamo subito all'altare di Dio sul quale egli ascende tutti i giorni, e da cui discende per i compiti ai quali l'obbedienza lo vuole applicato.

[3] Sess. XXIII, c. 2.

[4] *Marc.* 2, 7.

A quella sommità, dove si compiono i più alti misteri del culto, è fisso lo sguardo del giovanetto seminarista, che per vari gradi, e dopo lunga preparazione, di lassù si volge ai fedeli, i quali non sanno immaginare il sacerdote se non nella irradiazione di luce e di grazia della Santa Messa.

La buona indole, gli studi severi, la proprietà della parola e del tratto sono come il mantello che avvolge l'umanità del sacerdote : ma la linfa divina della sua applicazione ai divini misteri ed alle opere dell'apostolato, egli deve attingerla dall'altare. Quello è il posto suo che gli conviene innanzitutto. Di là egli parla ai fedeli. Ma nel volgersi ad essi con linguaggio elaborato nella meditazione e fatto suo, egli ha da apparire come di casa nel tempio del Signore; e le sacre parole del Messale, del Breviario, del Rituale, devono risuonare nelle intimità misteriose della sua anima, prima che sotto le volte del santuario.

Sia egli al letto degli ammalati, o in confessionale, o nel battistero, o in camposanto, dappertutto il sacerdote esprime la ricchezza, la bellezza, il fascino della Liturgia.

Più che la lampada che arde presso l'altare Eucaristico, la persona del buon sacerdote volge verso Nostro Signore i pensieri, i sentimenti, gli sguardi dei fedeli.

« Il Ssñio Sacramento — scrisse il Card. Manning — consacra il Tabernacolo, l'altare, il santuario, la casa del sacerdote. Il roveto in Horeb ardeva, ma il sacerdote e tutto ciò che lo circonda è inviluppato nello splendore ed è sotto l'influsso del Ssmo Sacramento affidato alle sue cure)).[5]

LA VITA DEVE ESSERE SANTA

Passando dalla *persona* alla *vita* sacerdotale si comprende come questa, la vita, debba *essere santa.*

Così la descrive infatti San Pietro nell'esordio della sua lettera prima,[6] dove saluta i fedeli della dispersione : Ponto, Galazia, Cappadocia, Asia e Bitinia : tutte regioni a Noi personalmente così care, ma ahimè tanto lontane ormai da Cristo, seppur lo rispettano ancora un poco nei suoi seguaci che passano di là. L'Apostolo adunque invia loro un annunzio di grazia, di pace e di santificazione nello Spirito, nell'obbedienza, nella aspersione del Sangue di Cristo. Che è mai questa aspersione

[5] **Card.** MANNING, ***Eterno sacerdozio,*** **pag. 39.**

[6] **Cfr. *1 Petr.* 1.**

di sangue se non un richiamo al sacrificio del corpo e del sangue cui è consacrato il sacerdote di Cristo? Espressione vera questa e simbolica, che ad un dottore più recente della Chiesa ha fatto scrivere : *Christus magna sacerdotum tunica:* Cristo è la grande tunica del sacerdote, come a dire che la vita del sacerdote deve essere tutta penetrata della santità di Cristo. ((*Induimini Dominum Iesum Christum* ». Parole esatte di San Paolo.[7]

Più sotto, nella stessa sua lettera, San Pietro, nell'augurio esaltante della sua fervida anima apostolica, parla ai suoi tutti insieme, agli eletti, che hanno gustato *quoniam dulcis est Dominus.*[8] Con loro si compiace chiamandoli pietre vive sovrapposte alla pietra grande angolare, disprezzata dagli uomini, ma da Dio eletta e onorificata. « Accostatevi a questa pietra — egli dice — ed edificate sopra di essa: sarete una casa spirituale, un sacerdozio santo per offrire vittime spirituali, gradite a Dio per mezzo di Gesù Cristo ». E più sotto ancora ripete : « Voi siete stirpe eletta, sacerdozio regale, gente santa, popolo di acquisto riservato a proclamare la virtù di colui che dalla tenebra vi ha chiamato alla sua luce meravigliosa, che ha fatto di voi il popolo di Dio ».[9]

Notate che queste espressioni cosi calorose non si riferiscono precisamente allo stato sacerdotale propriamente detto, ma a [tutto il popolo cristiano, invitato, in senso molto largo, ad offrire — ciascuno dei fedeli — il dono di se stesso a Dio. Ciò che condusse San Tommaso a queste conclusioni : ((*Totus ritus Christianae religionis derivatur a sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est quod character sacramentalis specialiter est character Christi : cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres: qui nihil aliud sunt quam quaedam participaciones sacerdotii Christi, ab ipso Christo derivatae ».*[10]

Ed. ascoltiamo ora, per disteso, anche San Paolo. Sentirete, diletti figli, sentirete. Per conto suo, nella lettera *ad Hebraeos*[11] e nella seconda a Timoteo, egli esalta il sacerdozio dei presbiteri costituiti a servizio e a beneficio degli uomini per i loro rapporti con Dio, a cui offrono doni e sacrifici. Insegnamento che prende tono di molta gravità, quando

[7] *Rom.* 13, 14.
[8] *1 Petr.* 2, 3.
[9] *IMd.* 2, 4-10.
[10] *Sum. Theol.* 3, q. 63, a. 3, c.
[11] Cfr. 5, 1-5.

ordina che « nessuno che militi si implica in affari della vita civile allo scopo di piacere a chi l'ha arruolato » .[12]

Affermazione netta, che riaffermando implicitamente il carattere sacro della persona sacerdotale, ne fissa i contorni della splendente fisionomia, e dà sostanza di santità alla sua vita.

Ah ! ascoltassimo bene e sempre, noi sacerdoti del Signore, queste parole ! E prendessimo l'esempio da Cristo Gesù che a 12 anni, a sua Mamma e a San Giuseppe, che si lamentavano di averlo smarrito, rispose — giusto per dare una regola ai suoi sacerdoti dell'avvenire — : ((Non sapevate che io debbo occuparmi delle cose del Padre mio? ».

È San Luca che ci racconta questo episodio.[13] Ed è lo stesso San Luca che nel suo Vangelo ci offre altre pagine ammirabili circa il disinteresse del sacerdote per le cose materiali della vita e circa l'atteggiamento del suo spirito fra le vicende della terra. Dalla prossimità col mondo il sacerdote non può sottrarsi, soprattutto se porta le sollecitudini più gravi del ministero pastorale in cui l'esercizio della carità, che è un grave compito ed un dovere, può diventare una tentazione per la propria anima sacerdotale.

Vogliate leggere, diletti figli, in questi giorni tutto intero questo capo XII di San Luca, a cui un esageta della Bibbia — il P. Hetzenauer — sotto il titolo generale « *Institutio discipulorum et turcarum* », fa seguire vari argomenti : ((*De sinceritate et animo impavido — de avaritia vitanda — de sollicitudine superflua — de vigilantia — de dispensatione fideli — de separatione hominum — de probatione temporis ».*[14]

Al sentir queste cose San Pietro, che era presente, domandò a Gesù ingenuamente : *Domine, ad nos dicis hanc parabolam; an et ad omnes?*[10] Ma questo che ci dici è solo per noi o anche per tutti gli altri che ti ascoltano? Il Signore continuò il suo discorso in ammonimento di prudenza, di discrezione, giusto per chi ha le responsabilità più gravi nella vita, che è sorretta dal richiamo della vocazione ricevuta. E questa dei discepoli — Pietro e compagni — era la grande vocazione.

11 che sta a dimostrare che il vero sacerdote, l'apostolo del Signore, non solo deve essere perfetto nell'esercizio di quelle virtù in cui anche tutti i laici riconoscono il loro buon *modus vivendi* : ma deve eziandio sopravvanzarli in esempio luminoso e in edificazione per tutto il gregge

[12] *2 Tim.* 2, 4.

[13] Cfr. 2, 48-49.

[14] HETZENAUER, *Novum Test.,* Sumptibus Pustet, 1922.

[25] *Lue.* 12, 41.

cristiano, che sente il diritto, e talvolta lo reclama, di avere il prete santo im parrocchia a benedizione ed a pace di tutte le famiglie.

E torniamo a San Paolo ancor più direttamente.

Di questi giorni, successivi alle festività Natalizie, la Santa Chiesa ci faceva gustare nel Breviario la lettera del grande Dottore ai Romani.[16]

Che magnificenza e che splendore di apostolico, di pastorale insegnamento ! Due parti : come due grandi ali di celeste dottrina distese sopra i figli della Redenzione. Nella parte prima : il Vangelo, rivelazione della giustizia di Dio, che non viene dalla filosofia o dalla legge antica ; ma dalla parola, dalla parola di Cristo Gesù ; poi il Vangelo virtù salvatrice di ogni credente : che ci libera dal peccato originale, dal peccato attuale, dalla servitù della legge, dalla condanna di morte : per la vita in Cristo, vita della grazia, vita della gloria : per l'aiuto dello Spirito Santo, che guarisce le nostre infermità, che implora e chiede per noi *gemitibus inenarrai)ilibus.*[17] E qui è il punto luminoso della santificazione del nuovo sacerdozio : *quia secundum Deum postulat pro sanctis.*[18] Poiché questo sappiamo a conforto della buona volontà di santificarci, che *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.*[19] Qui sta il mistero della nostra vocazione sacerdotale che ci sublima. *Nam quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et glorificava.*[20]

Pensate bene, diletti fratelli, che privilegio è il nostro, che onore per la nostra anima sacerdotale e per la nostra vita. E quale impegno per noi di santificarci per davvero e di santificare tutto quello che sta intorno a noi !

Gesù, figlio di Dio, sacerdote eterno, si è fatto nostro fratello primogenito. **L**'essere sacerdoti con lui, intesi a prolungare con lui l'opera redentrice del mondo, conferisce al nostro umile nome uno splendore incomparabile per la nostra anima.

« Se Dio Padre, e con lui il suo Figlio, Gesù, è con noi — riprende il dottore delle genti, nella sua lettera ai nostri antenati di Roma — se il

[16] Cfr. c. VIII seg

[17] *Rom.* S, 26.

[18] *Ibid.* 8, 27.

[19] *Ibid. S,* 28.

[20] *Ibid. S,* 29-30.

Figlio di Dio è con noi e noi partecipiamo del suo sacerdozio, *quis contra nos?* [21] Chi ci separerà dall'Amor suo, supplicante il Padre per noi? La tribolazione? l'angustia? la fame? la nudità? il pericolo? la persecuzione? la spada? Nessun timore. Noi siamo, noi saremo sempre vincitori, anzi più che vincitori, per opera di colui che ci ha assunti nel sacerdozio come fratelli, e come tali ci ha amato e ci ama.

Il messaggio Paolino prosegue agitando nella seconda parte l'altra ala luminosa e tutta splendente di ammirabili suggerimenti circa i nostri doveri verso Dio, verso il prossimo, verso noi stessi; e mettendoci in guardia su parecchie cose da evitare : giudizi temerari, scandalo dei pusilli, ed altre da fare, come il sostegno alla debolezza umana di chi è infermo : e con quell'invito così prezioso e toccante : *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in donum ad aedificationem.*[22] Ognuno di noi procuri di piacere al prossimo suo nel fare il bene ad edificazione. A cui segue la raccomandazione per l'esercizio della pazienza sull'esempio di Gesù sofferente, *ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.*[23]

INVITO A RILEGGERE LE EPISTOLE APOSTOLICHE, A STUDIARE ED AMARE LA SACRA LITURGIA

Diletti Fratelli e figliuoli : Ci piace invitarvi ad una lettura personale e ben attenta anche di tutto questo capolavoro dell'apostolato Paolino : la lettera ai Romani. Vi troverete luci recondite e preziosissime, e motivo di ineffabili consolazioni.

In una di queste mattine, intesi come eravamo a radunare i pensieri che furono l'oggetto di questo primo colloquio confidente sulla consacrazione e sulla santificazione della nostra anima e della nostra vita, avvertimmo un piccolo smarrimento dello spirito nella ricerca del gesto divino di Gesù, da cui è uscita, in parole autentiche, la consacrazione di tutti i Vescovi e di tutti i sacerdoti del mondo. Eravamo giunti al Canone della Messa. Le parole, le benedizioni, le croci, il fervore — non serafico certo, ma umile e sincero — erano perfette secondo le minute prescrizioni liturgiche. *Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei... :* con pronuncia segreta, continuata e attenta sul calice, *parum elevatum.* Tutto venne bene. Ma — oh dolce, oh indimenticabile sorpresa ! — specialmente Ci vennero bene le parole successive, lette sul Messale e ri-

[21] ***Rom.*** **S, 31.**
[22] ***Ibid.*** **lo, 2.**
[23] ***Ibid.*** **15, 4.**

petute a voce ancora più lieve, prima della genuflessione al calice e la sua elevazione alla vista del popolo : *Haec quotiescumque feceritis, in mèi memoriam facietis.* Esattamente nel senso delle parole di San Luca su questo punto.[24] *Dedit eis dicens: hoc facite in meam commemorationem.*

Voi Ci intendete, diletti Fratelli e figli. Non può talora accadere anche a voi che queste parole, fra un gesto, una genuflessione e l'altra, quasi un poco vi sfuggano?

Formiamo insieme l'augurio — e sarà uno dei ricordi del Sinodo Romano — che la celebrazione quotidiana della Santa Messa continui sempre fervorosa e pia da parte di ciascuno e di tutti noi. Ma egualmente preghiamo l'angelo nostro custode che ci assiste nel sacro rito, perchè al punto ci tocchi mitemente e ci aiuti nel pronunciare, *secrete,* secondo la prescrizione della rubrica, ma con fede, con riconoscenza, con tenerezza le parole quasi timide e tremanti che, suggellando il testamento di amore di Gesù per noi, consacrano la divina realtà del suo e del nostro sacerdozio, e ci riservano alle gioie ineffabili e perenni di questa e dell'altra vita. *Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.*

È su quel vertice della celebrazione quotidiana della Santa Messa, che noi più compiutamente — diremmo — ed espressivamente siamo sacerdoti.

Tutto si tace intorno a noi, e la nostra stessa umanità, posta a servizio dell'unico, eterno e sommo Sacerdote Gesù, diviene l'umile strumento che Egli si appropria per la rinnovazione del suo Sacrifìcio.

E ci sono altri momenti, in cui le vibrazioni più alte della fede e l'esercizio del culto, del magistero, della carità, richiedono che la persona del sacerdote sia sacra, la vita santa.

Questi due elementi che compongono in unità mirabile la fisionomia precisa e splendente dell'ecclesiastico ricevono luce e calore dalla divina Liturgia.

È questa disciplina, che deve essere studio quotidiano ed esercizio di virtù, che Noi raccomandiamo alla vostra attenzione.

Quei tesori di dottrina, di sapienza, di bellezza, posti nella mente, sul cuore e sulle labbra, rendono più facile al sacerdote l'accostamento delle anime, e talvolta preparano consolazioni che vanno ben oltre i suoi più santi desideri.

Diletti figli! Come avete compreso il Nostro voto per la celebrazione più fervida della S. Messa nel rispetto coscienzioso delle sue rubriche, così vogliate insistere nello studio e nell'amore della Sacra Liturgia.

Così è, così sia.

[24] *Lue.* 22, 19.

II

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO DIE XXVI IANUARII A. D. MCMLX HABITA IN SECUNDA SYNODI SESSIONE

VIRTUTES DIGNITATI SACERDOTUM NECESSARIAE: CAPUT, COR ET LINGUA SACERDOTIS.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,

Ad vobiscum iterum colloquendum initium sumimus a Tridentini Concilii Actis : hoc est a capite, in quo *de reformatione* agitur[1] quod magno cum animi oblectamento, externo die, audivimus synodalibus Constitutionibus insertum, in capite tertio, quod inscribitur : « De clericorum ac religiosorum disciplina » ; gravia in eo praecepta habentur, quae ad doctrinam assequendam et ad recte moderandos mores pertinent, et quae Nobis, cum in sacro Seminario vitam ducebamus, iam perspecta erant, atque adhuc in memoriam veniunt : « Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assiduo instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam speculum reliqui oculos iniciunt, ex iisque sumunt quod imitentur.

CORPORIS HABITUS QUI SACERDOTEM ADDECET

Quamobrem sic decet omnino — quae verba « decet omnino » potius quam quoddam decus, necessitatem et praeceptum indicant — clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant. Levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem ».

Quibus Sacri Concilii Tridentini verbis haec monita adiciuntur : « Quo maiore, in Ecclesia Dei, utilitate et ornamento haec sunt, ita etiam diligentius sunt observanda ».[2]

[1] **Sess.** XXII, **can. 1.**
[2] ***Ibid.***

Hisce sententiis delineatur ac describitur perfecta imago veri Iesu Christi Sacerdotis, et quasi speculum eidem proponitur, in quod ipse intuens, aut delectamentum et solacium demisso animo sibi sumit, aut rubore perturbatiomeque afficitur. Ac revera talis moderatio vitae et morum, quae habitu, gestu, loquendique modo componitur, talis serena, grata, animosque alliciens agendi gravitas, religione pietateque perfusa, observantiam ac venerationem subito omnibus commovent. Quamobrem hanc pulcherrimam ornamentorum summam, quae magno Ecclesiae decori est, christifidelibus autem exemplo, omnes oportet diligenti studio sibi comparent, eaque semper eniteant.

Verumtamen hae exteriores dotes, de quibus diximus, et quas sacrorum omnes administri adipisci necesse est, qui Ecclesiae Dei inservire velint ad salutem omnium procurandam, per se nihil aliud sunt, nisi quaedam facies aedificii; etenim felix et consentaneus se habendi, conversandi, agendique modus tum solummodo salutarem vim elicit, cum veluti pretiosa vestis esse videtur quae absconditum thesaurum exornat earum virtutum, quas divina gratia alit atque fecundat, et quibus tota nititur ac solidatur sacerdotalis sanctitas.

IN QUO SACERDOTALIS SANCTITUDINIS NATURA ET VIS CONSISTAT

Ne gravemini, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, sed Nobis secundas praebeatis aures, qui praecipuas eiusmodi virtutes breviter attingere cupimus, humanae personae ac dignitati sacerdotum necessarias, ad mentis doctrinam quod attinet, ad castos animi affectus, et ad opportunum sermonis usum.

DE SACERDOTIS CAPITE SEU DE EIUS MENTIS DOCTRINA

Initium autem a mente facimus; quandoquidem *a capite* exordium. Etenim in mente insideant oportet et doctrina et rectum iudicium, quibus sacri Ecclesiae administri polleant necesse est.

Sed nemo doctrinam adipisci potest, nisi in disciplinarum studia incumbat. Harum igitur studium necessarium est; necessarium dicimus inde a iuvenilibus annis, cum sacerdotalis institutionis praecepta traduntur; necessarium, cum sacrum obitur munus; necessarium etiam usque ad postrema vitae tempora, cum gratior subit animum earum lucubrationum memoria, in quas florens incubuit aetas, et cum earum usus sapientiores et pretiosiores fructus edere solet.

Hodie, si umquam alias, ut omnino patet, sana animorum cultura sacri administri indigent. Qui ignorantia vel nimia mentis debilitate laborat, is ad sacerdotale capessendum munus promoveri nequit. Sacra Seminaria, Synodi, Concilia, Summorum Pontificum acta, itemque scripta a Ss. Patribus et a Theologis edita, ingenii exercitationem a sacerdotibus postulant ad adipiscendum doctrinae ornamentum. In disciplinarum igitur studia incumbere oportet; idque per omne vitae tempus, quandoquidem res novae semper pervestigationi nostrae proponuntur.

Magni tamen momenti est in seligendis disciplinis earumque libris debita uti prudentia cauteque agere. Etenim non omnia, quae typis eduntur, probata doctrina enitent; non omnia integram et illimem referunt Evangelicam veritatem, eiusque rectam interpretationem ab iis auctoribus datam, quorum magisterium tuta auctoritate pollet.

Hac recta institutione quilibet sacerdos, laude dignus, instruendis est, eamque fideliter exhibere debet ; nam eius agendi prudentia eiusque virtus hac ratione comprobatur.

Idque eo vel magis quod nimium succrescens hodie librorum ephemeridumque copia, ad disciplinas et ad res omnes quod attinet, id saepenumero efficit ut nonnullorum mentes a recto itinere aberrent, et ad rationes inconsultas amplectendas non sine discrimine alliciantur, quibus quidem ii facile moventur, qui, ducendae vitae experientia destituti, sibi nimis praefidentes sunt.

Cognitio Sacrorum Bibliorum Veteris et Novi Testamenti, Ss. Patrum ac perillustrium doctorum philosophiae et theologiae, inter quos princeps excellit S. Thomas Aquinas : scientia sacrae Liturgiae et modus eam ad effectum deducendi, quasi amoenissimus quidam hortus halantibus floribus et proceris arboribus consitus : ac demum intelligentia et usus legum universarum Codicis Iuris Canonici, qui ordini inservit sociali sive quod ad causas domesticas attinet, hoc est ad dioecesium administrationem, sive ad rationes cum hominibus ac rebus externis : tres veluti fontes sunt doctrinae, disciplinae et sanctificationis, quibus refecti optimi quique sacerdotes, mente alta et animo firmo insignes, veri nobilesque effecti sunt administri Ecclesiae et animarum. Nonne quivis vir ecclesiasticus, licet mediocri ingenio praeditus, hanc animi oblectationem potest affectare, quae divinae gratiae munere iis solet impertiri, qui, bona ducti voluntate, recto aluntur et roborantur mentis cultu, non tenuibus comparato subsidiis, sed ex operibus eximiis hausto, quae haec etiam aetas condere valet, aemulans, christiana cum humilitate et animorum vi,

egregia doctrinae monumenta maiorum, scilicet Patrum, Scriptorum, Doctorum Ecclesiae, quae per omnium saeculorum decursum numquam non fuit magistra veritatis?

S. Petrus in altera epistula sua de peculiari monet cautione in divinorum librorum studio adhibenda, hac usus sententia : *cui bene facitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris : hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit.*[3]

Hoc idem iudicium, quo ingenii fit quaedam temperantia et moderatio, omnes oportet ad cetera transferant studia, caventes, ne induci se sinant, ut singulares videantur et novi ; scilicet eo iudicio utantur oportet, quo fidem habeant Ecclesiae Sanctae docenti, cum mentes dirigit et corrigit errata.[4] Peropportune hic subeunt ea, quae scriptor quidam ecclesiasticus e recentioribus, perquam conspicuus et pastor animarum perdiligens, ad sacerdotes suos scripsit, sic eos de hoc periculo monens : « Eorum ratio, qui, ad theologiam quod pertinet, omnia in sua ipsorum ponunt cogitatione, haereticos parit; in re ascetica homines nutrit ac fovet, qui se fallunt; in canonicis vero disciplinis gignit indociles, hoc est eos, qui, a recto deerrantes itinere, nihil pro sua parte conferunt ad opera Dei x>.[5]

Gratias igitur benignissimo Deo agamus atque in veritatem rerum semper intueamur. *Lex supplicandi* luculenter testatur *legem credendi;* ius vero canonicum, eo quod *legem vivendi* tradit, summa est eaque praeclarissima et gravissima vitae christianae et sacerdotalis, pietatis impulsione actuosae.

DE SACERDOTIS CORDE SEU DE CASTIS EIUS ANIMI APPECTIBUS

Nunc vero, Venerabiles Fratres et filii dilectissimi, transire Nos iuvat ad animum seu, uti vulgo appellamus, ad *cor.* Cum sacerdos aliquis esse dicitur homo benignus et suavis, scilicet in quo animi sensus praeponderant, prima iam laudabilis significatur proprietas, a qua exordium ducit praeconium, cui multi homines conspirantes solent assentiri. Qua in re eo saepe progrediuntur, ut nimios quosdam mentis motus, qui minus recti sunt minusque opportuni, eidem ignoscant. Atque multum tribuitur sententiae, quae auctoritate viri litterati potius innititur quam philoso-

[3] ***2 Petr. 1,*** 19-20.

[4] **Cfr. Litt. Enc. *Humani generis; A. A. S.*** XXXXII, **pagg.** 561-578.

[5] **Card. Schuster.**

phi morumque praeceptoris, quaeque plurimum invaluit, scilicet saepe animi seu cordis proprias esse rationes, quas mens ignoret. Dignitas autem ministerii nostri impellit nos, ne levi haec aestimemus momento, nam etiam rationes cordis, quas diximus, studiose sunt considerandae et probandae aut corrigendae.

Animus seu cor sacerdotis amore oportet inflammetur, quemadmodum ingenium veritate ac doctrina debet refulgere. Iesu dicimus amorem, flagrantem, piissimum, vehementem, promptum et paratum ad mysticam illam cum Deo familiaritatem, qua gratissima eñicitur exercitatio pietatis sacerdotalis et precationis, sive publicae, quae nomine fit universalis Ecclesiae, sive privatae, cuius rationes opportuno consilio deligantur atque serventur ; cui precationi qui dedita opera vacet, oblectationem et alimoniam spiritus sapidam et validam capit. Hic est fons perennis, unde fortitudo et solacium rebus in artis, interdum in acerbi - tatibus vitae et ministerii sacerdotalis ac pastoralis, ubertim hauriuntur.

Amorem dicimus erga Ecclesiam et animas, maxime erga eas, quae nostris curis commissae sunt religiosissimo cum officii nostri onere et ratione ; erga animas, ad quemvis civium ordinem pertinentes, praesertim vero erga animas, peculiari studio nostro ac sollicitudine dignas, peccatorum, pauperum cuiusvis generis, eorum, qui numero comprehenduntur hominum, quibus opera misericordiae sunt impendenda. Cum quibus quidquid rationis habetur, a caritate evangelica oportet proficiscatur.

Quam praeclare haec dicta sunt a S. Petro : *Animas vestras casti ficantes, in oboedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligit e attentius.*[6] Quae quidem verba caritatem et fraternam voluntatum coniunctionem inducunt in purificationis opus, quod non modo animum, verum etiam corpus et carnem attingunt, siquidem omnes sumus *renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi et permanentis in aeternum.*[7]

Hunc post locum primae suae Epistulae, S. Petrus fugaci similitudinum et verborum traiectu rapit sensa mentis ad id perpendendum, quod singillatim sacerdotii nostri vitam pertingit. Haec autem sacerdotalis nostra vita impletur quidem et communitur caelesti gratia, quae angelos et sanctos caelites format et fingit, at minime a carnis temptationibus secura est, quae cotidianam permutationem et numquam relaxatas

[6] ***J Petr.* 1, 22.**

[7] ***IMd.* 1, 23.**

insidias animis, ad bonitatem proclivibus, parat. O quantum sollicitudinis animus amare cupiens et caro parere solent, ut integra a nobis serventur magna illa et sacrosancta promissa, quae sacerdotalis ordinationis die dedimus ! Tunc a nobis audita est vox : *Adhuc liberi estis,* et post aliquantulum silentii progressi sumus ad consecrationem vitae nostrae peragendam, quae in caelesti aula rata habita, in terris etiam coram Ecclesia et universa hominum societate obnuntiata est.

Etiam cor carneum est: cor et caro una simul iter facere debent. Audite, quid S. Petrus eodem suae Epistulae loco dicat : *Omnis caro foenum: et omnis gloria eius tamquam flos foeni. Eœaruit foenum, et flos eius decidit.*[8]

Venerabiles Fratres et dilecti filii, in ferendo onere pontificalium et pastoralium obligationum nostrarum praesidiis cumulamur Domini, qui indigno famulo suo abunde succurrit. Hortamur vos, ut animo Nostro haereatis et benedicatis Domino. Nostis, quid dies Nostros crebro et acerrime contristai? Gemitus est, qui e propinquo et e longinquo, a Romana scilicet Urbe et e variis orbis terrarum locis ad Nos pervenit, gemitus scilicet sacerdotum, quibus cor et caro simul terrestre iter percurrentia, etiam in parum evigilata perfunctione sacri muneris, magnum detrimentum attulerunt, atque coram Deo et Ecclesia et ante oculos fidelium dedecus itemque acutas et acerbissimas aegritudines pepererunt. Cumprimis moeremus, quod ad amissi sui decoris particulam reparandam, nonnulli, allucinationi cuidam indulgentes, putant Ecclesiam catholicam velle aut opportunum ducere ab ecclesiastici caelibatus lege desistere, quae per saeculorum decursum fuit et est sacerdotii praeclarum et nitidissimum ornamentum. |Sacri caelibatus nempe lex atque impendenda cura, ut ea diligenter servetur, in mentem semper reducunt memoranda gloriosaque certamina eorum temporum, quibus Ecclesia Dei ad aspera praelia vocata fuit et triplicem rettulit triumphum : nam hoc est insigne victoriae Ecclesiae Christi, conniti ut sit *libera, casta, universalis.* \

Ad praecavenda autem et refrenanda peccata, quae cordis illecebris contrahuntur, S. Petrus suum resumit eloquium, quod ad illud *flos foeni* abruptum est, et pergit instantius proferens invitamentum sacerdotibus suis, ut caritatem exerceant. Nam caritate se munire debent ut miseros casus a se arceant in quos sensuum debilitas inducit, quasi ad inexorabilem castigationem mali sermonis usus.

[8] *1 Petr.* 1, 24.

DE SACERDOTIS LINGUA SEU DE RECTO SERMONIS USU

Ad tertiam ita pervenimus alloquii Nostri partem in assequendo proposito, quod suscepimus, ut scilicet de sacerdotali nostra sanctificatione cura habeatur. O mira verba ! Ad omnes ea spectant, at singulari ratione sacerdotibus salutaria sunt. Agitur nunc non de cogitando aut de sentiendo, sed de eloquendo. Semper res ad doctrinam caritatis, ad caritatis mores pertinent. Verumtamen praecipue ea refertur ad proprietatem, quam homo a Deo sibi muneri datam accepit, sonanti voce ea caelo terrisque palam faciendi quae in penetralibus animi concepit.

In fine autem — ita S. Petrus Roma scribebat ad christifideles longinquae illius Asiae regionis, quam hodie Anatoliam appellant — *omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles; non reddentes malum pro malo nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere et dies videre bonos coerceat linguam suam a malo, et labia eius ne loquantur dolum; declinet a malo et faciat bonum, inquirat pacem et sequatur eam; quia oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala.*[9]

O Venerabiles Fratres et dilecti filii, ne concidant vestri animi propter ea quae modo dicturi sumus. In moderanda lingua plus minus, ut Nobis videtur, aliquantulum omnes ofïendimus; qui ecclesiasticus vir recte tacere noverit ac sermone uti suo tempore atque erga alios benigne, is revera magna sapientia et perfecta absolutaque sacerdotali virtute ornatum animum ostendit.

In praeclaro opere, quo Decessoris Nostri Pii XI imm. mem. intimi animi sensus patefiunt,[10] scriptum legimus, magnum illum Pontificem, qui tanta doctrina fuit praeditus ac dignitate gravitateque muneris sui penitus afficiebatur, adeo ab aliis temere iudicandis alienum fuisse, ut numquam loquendo proximorum famam offenderet, ac si forte aliquem obtrectantem audiret, licet cum eo familiariter colloqueretur, vel res in bonam partem acciperet, vel medium illico abrumperet sermonem. Ex cotidianae vitae usu discant omnes, serenae animi beatitati multo magis consuli posse, bonum in rebus perspiciendo studioseque considerando, quam, quod malum et vitiosum est, inquirendo ; idque vel animi levitate

[9] *1 Petr.* 3, 8-12.

[10] CARIO CONFALONIERI, *Pio XI visto da vicino.* Editr. S.E.I., Torino, cap. II, p. 105.

vel, quod peius est, malitia in lucem proferendo. S. Petri doctrina de hac re nobis probe comperta est. Paulus Apostolus multo etiam severius loquitur; ipsius tamen verba nunc afferre opus non est. At praesertim loquendi modo percellimur S. Iacobi, qui cum damna atque calamitates perscribit, quae effrenam sermonis licentiam contra veritatem et caritatem consequuntur, monita adhibet quam ceteri scriptores graviora. Locus eius Catholicae Epistulae, qui ad rem pertinet, dignus prorsus videtur, qui integer memoriae mandetur atque in domesticis ecclesiasticorum virorum parietibus insculpatur. Qui quidem locus, qui in Sacrarum Scripturarum editione, cura clarissimi Hetzenauer in lucem edita, capite tertio continetur, hisce verbis distinguitur : *De amditione docendi :* « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir : potest etiam freno circumducere totum corpus... Lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit ! Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quae maculât totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostrae, infiammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpemtium et caeterarum, domantur et domita sunt a natura humana : linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri... Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadLbilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiae in pace seminatur, facientibus pacem)).[1x] Verba magni sane momenti et quasi ignita haec sunt, quae cuiusvis aetatis et cuiusvis nationis sacerdotum alte insidant animis oportet.

Absit, Venerabiles Fratres et dilecti filii, ut quis putet eiusmodi apo-

" *Iac.* 3, 1-18.

stolica monita non iam ad nostra tempora, sed ad veneranda antiquitatis monumenta pertinere ; vel satis existimet, ut doctrina ibidem proposita consideretur tantummodo utpote fide dignum testimonium, quo nobis aetatis praeteritae acerbitates ac vitae difficultates referantur. At contra, si Ss. Patrum atque ecclesiasticorum scriptorum volumina persolvantur, colligi sane facile poterit, iterum iterumque per saeculorum decursum eiusdem veteris doctrinae resonuisse monitoriam vocem. Ceterum Romani cives S. Bernardi vocem satis cognitam et exploratam habere debent, quae quidem non modo ad edocendum de illius aetatis condicionibus, verum etiam ad omnium temporum sacerdotes commonendos plurimum valet. Nec vobis mirum videatur, si postremus Venetiarum Patriarcha, qui utpote « servus servorum Dei)) universae Ecclesiae regimini est praepositus, adhuc operum incliti decessoris sui S. Laurentii Iustiniani, in illa Patriarchali dignitate primi, consuetudinem servet, quae quidem opera illimi christiana sapientia sunt referta; atque adeo libenter oblatam sibi occasionem arripiat proponendi vobis ad meditandum quasdam breves sed pulcherrimas praeclari illius asceseos magistri sententias, quae rem nostram opportune attingunt, scilicet rectum vel improbandum sermonis usum.

In libro, qui inscribitur « De disciplina et perfectione monasticae conversationis », [12] postquam Epistulae Catholicae S. Iacobi Apostoli doctrinam exposuit, ita prosequitur : « Nihil ita incongruum homini Deo famulanti, et ad perfectionem tendenti reperitur, sicut effrenata lingua, nullo considerationis moderamine religata, quae omnem mentis unitatem dissipât et occidit. Ideo qui Deo vacare et inhaerere elegit, hanc regat, hanc refrenet, hanc sub rationis dominium subigere conetur. Est namque ianua per quam saepe diabolus ingreditur ad cor, et per quam patet omnis interioris hominis status. Ubi enim incomposita est lingua, ibi nil potest esse occultum. Haec si moderetur reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum, conscientia sincerum et cunctis amabilem. Nemo sapiens existimandus est, qui verborum suorum pondus non discernit. Priusquam proferantur, diligenter examinanda sunt verba : cum enim indiscussa emittantur, sine reprehensione esse vix possunt. Prout suggerit animus imprudens loquitur. Qui vero Deo placere cupit taciturnus erit. Non est aeternae sapientiae verus amator qui procaciter loquitur ».

Ac sententiam suam illustrando explicare pergit, aptis hortamentis

[12] **Pag. 89, 1. 47.**

extollens beneficia linguae, quam gemina in Deum et homines caritas inflammet. Itemque suavissimis verbis sententiarumque luminibus orationem suam distinguens, de Virgine Maria perbelle agit, quae, dum ab Angelo salutatur, in cogitatione defixa tacet; sed apud sanctam cognatam Elisabeth in illum hymnum « Magnificat » erumpit, et canora hae voce carmen, per saeculorum aetates concinendum, incohat in Christi Iesu Servatoris honorem, qui saeculorum est Rex immortalis et invisibilis.[13]

Fratres ac filii dilectissimi ! Quotiescumque pio colloquio de exercendis virtutibus deque divinae caritatis contemplatione agitur, mens quidem eorum, qui caelestia intellegere et sapere norunt, hic diutius morari cupit, quem ad modum Sanctus Benedictus eiusque pia soror Scholastica ad Montis Casini coenobium, ut traditur, experti sunt. Attamen haec pauca, quae nunc vobis, ut hesterno die, simplici alloquio diximus, ea communi omnium utilitati atque solatio satis esse putamus.

Quam ob rem liceat Nobis vota pro omnibus vobis suscipere, ut ex his, quae diximus, laetam capiatis voluptatem, quae, suave veluti obsonium cibarium panem singulariter condiens, Synodalium Constitutionum lectionem studiumque iucundo sapore delectet, in quibus perpendendis hi festivi gratique dies, horis praesertim matutinis, praeteribunt, quibus fraterno more Romani sacerdotes una simul congregantur.

Ut iam probe novistis, ex hortamentis Capituli, in vicesima et altera Sessione Tridentini Concilii exarati, cui index « De Reformatione » — in quo fundamenta veluti ponuntur colendae sacerdotum sanctitatis — tres potissimum locos excerpsimus, ad uniuscuiusque ecclesiastici viri atque ad omnium simul vitam proprietatesque attinentes : qui scilicet de capite, de corde, de lingua agebant.

Quae autem sive diximus, sive audivimus, sive Nobiscum consideravimus, ea magis perspicuam atque aestimabilem Nobis reddiderunt verborum vim et significationem, quae in Tridentini Concilii decretis inveniuntur, quaeque hic iterum proferimus veluti consiliorum Nostrorum summarium et caput : « Levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant : ut eorum actiones cunctis afferant venerationem ».

Haec prorsus est praecelsa christiani sacerdotii forma, hoc augustum sacerdotum propositum : ut scilicet tam absolutae virtutis exemplo, Christi lumine et imitatione, fidelium populo praeluceant, ut simul venerationem et amorem consequantur.

Ecce igitur vota ominaque Nostra : haec sane et in singulis et in omnibus vobis feliciter, Venerabiles Fratres et dilecti filii, nunc et in posterum, impleantur.

[13] Cfr. 1 *Tim.* 1, 17.

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS IN SECUNDA SYNODI SESSIONE

NEL SACERDOTE: LA TESTA, IL CUORE, LA LINGUA

Venerabili Fratelli e diletti figli.

La nota iniziale per questo secondo colloquio Ci viene offerta dagli Atti del Concilio di Trento, giusto del primo capitolo *de reformatione* della Sessione XXII. Sono punti di dottrina e indirizzi pratici di condotta che Ci sono familiari dagli anni del seminario, e che ancora riteniamo e ripetiamo a memoria. « Niente è più efficace ad incoraggiare la pietà e il culto di Dio nel popolo cristiano come la vita e l'esempio di coloro che si sono dedicati al ministero divino ». Per il fatto di essere sollevati dalle cure del secolo e posti in alto, i sacerdoti sono riguardati dagli occhi di tutti, e ricercati come motivo di edificazione e di esempio.

L'ASPETTO ESTERIORE DEL SACERDOTE DISTINTO

((Per questo *sic decet omnino* — questo *decet* ad ogni costo, più che convenienza, impone necessità e precetto — *clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum prae se ferant. Levia etiam delicta, quae in ipsis mamima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem* ».

Sono parole testuali del Concilio : a cui si aggiungono queste altre : *Quo maiore, in Ecclesia Dei, utilitate et ornamento haec sunt, ita etiam diligentius sunt observanda.*

Qui dunque è il ritratto fedele del vero sacerdote di Cristo, che viene fissato e delineato : è lo specchio in cui ciascun ecclesiastico è invitato a riguardare se stesso, a proprio umile compiacimento o a propria confusione. Ed in vero tale compostezza di vita e di costumi nel vestire decoroso, nel gesto, nell'incedere, nell'uso della parola, tale gravità serena ed attraente, gradevolmente soffusa di pietà religiosa, destano subito e d'incanto rispetto e venerazione. Questo complesso di belle qualità, a misura che reca edificazione e ornamento nella Chiesa del Signore, vuole essere conservato con diligenza, continuità e fervore.

Eppure sin qui non siamo ancora che alla facciata esteriore di un ec-

clesiastico che si rispetta e che promette di ben riuscire nel servizio della Santa Chiesa e delle anime. Questa apparenza felice del presentarsi e dell'agire in tanto vale in quanto è mantello prezioso del tesoro naturale o acquisito di virtù morali, che, fecondate e fiorite dalla grazia del Signore, costituiscono la sostanza viva della santità sacerdotale.

LA SOSTANZA VIVA DELLA SANTITÀ SACERDOTALE

Permetteteci, Venerabili Fratelli e figliuoli diletti, di accennare a qualcuna di queste virtù in riferimento a tre elementi caratteristici della persona umana e sacerdotale dignità, cioè, la testa, il cuore, la lingua.

LA TESTA

E cominciamo dalla testa: *a capite* innanzitutto.

È dalla testa che si misurano la dottrina, il giudizio, il buon giudizio dell'uomo di Chiesa, che è il sacerdote di Cristo.

La scienza suppone lo studio; e lo studio è necessario: dagli anni della preparazione sacerdotale, a quelli dell'esercizio del sacro ministero, sino agli ultimi della vita, quando si gustano meglio i ricordi delle studiose vigilie della giovinezza, e la loro applicazione diviene di anno in anno più saggia e più preziosa.

Oggi più che mai è evidente la necessità della buona coltura. L'ignorante, l'incapace non può, non deve essere ordinato sacerdote. Seminari, Sinodi, Concili, Costituzioni pontificie, dottrina dei Padri e dei teologi, esigono l'applicazione della testa, e con ciò lo splendore della dottrina. Studiare dunque bisogna e studiare tutta la vita. L'oggetto di sempre nuovi studi non mancherà mai.

È però ugualmente grave, nella scelta degli studi e dei libri, procedere con cautela: poiché non tutti sono buoni, non tutti sono perfetti in fatto di conformità alla pura dottrina del Vangelo, e degli interpreti più noti e sicuri dell'insegnamento cristiano.

Di questo insegnamento ogni bravo sacerdote deve poter rendere la testimonianza più fedele. Ed è in questo compito che si misura il buon giudizio ed il valore di ciascuno. La sovrabbondanza della produzione letteraria in ogni settore dello scibile umano diviene sovente tentazione di sbandamento intellettuale, di posizioni bizzarre e pericolose, verso le quali si corre da chi manca di esperienza, ed è portato facilmente, e presto, a confidare in se stesso.

La conoscenza dei Libri Sacri : Antico-Nuovo Testamento : dei Padri e dei grandi maestri della filosofìa e della teologia, principe P Aquinate : la scienza liturgica e la sua applicazione, vero giardino delizioso dai fiori e dagli alberi più profumati e maestosi : e in terzo luogo la conoscenza e la pratica della legislazione generale del Codice di Diritto Canonico posto a servizio dell'ordine sociale, così nell'interno, o nella amministrazione diocesana, come nei rapporti col mondo esterno, costituiscono le tre sorgenti di dottrina, di disciplina e di santificazione, da cui si sollevano le teste robuste e quadrate dei migliori sacerdoti, divenuti veri e nobili servitori della Santa Cihesa e delle anime. E vi è forse ecclesiastico, anche di modeste proporzioni intellettuali, che non possa aspirare a questa soddisfazione intima che la grazia del Signore assicura alle buone volontà nutrite e fortificate da bella coltura attinta, non a piccoli rigagnoli, ma alle opere robuste di cui anche l'età nostra è capace, in emulazione umile e coraggiosa delle grandi pubblicazioni del passato — Padri, scrittori e Dottori della Chiesa, sempre maestra di verità in tutti i secoli?

S. Pietro ammonisce nella sua seconda lettera circa lo speciale riguardo che vuoisi usare in materia di studi Biblici : *cui bene facitis attendentes* — son parole sue — *quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris : hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit.*[1]

Eguale criterio di giudizio in esercizio di sobrietà intellettuale sarà per tutti bene applicato anche per gli altri studi, messi in guardia dalla tentazione di parere originali e nuovissimi ; cioè criterio di fiducia nella Santa Chiesa docente allorché indirizza o corregge.[2] Torna ben a proposito quanto un recente scrittore ecclesiastico distintissimo, e insigne pastore di anime, scriveva ai suoi sacerdoti per metterli paternamente in guardia : « il soggettivismo personale in teologia fa degli eretici : in ascetica nutre degli illusi, e nelle discipline canoniche crea degli indisciplinati, quindi dei fuorviati dalla cooperazione alle opere di Dio)).[3]

E ringraziamo Iddio benedetto, e teniamoci sempre in faccia alla realtà. La *lex supplicandi* offre la sua luminosa testimonianza alla *lex*

[1] *2 Petr. 1,* 19-20.
[2] Cfr. Enciclica *Humani generis,* 12 agosto 1950; *A. A. S.* XXXXII, pagg. 561-578.
[3] Card. Schuster.

credendi : e il Diritto Canonico rappresenta a sua volta nella ***lex*** *vivendi* la sintesi più bella e più autorevole delia vita cristiana e sacerdotale santamente fattiva.

IL CUORE

Ed ora, dalla testa, Venerabili Fratelli e duetti figli, passiamo al cuore.

Quando è detto di un sacerdote : *è un uomo di cuore* : questa è la prima nota felice che inizia un elogio a cui di ordinario molta gente facilmente si unisce. E si unisce sovente a tal punto da perdonare anche qualche esuberanza di moti della testa meno aggiustati ed opportuni. Viene anche fatto molto credito a quanto fu scritto, con autorità più di letterato che di filosofo e moralista, ed è applicato largamente, che cioè sovente <(il cuore ha le sue ragioni che la ragione non conosce ». Ora la dignità del nostro ministero ci suggerisce di non prendere ciò alla leggera. Anche le ragioni del cuore vanno studiate e giustificate o corrette.

Il cuore di un sacerdote deve essere riempito di amore, come la testa deve essere splendente di verità e di dottrina. Amore di Gesù, ardente, piissimo, vibrante e aperto a tutte quelle effusioni di mistica intimità che rendono così attraente l'esercizio della pietà sacerdotale, della preghiera : così di quella ufficiale della Chiesa universale, come di quella dalle forme private bene scelte e seguite, ed a cui il potersi abbandonare è delizia e nutrimento saporoso e solido dello spirito ; è sorgente perenne di coraggio, di conforto fra le difficoltà, talora fra le asprezze della vita e del ministero sacerdotale e pastorale.

Amore della Santa Chiesa e delle anime, specie di quelle añídate alle nostre cure ed alle nostre più sacre responsabilità : anime appartenenti a tutti i ceti sociali ; ma, con particolare interesse e sollecitudine, anime di peccatori, di poveri di ogni specie, di quanti ricorrono sotto la enumerazione delle opere della misericordia, recando nel tutto insieme dei rapporti la ispirazione della carità evangelica.

Che belle espressioni queste di S. Pietro : *Animas vestras castificantes, in oboedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligentes attentius.**

La carità e la fraternità poste in gara collo studio della purificazione non solo dell'anima, ma anche del corpo, e della carne, « rigenerati come

siamo non da seme corruttibile, ma incorruttibile per virtù della parola di Dio vivo, che dura in eterno ».[5]

Arrivato a questo punto della sua, non seconda, ma prima Lettera, S. Pietro ci introduce con un passaggio rapido di immagini e di parole ad un richiamo che tocca da vicino la realtà della nostra vita sacerdotale, riempita sì e fortificata dalla grazia che crea gli angeli e i santi, ma non immunizzata dalle tentazioni della carne, che rappresentano un pericolo quotidiano, un inganno continuato, teso sovente alla bontà del cuore. Ah ! cuore e carne, che preoccupazione per la nostra fedeltà ai grandi e santissimi impegni assunti nella nostra ordinazione sacerdotale, da quel giorno in cui ci sentimmo dire innanzi all'altare : *Adhuc liberi estis;* e dopo un minuto di silenzio facemmo il nostro passo avanti per una consacrazione della nostra vita registrata nei cieli, e anche quaggiù proclamata in faccia a tutta la Chiesa e al mondo intero !

Anche il cuore è di carne, e cuore e carne devono fare il viaggio insieme. Sentite San Pietro che cosa dice a questo stesso punto della sua Lettera : *Omnis caro ut foenum : et omnis gloria eius tamquam flos foeni. Exaruit foenum, et flos eius decidit.*[6]

« Ogni carne è come erba, e ogni suo splendore è come il fiore dell'erba : l'erba seccò e il fiore dell'erba cadde ».

Diletti Fratelli e figli : questo nostro carico di sacre responsabilità pontificali e pastorali è confortato da molte grazie del Signore che soccorre alla Nostra indegnità. Vi invitiamo ad unirvi al Nostro spirito nel benedire il Signore. Ma sapete che cosa affligge di tratto in tratto più vivamente le Nostre giornate? È il gemito, vicino o lontano, — e non tanto da Roma adunque, ma dai punti più vari della terra — che arriva sin qui, il gemito di anime sacerdotali a cui la compagnia del cuore e della carne nel viaggio della vita, e persino nell'esercizio poco vigilato del sacro ministero, ha recato grande pregiudizio, in faccia a Dio, e in faccia alla Chiesa ed alle anime, grande disonore e grandissime e amarissime pene. Soprattutto Ci accora che per salvare qualche lembo della propria dignità perduta si possa da qualcuno vaneggiare circa la volontà o la convenienza per la Chiesa Cattolica di rinunziare a ciò che per secoli e secoli fu e rimane una delle glorie più nobili e più pure del suo sacerdozio. La legge del celibato ecclesiastico e la cura di farla prevalere resta sempre un richiamo alle battaglie di tempi eroici,

[5] *1 Petr.* 1, 23.
[6] *ibid.* 1, 24.

quando la Chiesa di Cristo dovette battersi, e riuscì, al successo del suo trinomio glorioso, che è sempre emblema di vittoria : *Chiesa di Cristo, libera, casta e cattolica.*

A prevenire le debolezze del cuore, ad arrestarle, a correggerne le nefaste conseguenze, San Pietro riprende la parola che aveva sospesa davanti al fiore dell'erba, al *flos foeni,* presto disseccato, e la continua in tono di insistente invito al cuore dei suoi sacerdoti all'esercizio della carità, quasi come a garanzia di preservazione dalle gravi cadute a cui la fiacchezza dei sensi conduce come ad inesorabile castigo per il cattivo uso della lingua.

LA LINGUA

Ed eccoci così al terzo punto di osservazione che Ci proponemmo di toccare in riferimento all'impegno della nostra santificazione sacerdotale.

Oh ! che parole. Oh ! che insegnamento a tutti, ma al clero particolarmente.

Trattasi, dunque, non più della testa, o del cuore, ma della lingua. Siamo sempre nella dottrina o nell'ordine della carità : ma con speciale riferimento al dono fatto da Dio all'uomo di trasmettere al cielo ed alla terra in voce risonante ciò che è interiorità dello spirito.

« Siate concordi — scriveva San Pietro da Roma ai lontani fedeli dell'Asia Minore antica che è l'Anatolia presente — siate tutti concordi, compassionevoli, amanti dei fratelli, misericordiosi, modesti, umili : non rendete male per male, nè maledizione per maledizione : invece benedite, perchè a questo siete stati chiamati, cioè a possedere in eredità la benedizione. Chi ama la vita e vuol godere giorni felici, raffreni la sua lingua dal male, e le sue labbra non dicano menzogne. Fugga il male e faccia il bene ; cerchi la pace e le vada dietro perchè gli occhi del Signore sono rivolti sopra i giusti e le sue orecchie sono attente alle loro preghiere. La faccia del Signore però sta contro coloro che fanno il male».[7]

Ah! Fratelli e figliuoli: non vi sgomenti ciò che stiamo per dire. Abbiamo l'impressione che, sul punto del governo della lingua, più o meno pecchiamo un po' tutti: e che il saper tacere e il saper parlare a tempo e bene sia un segno di grande sapienza e di grande perfezione sacerdotale.

[7] *1 Petr.* 3, 8-12.

In un bel volume, che rivela le intimità spirituali del Nostro grande Predecessore Pio XI di gloriosa memoria,[8] è detto che egli, benché fosse così dotto, così compreso della sua dignità e responsabilità, era ad un tempo così riservato nei giudizi, da non dire mai male di alcuno, e quando gli avvenisse di sentirne dire da altri, anche in intimità di conversazione, volgesse tutto in interpretazione benigna, o arrestasse senz'altro l'argomento.

La lunga pratica della vita insegni a tutti che per la felicità del nostro spirito giova assai più scorgere nelle cose il bene e soffermarcìsi, che cercare il male ed il difettoso, e sottolinearlo con leggerezza, peggio poi se con malizia.

Conosciamo a questo riguardo l'insegnamento di San Pietro. L'Apostolo Paolo è anche più forte : nè occorre citarlo qui. Soprattutto è energico il linguaggio di S. Giacomo, che nel descrivere le miserie ed i danni del troppo parlare contro la verità e contro la carità, supera ogni confronto. Il testo della sua *epistola catholica* meriterebbe di essere appreso su questo punto a memoria e inciso sulle pareti delle dimore degli ecclesiastici. Nella edizione Hetzenauer al cap. III è stampata col sottotitolo *De ambitione docendi.*

((Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir : potest etiam freno circumducere totum corpus... Lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam sil vam incendit ! Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quae maculât totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostrae, infiammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpenti um et caeterorum domantur, et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare postet, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus omnes, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri... Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris; nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et conten-

[8] CARLO CONFALONIERI, *Pio XI visto da vicino.* **Editr.** SAIE, **Torino, Cap. II, p. 105.**

tio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiae in pace seminatur, facientibus pacem ».[9]

Parole gravi e roventi: motivo perenne di meditazione per l'ecclesiastico di ogni paese e di ogni tempo. E perchè non crediate, Venerabili Fratelli e diletti figliuoli, che queste ammonizioni apostoliche appartengano oggimai all'archeologia, e la dottrina in esse contenuta basti contemplarla come una testimonianza delle asprezze e delle difficoltà della vita passata, vi diremo che lungo i secoli successivi, sovente, nella letteratura dei Padri e dei dottori accade di ascoltare gli stessi richiami all'antico insegnamento. La voce di S. Bernardo è abbastanza nota a noi di Roma, non solo dal punto di vista della storia di quei suoi tempi, ma anche come ammonimento opportuno per tutti gli ecclesiastici di ogni epoca. Voi non troverete fuor di proposito che il più recente Patriarca di Venezia, trasferito come « servo dei servi del Signore » al governo della Chiesa universale, resti ancora familiare ai volumi, densi di purissima dottrina ascetica, del suo glorioso antecessore S. Lorenzo Giustiniani, il primo di questo titolo : e colga l'occasione di riferirvi alcuni brevi e vivaci pensieri di quel grande maestro di spirito sullo stesso argomento dell'uso della lingua, benedicente o malefica.

Nel suo libro *De disciplina et perfectione monasticae conversationis,*[10] dopo avere riferito alla lettera la dottrina di San Giacomo nella sua *Epistola Catholica,* così continua per conto suo :

« Nihil ita incongruum homini Deo famulanti, et ad perfectionem tendenti reperitur, sicut effrenata lingua, nullo considerationis moderamine religata, quae omnem mentis unitatem dissipât et occidit. Ideo qui Deo vacare et inhaerere elegit, hanc regat hanc refrenet, hanc sub rationis dominium subigere conetur. Est namque ianua per quam saepe diabolus ingreditur ad cor, et per quam patet omnis interioris hominis status. Ubi enim incomposita est lingua, ibi nil potest esse occultum. Haec si moderetur reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum, conscientia sincerum et cunctis amabilem. Nemo sapiens extimandus est, qui verborum suorum pondus non discernit. Priusquam proferantur, diligenter examinanda sunt verba : cum enim indiscussa emit-

[9] *Tac. S,* 1-18.
[10] Pag. 89, 1, 47.

tantur, sine reprehensione esse vix possunt. Prout suggerit animus imprudens loquitur. Qui vero Dei placere cupit taciturnus erit. Non est aeternae sapientiae verus amator qui procaciter loquitur ».

E procede ancora illustrando il suo pensiero, con richiami bellissimi in esaltazione della lingua quando sia infiammata da un cuore ardente di amore di Dio e degli uomini. Coglie poi immagini e accenti deliziosi toccando del silenzio pensoso di Maria innanzi al saluto dell'Angelo, tramutato poco dopo nello scoppio del *Magnificat* presso la sua santa cugina Elisabetta, come a dare la nota iniziale al canto dei secoli, intorno a Gesù, che dei secoli è il Salvatore e il Re glorioso ed immortale.

Fratelli e figliuoli dilettisimi. Quando un colloquio si avvia su motivi di carattere religioso e ascetico, l'anima di chi ben intende e sa gustare le cose celesti vorrebbe trattenersi più a lungo, come accadde di S. Benedetto e della sua sorella Scolastica presso lo speco di Montecassino. Ma, anche per oggi come ieri, le semplici cose dettevi bastano alla comune edificazione ed all'incoraggiamento per tutti.

Ci è permesso augurarvi che esse possano incontrare il vostro gusto come un companatico che dia un suo speciale sapore alla manducazione del grosso pane delle Costituzioni Sinodali, che occupa prevalentemente le ore mattutine di queste belle giornate di festosa e di cara fraternità sacerdotale.

Dal richiamo del Capitolo *De Reformatione* della Sessione XXII del Concilio di Trento, che indica gli elementi principali per lo studio della santificazione sacerdotale, abbiamo scelto tre punti o tre aspetti della persona e della vita di ciascuno ecclesiastico e di tutti insieme : la testa, il cuore, la lingua.

Quanto Ci venne fatto di dire, di ascoltare, di riflettere, Ci ha condotto a meglio apprezzare la sostanza delle parole del Tridentino : *Levia etiam delicta quae in ipsis maxima essent, effugiant : ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.* Questa è la sublime idealità del sacerdozio cristiano : suscitare nel popolo, alla luce di Cristo, edificazione e venerazione.

Così sia davvero per ciascuno e per tutti voi, miei diletti Fratelli e figliuoli, ora e sempre.

III

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO DIE XXVII IANUARII A. D. MCMLX HABITA IN TERTIA SYNODI SESSIONE

SACERDOS ET PASTOR

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,

Catholicus sacerdos hoc sibi peculiare habet, ut in pastorale munus obeundum incumbat. Quilibet sacrorum administer, ut probe nostis, christianus est, sed non solummodo christianus ; recte enim ei haec sententia tribuitur : *christianus sibi; sacerdos aliis.*

Non ii tantum, qui sacerdotali dignitate fruuntur, ut patet omnibus, ad sanctitatem adipiscendam vocantur. Etenim etiam e laicorum ordine non pauci lectissimi viri ac mulieres habentur, qui divina gratia enutriti, etsi per commune vitae iter gradiuntur, ob eximiam tamen excelsamque virtutem, admiratione, imitatione venerationeque a populo honorati sunt, et ab Ecclesia ut sancti caelites probati et conclamati.

In sacerdotalem autem ordinem nemo cooptari potest, qui peculiari supernoque instinctu ad hoc munus vocatus non sit, et ad extraordinarium suscipiendum Dei mandatum, qui suis electis edicit : ((Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech ».[1] Apostolus Paulus in sua ad Hebraeos epistula eloquio incomparabili ad miram celsitudinem novum sacerdotium extollit, Iesu Christi nempe sacerdotium, cuius virtus et dignitas quodam modo impertiuntur sacro administro, cui haec verba tribuuntur : « Ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis)).[2]

Ut aeternam hominibus procuraret salutem Dei Verbum « caro factum est » ;[3] atque idem Dei Filius praefinito tempore a Patre « cum hominibus conversatus est ».[4] Ut suam autem misericordiam ob innumeras miserias nostras magis nobis ostenderet, « et ipse circumdatus est infirmi-

[1] *Ps.* 109, 5.
[2] *Hebr.* 5, 1.
[3] *Io,* 1, 14.
[4] *Bar.* 3, 38.

tale»[5] omnibusque miseriis nostris absque peccato.[6] Atque caelestis doctrinae magister non modo exsistens, sed incomparabilis etiam patientiae in acerrimis vitae doloribus tolerandis, crucis patibulum libens ascendit; unde semet ipsum Divino Patri holocaustum obtulit, nosque suae gratiae heredes constituit, ut suis ipsius vestigiis insistentes, nos quoque *pro peccatis et ad redemptionem totius mundi* offerremus nosmet ipsos quasi sacrificium ad salutiferum suum consummandum opus.[7]

Sacerdotes igitur cum primi electi sint heredes Iesu Christi gratiae, magisterii ac sacrificii, hodie quoque, post fere duo milia annorum, impertitis muneribus honoribus ac privilegiis, omne per aevum perpetuandis, utuntur. Quamobrem celsissimi huius honoris et beneficii perennitate nos quoque fruimur; reclinata igitur ad humum usque fronte, immortales Deo grates agamus.

Ac praeterea intento consideremus animo, Iesum Christum, Divinum Magistrum, cum mortalis suae vitae aequalibus traderet praecepta, imaginibus usufn esse simplicibus quidem, sed audientium mentes allicientifous; et cum hoc modo loqueretur, divinos eius oculos, saeculorum cursum praeter gr edientes, ad futuram etiam Ecclesiam et ad universos populos, ad Regnum nempe suum, quod ex hac occidua aetate ad aeternitatem usque protenditur, procul dubio conversos esse. Haec autem imagines hisce verbis veluti effmgebantur: *Ego sum vitis, vos palmites — Ego sum panis vitae — Ego sum via, veritas et vita — Ego sum lux mundi — Ego sum ostium ovium.*[8]

Harum autem imaginum series hac sententia veluti concluditur, quae pulcherrima omnium videtur, et quae ad eos peculiari modo pertinet, qui ad sanctissimum Redemptionis opus persequendum destinati sunt. Haec imago, quam sibi tribuit, hisce verbis exprimitur: *Ego sum Pastor bonus.*

Animadvertendum autem est has duas imagines, quae verbis enuntiantur: *Ego sum ostium ovium,* et *Ego sum Pastor bonus* inter se consociari, atque alteram quasi pari gradu consequi alteram in sermone Iesu; qui bis profert: *Ego sum ostium,* atque bis itidem: *Ego sum Pastor ovium;*[9] ita quidem ut videatur altera mutua quadam ratione alteri respondere.

Quae peculiaris nota Ioannem, familiarissimum eius, minime fugit.

[5] *Hebr.* 5,2.

[6] Cfr. *Ibid.* 4, 15.

[7] Cfr. *Col.* 1, 24.

[8] *Io.* 15, 5; 6, 35; 14, 6; 8, 12; 10, 7.

[9] *Io.* 10, 7-9; 10, 11-14.

Ostium, ut ipse scribit, aperitur et clauditur ovibus, quarum ingressui et exitui pastor invigilat et moderatur.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii! Nonne mysterium sacerdotalis muneris nostri hic declaratur? Nonne luce, quae a Divino manat Pastore, vultus cuiusque iuvenis levitae inaugurati perfunditur," cum ab altari, ubi Sacrae Ordinationis Sacramento donatus est, exsurgit, vitae suae viam ingressurus quasi sub oculis Iesu Christi, qui ad ovium stat ostium, quo oves intrant et egrediuntur, eius nutui obtemperantes?

DE CLERO ROMANO AC DE VARIIS MUNERIBUS IPSI COMMISSIS

Nonne tu levita, fortasse humilium ac tenuium sed honoratorum parentum filius, nutui Iesu obsecutus, qui animum tuum permovit cum forte innocenti floreres aetatula, et ad sacram capessendam militiam te vocavit, sacerdos factus es? Nonne propterea, ut Iesu totus adhaereres et cum eo consociareris ad perficiendam propagationem spiritualis regni ipsius in terra? Quid ergo contigit tibi? Quomodo evenit, ut post prima sacerdotalis vitae experimenta alio mentem converteres quam ad salvandas animas, ad peculiare ministerium, propter quod sacerdotium est institutum, scilicet ideo conditum, ut pastoralis cura animis directo adhiberetur, regimen obiretur animarum?

Hic iam gravis exsistit quaestio ad clerum pertinens Romanum. Ecclesia catholica est veluti «castrorum acies ordinata»,[10] ut regnum Dei quoquoversus propaget. Sacerdotium igitur variis gradibus ordinis ecclesiastici dispositum est, eo scilicet modo ut levitam presbyteratu recens initiatum ascendendo subsequatur adiutor sacrorum, hunc vero parochus, hunc Episcopus, et Romae, pro universali Ecclesia constitutus, Summus Pontifex. Res ita per gradus in Urbe compositae sunt quemadmodum omnibus locis, idque ad clerum saecularem pertinet ac regularem.

En quae reapse contingunt : eo quod Roma honore Urbis principis ac primariae fruitur, quatenus eo, ut ad sedem Summi Pontificis, nominis christiani Magistri Maximi, et moderationis universalis, totus refertur orbis terrarum, necessario varia ibi instituta coetusque ad operam disposite et egregie exsequendam condita sunt et habentur ; quae instituta plures sacerdotes ac multiplices vires eorundem vindicant sibi atque a ministerio pastorali, quod vere proprieque dicitur, non pauca abstrahunt auxilia. Alliciunt sane multos munera ita abstrahentia atque saepe eos inducunt, ut communionem actionemque sacerdotalem, quibus animae

" *Cani.* **6,** *S.*

directo attingantur, et actionem minus proximam, qua Ecclesiae Sanctae deserviatur, inter se conentur componere; quae altera actio fit aut ecclesiasticam administrationem exercendo, bene, Deo donante, digestam, aut varia obeundo munera, quae quidem magni sunt ponderis, tamen, cum sacerdotem saeculo implicent, periculum inferunt, ne ardor et exercitatio studii pastoralis defervescant atque adeo certo et proximo fini, qui catholico sacerdotio propositus est, officiatur.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii : iam ergo gravem rerum veritatem contueamur. In Urbe Roma vicies centena fere milia animarum recensentur, quibus ducenti viginti sacerdotes saeculares ac trecenti septuaginta religiosi, hoc est, si universi numerantur, quingenti nonaginta, spiritualem curam pro munere impendunt; scilicet unus sacerdos pro ternis milibus fidelium et trecenis est constitutus.

Studii exercendi vel officii alicuius gerendi causa alii quoque sacerdotes Romae degunt, ac multi sane, qui omnes ad pastorale ministerium in animarum utilitatem directo exercendum vocati sunt.

Ecclesia vero, ut incrementis augeatur, ut Romae suo regimini consulat, ut prosperos assequatur eventus, altioribus bonis inservientes et in toto terrarum orbe efficiendos, multiplici sacerdotum indiget numero, praeter ipsos Sacramentorum ministros. Ecclesia magno momento aestimare debet officium, quo — *ore et calamo* — traditur et impertitur caritas, imprimis caritas eaque vehemens, apostolica, latissime patens, secundum varias hodiernae vitae condiciones et praeceptum Dominicum : « euntes docete omnes gentes »,[11] eandem spem multam oportet possit habere repositam in variis familiis religiosis, quae cum clero saeculari operam socient, in omnibus familiis religiosis, antiquitus vel recentiore aetate constitutis, sive virorum aut mulierum, sive caelestium rerum contemplationi deditis aut vitae actioni. Verumtamen universa haec, quae diximus, et alia plurima, quae iis addi possunt uberiusque explicari, traduci debent et converti ad fervidum ardorem vitae et studii pastoralis atque ad perutilem auxiliatricem operam curae animarum praebendam, quarum salus efficit, ut mysterium Incarnationis Verbi, Evangelium, Crux Christi, Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum, quo *Nobiscum Deus,* clara refulgeant luce, vi et significatione polleant, ac veluti triumphi ornentur honore.

Haec est enim Christi Ecclesia : hic vultus eius verus ac splendidissimo est; haec eius laus praecipua.

[11] ***Matth.* 28, 19.**

Hinc facile eruitur actionem pastoralem *directam* et *indirectam* natura ipsa sua distingui, quamvis eaedem actiones adiutricem sibi invicem ac veram propriamque operam praestare debeant sacro provehendo ministerio.

Contingit tamen — iis non modo qui iuventute adhuc fruuntur, sed iis etiam qui provecta sunt aetate — idcirco quod natura nostra humana est, non autem angelica, ideoque non est *sicut flamma ignis* semper parata ad Dei praeceptis obtemperandum, contingit dicimus ut inter ministerium directum et indirectum et adiutricem invicem praestandam operam, plures ad ministerium indirectum potius quam ad directum se dedant, atque prius minorem vim habeat, utraque vero pedetemptim langueséant. Necesse igitur est ut nos singuli universi ea magis existimemus, quae magis coram Deo valeant ad praesentis vitae nostrae bonum procurandum et ad futuram felicitatem *in aeternum* assequenda.

Nos sacerdotes Excelsi omnes homines sumus, quos Deus singularibus privilegiis exornavit ; attamen, donec Dominus permiserit nos hic degere suae addictos gloriae, sanctae Ecclesiae et christiano populo inservientes, monitum illud nobis tribuendum habemus *omnis caro foenum*,[12] de quo heri Beatissimus Petrus, primus Eomanus Episcopus et Pastor universalis Ecclesiae locutus est.

Nobiscum considerantes magni pretii utilitates pastoralis muneris, sive directi, sive indirecti, quod Romae sacerdotes obire debent, incitamentum inde sumere rei consentaneum est, ut eligamus quod potius est et omnia probe recteque aestimemus.

Fortasse hoc suggessit antiquis Patriarchalis Vaticanae Basilicae magistris caerimoniarum decernere ut in sacro ritu, quo novus Summus Pontifex triplici diademate redimatur, comburenda stuppa adhibeatur, quae « foenum » illud significanter in memoriam refert, de quo Apostolorum Princeps in sua epistula scribit.

Certo, quotiescumque de oboedientia non agitur sacerdotum praepositis praestanda, vel de nostra voluntate divino nutu conformanda, quam facile possunt sacrorum administri decipi, ad vitam pastoralem sive directam sive indirectam quod attinet, in secernenda falsa specie a veritate !

Cum simplici et familiari sermone vos alloquamur, dilectissimi sacerdotes, qui in Romano episcopali munere explendo Nobis adiutricem operam navatis, liceat Nobis, ut intentos animos vestros oratione Nostra

[12] *1 Petr.* 1, 24.

aliquando sublevemus, tres eventus memorare, qui in Vaticana Patriarchali Basilica vehementer animum Nostrum perculerunt.

Primus accidit vespere quodam mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinto, cum in Petriana Basilica sacer Beatificationis ritus celebraretur. Templum rutilabat splendoribus ; nobiles primores et multitudo hominum ovans et laetissima adstabant; in celsae absidis curvamine, ubi est « Berniniana gloria » nitebat imago Beati Ioannis Baptistae Vianney, Arsiensis Curionis, macilento ore, vividis oculis caelestis felicitatis visione raptis, qui paulo post in Sanctorum album relatus est. Mirum eiusmodi spectaculum Nobis, sacerdotali potestate recens auctis ostendit, quid in sacerdotali vita certo valeret, quid maximum haberet momentum : neque umquam id a memoria nostra excidit.

Pluries oppidum, quod vulgo Ars appellatur, invisimus veneraturi mortales exuvias spectatissimi illius sanctitatis heròis, cuius aliquot ante mensibus pastorales virtutes Nosmet ipsi in christiani orbis pietatis exemplum laudibus extollere gavisi sumus per Encyclicas editas Litteras, quibus initium « Sacerdotii Nostri primordia ».

Alter eventus contigit die nono mensis Augusti anno millesimo nongentesimo tertio : in Petriana Basilica novus Summus Antistes Pius X, triplici diademate redimendus erat. Cum sollemnis pontificalis pompa procederet, extemplo singulari modo commoti fuimus, utpote qui antea conspicere soleremus raros in Templum ingressus Leonis XIII Summi Pontificis, qui, plusquam nonaginta annos natus, devexae aetati obnitens, ad salutandum ovantem populum eique bene precandum se erigebat.

Iosephus Sarto, qui a Tarvisino agro proficiscebatur, demisso animo, cogitabundo vultus aspectu erat. Certo momento temporis pompa constitit, ac ter resonante voce Praelati ter stuppam urentis et haec verba proferentis : *sic transit gloria mundi,* conspexerunt omnes grave et maestum caput Summi Pontificis flecti, quasi nutans diceret : haec est grandis et austera Summi Pontificatus dignitas; magnificentia et externi honores parum valent. Quod interest, iter est boni pastoris, qui, post se linquens Tombulum, Saltianum, Tarvisium, Mantuani, Venetias, huc pervenit, ut maiores et anxiores caperet curas in custodia gregis gerenda, in animis, quos Christus Sanguine suo redeunt, nullo intermisso labore exquirendis.

Tertium, quod Nos vehementer commovit, contigit die quarto Novembris, duobus fere ante annis, cum humilis sacerdos et ipse olim agrorum alumnus, a Patriarchali Venetiarum sede, ubi in locum Sancti Pii X

suffectus erat, suam vidit quasi transformatam figuram inter religiosi obsequii et ovantis multitudinis coruscationes et plausus. In illo exundanti animorum fervore etiam tunc stetit pompa, ut erigeretur calamus et implicita ei stuppa crepitans, prout sacer poscit ritus, combureretur.

Cum triplex resonaret monitum : *Pater sancte, sic transit gloria ninnai,* numquam tam vivide et sincere aeque ac tunc ipse sensit exignitatem suam, quae sine merito evehebatur.

Fatemur vobis, Fratres et filii dilectissimi, animum Nostrum placidam quietem iterum cepisse, cum pompa ad laevam se flexit et ad cenotaphium Pii VII — quasnam res gestas in mentem redigebat, quaenam animo insinuabat praecepta hoc visum ! — aliquantulum constitit. Hoc sivit Nos prope conspicere altare Sancti Gregorii Magni, quocum ecclesiastico scriptore a iuvenilibus annis familiaritate quadam utimur, eumque singulari pietatis studio colimus.

Aliquid inopinatum sensimus, quod serenitatem Nobis attulit. Cum enim ad sepulcrum Sancti Petri, Apostolorum Principis, accederemus, animadvertimus sane aliquid, quod solatii plenum erat. Videbatur Nobis a Beatissimo Petro mitti, ut Nobis obviam iret et animum erigerei, unus ex perillustribus eius in Romana Cathedra successoribus, nempe Sanctus Gregorius Magnus. Hic Romanus Pontifex (590-604), qui inter Antistites magna virtute praeditos prorsus eminet, in vita quam gessit, in disciplina quam tradidit, eo contendit, ut natura sacra pastoralis ministerii omni sacerdoti Ecclesiae Dei prestantissima excelleret : idem enim *sive directe sive indirecte* participant, mera et sincera et fideli ratione, omnes sacerdotes Urbis, quin etiam et Orbis.

Catholicus clerus saeculi sexti Gregorio primo Pontifici Maximo acceptum refert Codicem pastoralis regiminis, qui post Christi Evangelium et Apostolorum Epistulas praecipuum obtinet pretium, ad animos sacerdotum sanctos efficiendos et ad fideles in evangelica via virtutum moderandos aptissimum.

De opere agitur, cui index *Regula Pastoralis S. Gregorii Magni,*[ri] quod parvae quidem molis est, sed famam et opinionem assecutum est clarissimam apud cuiusvis temporis ecclesiasticos viros. Huius voluminis consuetudine iam fere abhinc quinquaginta annos utimur, atque eius lectio in omnibus vitae adiunctis semper Nobis oblectamentum suavissimum comparat. In eo praecepta traduntur, quibus Episcopi et sacerdotes universi addiscant *qualiter vivant et qualiter doceant;* immo veluti sa-

[ri] *Migne,* **PL, 77, 13-128.**

cerdotalis perfectionis summa haberi potest a magno illo sanctoque Pontifice proposita, a qua clerus omnis utilissimas sumat cogitandi et agendi normas. Ingens illud instaurandae ecclesiasticae disciplinae opus, quod Ecclesia, Regum Carlovingorum aetate, suscepit, sane postulabat, ut quo tempore novis institutis ordinabatur civitatis status, ac postea quoque, non solum novae promulgarentur canonicae leges, non solum Liturgici Libri opportune recogniti ederentur atque emendata Sacrarum Scripturarum appararetur editio — quod quidem opera Alcuini peractum est — sed praesertim ut novae inirentur apostolatus rationes, ac multo magis rectae impertirentur normae de pastorali regimine animarum obeundo ac de spirituali institutione iisdem tradenda ; id autem, in commodum populorum totius Occidentis, iam praestiterat S. Gregorius Magnus, qui Francorum clero tutum praemuniverat iter ad Ecclesiam stabiliter instaurandam. Post tot exacta saecula, adhuc nostra aetate resonat magni illius Pontificis vox, quae saluberrimis monitis tanti illius magisterii tantique exempli nos edocere non intermittit. Quam ad rem meminisse iuvat Decessorem Nostrum imm. recordationis S. Pium X, vix inito Pontificatu, cum decimum tertium celebraretur expletum saeculum a S. Gregorii Magni obitu, anno millesimo nongentesimo quarto, per admirandas Encyclicas Litteras « Iucunda sane » magnis laudibus commendasse lectionem « Eegulae Pastoralis », quandoquidem ibi « ad Cleri salubrem institutionem et ad sacrorum Antistitum regimen normae traduntur, non iis modo temporibus, sed etiam nostris aptissimae».[14]

Ad Ss. Patres Ecclesiae ritus Orientalis quod attinet, inter id genus scripta recensentur *II Oratio S. Gregorii Nazianzeni*[15] et liber, cui index *De Sacerdotio,* auctore S. Ioanne Chrysostomo exaratus[16] o quam perplacet Nobis hodie huius sancti caelitis memoriam, in ipsius festo, recolere ! — : quae quidem opera digna sane videntur, quae cum S. Gregorii Magni volumine, de quo diximus, comparentur.

Gemini hi praeclari Orientalis ritus Ecclesiae Doctores, cuius exuviae ad duo altaria Vaticanae Basilicae asservantur, magna cum dignitate ad inditum hunc Romanum Pontificem adstare videntur, cuius cineres multo post in eadem Basilica sepulcro conditi sunt. Huic Pontifici profecto cognita fuit Nazianzeni oratio, de qua diximus, quandoquidem ipse ex hoc scripto mutuatus est vulgatissimum illud effatum : « Ars artium régimen animarum ».

[14] *Acta Pii X,* vol. 1,1905, p. 206.

[15] *Migne,* PG. 35, 407-514.

[16] *Migne,* PG 48, 623-692.

Nobis pergratum est dilectissimum Clerum Nostrum adhortari ut ad haec illimis doctrinae monumenta, quae primaeva protulit Ecclesia, libenter accedant, unde tam late patet prospectus in pastoralis ministerii campum, ad quem frugifere exercendum sapientissima traduntur praecepta.

Antequam autem tertii huius colloquii finem facimus, superno quodam instinctu permoveri videmur, ut sacerdotibus omnibus, qui in hac alma Urbe commorantur, paterna instantissimaque adhibeamus hortamenta : omnibus dicimus, et quidem nullo habito discrimine. Patet omnino officiorum diversitas, quae heic Romae singuli sacerdotes obeunt, ad munus quod attinet unicuique praecipue assignatum, cum alii in Romana Dioecesi, alii in Curia operam suam praestare debeant. Nihilominus omnes eiusdem sacerdotii vinculis coniunguntur, eodemque sacerdotio permoti omnes ad operandum moventur. Quae cum ita sint, manifestum est, iis, qui Romanae Curiae sunt addicti, minime licere muneris sui partes neglegere aut eisdem minus idoneos evadere, ut pastorali navitati se dedant, quae debitum excedat modum ac nimium virium dispendium expostulet. Sciant iidem, se concreditis suis, maximi momenti, muneribus sedulo vacando, etsi procul a directa animarum cura, veri nominis tamen apostolatus opus peragere, quod minus gratum quidem interdum est, non minus vero Ecclesiae salutiferum, nec minore praemio aificiendum. Qui autem in pastorale ministerium incumbunt, sive praesunt sive adiutricem conferunt operam, quae ceteris semper exemplo esse debet, itemque impensa, iucunda, lenis ac facilis, ultro libenterque in demandata sibi animarum cura permaneant, ne se implicent profanis negotiis, caveant quidquid minus consentaneum videatur rectissimis illis sacerdotalis vitae moribus, quibus omnis sacerdos christifidelibus praelucere tenetur.

Ceterum pro utriusque ordinis ecclesiasticis viris vim habet, nullo facto discrimine, illud Tridentinae Synodi praescriptum [17] de sacerdotali vita agenda; quod praescriptum instanter quidem urget atque infringi nullo modo potest; id autem non sine gravi causa decretum est, cum tanti momenti sit ac tam utile nobisque pergratum. Illa vero sententia « cunctis afferre venerationem » in rem deducta veluti peculiare insigne exstat, quo gloriosiores Ecclesiae aetates distinguuntur, atque, ut fore omnino confidimus, nunc et in posterum Romani cleri decus et ornamentum.

Inter innumera beneficia, quibus benignissimus Deus humilem per-

[17] **Sess. XXII, *De reformat,* c. 1.**

sonam Nostram augere ac veluti cumulare dignatus est, illud praecipuum pretiosissimumque recensemus, quod a pueritia usque ad provectam hanc aetatem Iesu Christi Divini Pastoris imago semper animum Nostrum suaviter ac vehementer allexit.

Id autem quasi certam Nobis spem inicit fore ut, cum ad Patrem redire necesse erit, tunc quoque eadem dulcissima imago Nobis affulgeat vel possit Nostrum terrenae «lucis... terminum)) recreare. Cuius quidem Divini Pastoris suavitas, quali totum S. Ioannis Evangelii caput decimum perfunditur, tanta est, ut ei obsistere aut eadem se nolle conformare nemo possit sine suae aeternae salutis aeternaeque felicitatis discrimine.

« Amen, amen dico vobis, qui... intrat per ostium, pastor est ovium » .[18] Quibus verbis ostium quodammodo patefieri videtur ac per illud pastor intrare, qui universas suas cognoscit oves easque nomine vocat. O dilecti sacerdotes, qui paroeciale munus obitis ! Si evangelica haec solacii plena verba in vos cadere vultis, sedulas adhibite curas christifidelium vestrorum rationario apparando ac semper diligenterque perficiendo ; quod quidem magni momenti est ad paroeciae regimen recte moderandum. Oves libenter praeeuntem pastorem obsequuntur; eius enim praesentia tutas eas ac securas a quibusvis periculis reddit.

((Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur ; et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet... Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant)).[19] Consulto putamus dictiones severas omittere, quae suavibus hisce verbis intermiscentur ; quae quidem ad ea pertinent, quae de mercenario pastore dicta sunt, de sacerdote scilicet, qui pastolarem paroeciae curam quidem suscepit, sed cum adventantem lupum videt ovibus insidias minaciter struentem, dormit vel fugit, non autem clamorem attollit, ut invadens lupus aliorum etiam collato auxilio propulsetur atque arceatur. Mercenarius enim pastor non suarum ovium caritate movetur, neque de iisdem sollicitus est.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut Nos experrecti simus animosque augeamus nostros, Divinus Redemptor iterum iterumque asseverat : *Ego sum Pastor bonas.* Haec repetita verba nos alliciunt ac monent ut eius vestigiis animosi insistamus, atque nullis laboribus nullisque parcamus iacturis, eodem nempe modo, quo ipse Iesus, Pastor reapse bonus,

[18] ***Io.* 10, 1-2.**

[19] ***Ibid.* 10, 9-10.**

Pastor vigilans, Pastor pius, e crucis patíbulo pendens suam vitam pro nobis obtulit, atque per omne tempus in Eucharistia, maximo suae caritatis Sacramento, mystice offerre pergit.

PASTORALIS SOLLICITUDO PRO OMNIUM PROCURANDA SALUTE MISSIONALIS AFFLATUS

Peculiari modo animadvertendum est, sub illius parabolae exitum, qua de bono Pastore agitur, Christum Iesum eadem iterare verba, Divinumque memorare Patrem, cuius luce suffusa mens nostra ad excelsa panditur et extollitur : « Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem : et animam meam pono pro ovibus meis... Propterea me diligit Pater : quia ego pono animam meam ».[20] Ac denique huic boni Pastoris imagini Ipse, pictoris instar, extremam admovens manum, haec addit : ((Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor ».[21] Quali gaudio haec asseverantia verba Nos afficiunt, quibus futurus hic eventus clare affirmateque portenditur : « Vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus Pastor)).[22]

Ex hac pagina veluti caelestis luminis radii eliciuntur, qui populos nondum christiano nomini adiuncto» attingunt, et quasi praenuntiare videntur primos lucis fulgores proxime celebrandi Oecumenici Concilii, quod arcana quadam et anxia exspectatione christianorum animos totius terrarum orbis vehementer iam permovet.

Quae quidem pagina peculiari modo ad eos pertinet, qui, sacerdotio aucti et hac in alma Urbe commorantes, Romani cleri nomine gloriantur, vel eidem adiutricem praestant operam ; et qui pastoralem animarum curam habentes Summo Pontifici, Romae Episcopo, directo inserviunt cum eodemque familiariter coniunguntur. Atque ad eos etiam singillatim pertinet, qui — sive Praesules sive inferioris ordinis Romanae Curiae officiales, in Sacris Congregationibus et in multiplicibus Institutis Religiosis, maioris vel minoris momenti negotia tractantes, ad universae Ecclesiae regimen spectantia — *sollicitudinem omnium Ecclesiarum* participant, qua Augustum Ecclesiae Caput, Summus nempe Pontifex et Christi Vicarius imprimis potissimumque afficitur. Haec *turba magna ex*

[20] ***Io.* 10, 15.**
[21] ***Ibid.* 10,** 16.
[22] ***Ibid.***

omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis [23] luce circumfusa videtur e Iesu Christo manans, Divino Pastore ac Redemptore totius mundi.

PATERNI ANIMI SENSUS SACRO COLLEGIO ROMANOQUE CLERO SIGNIFICANTUR

Dilectissimi Nobis Cardinales, vos suaviter commoto paternoque animo salutamus. Praeclara praesentia vestra et amabili decore vestro, cuncto clero populoque Romano insigne pietatis exemplum praebuistis. Vobiscum salutamus etiam Collegas vetros, quos intemperies hiemis domi manere cohibuit de valetudine sua, ut ratio poscebat, sollicitos. Aegritudo animi ob coactam hanc absentiam ipsis in meritorum auctum cedit et causa Nobis est caelestium auxiliorum, quibus indigemus.

Hic ecclesiasticus conventus, qui Romanae Dioecesis prima Synodus est, variis nominibus et causis, favente Deo, perquam sollemnis evadit, cum agatur hac de Dioecesi, de prima scilicet omnium Dioecesium utpote Petri : fortasse in annalibus Catholicae Ecclesiae haec est absolutissima Synodus. Deo gratias, Deo gloriam !

Venerabiles Fratres et dilecti filii!

Vix significare vobis possumus quantum spiritualis oblectamenti et solacii hi coetus et haec paterna colloquia Nobis attulerint. Haec, occasione data, iterare cupimus, ut Nostram vobis declaremus sollicitudinem, •qua Patris animus arta coniungi necessitudine exoptat cum iis, qui in Romana Dioecesi, pro suo cuiusque munere, pastoralis ministerii una simul participes sunt.

Nostros igitur addamus animos. *Benedictus Dominus per singulos dies. Portat onera nostra Deus salus nostra.* Iesu Boni Pastoris imago semper oculis obversetur nostris, praesertim cum Sancti Evangelii lectioni vacamus; ac nostros alat animos, eodem fere modo quo Eucharisticum eius Corpus et Sanguis, utpote *vere cibus et vere potus,* caelestis gratiae suppeditant alimoniam, qua roborati ab erroribus et a peccatis liberamur, et ex qua, in mediis etiam anxietatibus ac mortalis huius vitae malis, intimae illius laetitiae fons scatet, quae iure meritoque auspicium sit et quaedam inchoatio futurae gloriae : *Bone Pastor, panis vere — Iesu, nostri miserere — Tu nos pasce, nos tuere — Tu nos bona fac videre — In terra viventium.* [241]

Amen, Amen !

[25] **Cfr.** ***Apoc. 1,*** **9.**

[24] **Sequent.** S. **Thomae Aq. in Festo Corp. Christi.**

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS IN TERTIA SYNODI SESSIONE

SACERDOTE E PASTORE

Venerabili Fratelli, diletti figli.

La caratteristica singolare del sacerdote cattolico è l'esercizio del ministero pastorale. Ogni prete è cristiano. Ma si dice cristiano per sè : e sacerdote per gli altri : *christianus sibi: sacerdos aliis.*

Non è necessario essere sacerdote per divenire santo. Anche nello stato laicale vi sono anime eccelse, che nella vita ordinaria, nutrita dalla grazia di Dio, furono seguite, ammirate, conclamate come sante e come tali la S. Chiesa le onora e le esalta.

Ma al sacerdozio non si arriva se non per una vocazione speciale, per un mandato straordinario del Signore che prepara da tempo i suoi eletti e dice a ciascuno : *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.*[1] San Paolo nella sua lettera agli Ebrei esprime con accenti incomparabili l'eccellenza del nuovo sacerdozio, il sacerdozio di Cristo la cui virtù e dignità viene distribuita e trasmessa a ciascuno di questi privilegiati, a cui si applicano le parole. *Ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.*[2] Per salvare l'uomo, Lui, il Cristo, il Verbo di Dio si è fatto uomo. Al tempo esatto segnatogli dal Padre, iniziò la sua conversazione sulla terra, *cum hominibus conversatus est* :[3] per poter meglio compatire alle miserie umane si è rivestito delle miserie umane stesse — di tutte fuorché del peccato — e divenne maestro di celeste dottrina, di pazienza infinita nel sopportare le asprezze della vita, nell'accettare la croce, consumando così l'olocausto di se stesso al Padre, e lasciando in eredità ai suoi più intimi la sua missione, e la continuazione del suo esempio e del suo sacrifìcio *pro peccatis et ad redemptionem totius mundi.*

Intimi depositari della sua eredità e della sua grazia di magistero e di continuazione del suo sacrifìcio, questi prediletti hanno costituito le primizie dell'ordine sacerdotale, e ne costituiscono dopo duemila anni la mirabile perennità di privilegio e di onore.

[1] ***Ps.* 109, 4.**

[2] ***Helr.* 5, 1.**

[3] ***Bar.* 3, 38.**

È di questa perennità che noi godiamo la sublimità ed il benefìcio. Ringraziamo Iddio colla testa chinata nella polvere.

Ora Gesù benedetto nell'istruire da maestro divino i contemporanei della sua vita mortale, — lo sguardo rivolto all'avvenire del mondo intero, rappresentato dalla sua Chiesa, la Chiesa di tutti i secoli e di tutti i popoli, che è quanto dire il suo regno nel tempo e nella eternità —, si serviva di immagini semplici ma vivaci e toccanti. Ecco, diceva, io sono la vite, voi i tralci, io sono il pane della vita, la via, la verità, la vita : io sono la luce del mondo, io sono la porta del gregge.

Ego sum vitis, vos palmites: ego sum panis vitae — via, veritas et vita — lux mundi — ego sum ostium ovium.[4]

E la enumerazione termina col più grazioso dei titoli, che egli diede a sè stesso nell'intimo contatto con i suoi, continuatori presignati dell'opera sua. Ecco : *io sono il buon pastore.*

Notevole questo particolare. Le due immagini della porta del gregge : *ostium ovium* e del : *pastor bonus* si veggono associate e si rincorrono nelle parabole del linguaggio di Gesù. Si direbbe persino che una è posta in rapporto con l'altra sino a camminare dello stesso passo; due volte Gesù dice : *ego sum ostium,* e due volte : *ego sum pastor ovium.*[5]

A Giovanni, il confidente più intimo, questa particolarità non è sfuggita. La porta si apre e si chiude alle pecorelle — egli scrive — il pastore ne veglia e ne governa l'entrata e l'uscita.

Diletti Fratelli e figli : non è qui dispiegato il mistero del nostro sacerdozio? Non è la luce del Pastore Divino che si dipinge sul volto di ogni giovane neo levita nell'atto di levarsi dall'altare della sua sacra ordinazione e di iniziare il suo cammino sotto lo sguardo di Gesù, che sta alla porta del gregge, per dove le pecorelle entrano o escono pronte ai cenni di Lui?

IL PROBLEMA DEL CLERO DI ROMA E LE SUE VARIAZIONI

Figliuolo di umile e semplice ma onorata famiglia, non ti sei fatto prete ad un cenno di Gesù che ti ha toccato il cuore, forse fino dalla infanzia innocente, e ti ha chiamato al suo sacerdozio? non è forse perchè tu fossi tutto di Gesù, e venissi a Lui associato nel compimento della dilatazione del suo regno spirituale nel mondo? Ebbene che cosa accadde in te? Come mai : dopo le prime prove del tuo sacerdozio pensi ad altro

[4] ***Io.* 15, 5; 6, 35; 14, 6; 8, 12; 10, 7.**

[5] ***Io.* 10, 7-9; 10, 11-14.**

che alle anime da salvare, che al ministero caratteristico per cui il sacerdozio fu istituito : cioè la pastorazione diretta delle anime, *regimen animarum?*

Eccoci qui innanzi al grave problema del clero Romano. La Chiesa cattolica è come « *castrorum acies ordinata* »[6] per la diffusione del regno di Dio. Nel sacerdozio si dispiegano i vari gradi dell'ordine ecclesiastico : dal giovane prete al coadiutore, al parroco, al Vescovo, e, a Roma e per la Chiesa universale, al Sommo Pontefice.

Così a Roma come dappertutto : e questo va detto per il clero secolare come per il clero regolare.

Di fatto : questo avviene : il carattere centrale di Roma come città di riferimento del *mondo* intero al capo della Cristianità e alla sede del governo universale ha creato e mantiene delle esigenze di organizzazione del buon lavoro, che assorbono energie sacerdotali molteplici, e determinano distrazioni notevoli del ministero pastorale propriamente detto. Sono distrazioni tentatrici che inducono sovente al compromesso fra il contatto e l'azione sacerdotale diretta ed immediata colle anime, e l'azione indiretta di servizio della Chiesa, attraverso il veicolo della amministrazione ecclesiastica, pur bene regolata come è, grazie al Singore ; o attraverso i vari impieghi di alta portata che, conducendo l'anima sacerdotale sulle vie del mondo, rischiano di inaridire il fervore e la pratica dello zelo pastorale, con pregiudizio delle precise e immediate finalità del sacerdozio cattolico.

Venerabili Fratelli e diletti figliuoli : riconosciamo la dura realtà. La città di Roma conta circa due milioni di anime. All'assistenza pastorale di esse sono applicati duecentoventi sacerdoti secolari e trecento settanta regolari : cinquecentonovanta in tutto. Il che significa : un sacerdote ogni tremilatrecento anime !

Ma a Roma, per ragione di ufficio o di studio, ci sono altri sacerdoti, tanti, tanti : come sacerdoti chiamati tutti, tutti, al ministero pastorale diretto delle anime.

La Santa Chiesa, per altro, per il suo sviluppo, per il suo governo in Roma, per i suoi successi in vista dei beni superiori che interessano il mondo intero, ha bisogno di energie sacerdotali molteplici anche al di là della stretta amministrazione dei Sacramenti. Essa deve pur tenere in gran conto tutto ciò che è esercizio di insegnamento — *ore et calamo* — di carità, soprattutto di carità, strenua, apostolica, amplissima, secondo le

[6] ***Cani.*** 6, 3.

varie contingenze della vita contemporanea, secondo il precetto del Signore : *euntes docete omnes gentes* : [7] deve essere egualmente attenta ad esercitare la sua luminosa e benefica influenza nel buon ordine sociale e internazionale : deve poter contare sopra le varie famiglie religiose regolari in collaborazione col clero secolare, tutte queste famiglie religiose antiche e moderne, maschili e femminili, di vita contemplativa e di vita attiva. Anche questo, ed altro ed altro che si potrebbe aggiungere, e moltiplicare, potrebbe, dovrebbe essere rivolto a fiamma viva di vita, di zelo pastorale, a collaborazione ordinata e preziosissima della cura delle anime, per la cui salute il mistero della Incarnazione del Verbo, il Vangelo, la Croce e l'Eucaristia, il *Nobiscum Deus,* hanno luce, significazione e trionfo.

Questa infatti è la Chiesa di Cristo : questa la sua fisionomia la più autentica e la più splendente, questa è la sua vera gloria.

Appare subito a questi brevi accenni la naturalezza di una distinzione fra l'azione pastorale *diretta* ed una azione *indiretta,* ma con carattere di vera e squisita collaborazione al sacro ministero delle anime.

E qui accade che per ogni sacerdote, specialmente se ancora all'abbrivo della vita — ma anche per anziani già ben stagionati —, per il fatto della povera nostra comune natura umana e non angelica, cioè non prontissima come *flamma ignis* ad ogni cenno del Signore, accade, ripetiamo, che innanzi alla distinzione fra ministero diretto delle anime e ministero indiretto e di collaborazione si preferisca il secondo al primo, e che il primo ne scapiti in considerazione, e anche il secondo a lungo o breve andare ne perda di vigore.

Per ciò sarà sempre più vantaggioso ai progressi della vita spirituale di ciascuno di noi abituarci al buon apprezzamento di ciò che più vale, di ciò che più vale innanzi a Dio per la felicità vera della nostra vita presente e della futura *in aeternum.*

Noi sacerdoti dell'Altissimo siamo tutti delle anime privilegiate : ma fin che il Signore ci lascia vivere quaggiù a suo servizio ed a servizio della santa Chiesa e del popolo cristiano, siamo sempre accompagnati da quel-*Vomnis caro foenum* di cui ci parlava anche ieri S. Pietro, il nostro primo Vescovo di Eoma e Pastore della Chiesa universale.[8]

Questa configurazione della preziosità dei vantaggi della vita pastorale diretta o indiretta per i sacerdoti di Roma ci sia buon ammonimento

[7] ***Matth.* 28, 19.**

[8] ***1 Peto:* 24.**

a scegliere bene e ad apprezzare tutto giustamente. Può essere stato questo richiamo che ha suggerito agli antichi maestri di cerimonie della Basilica di S. Pietro di sostituire, nella cerimonia della solenne coronazione del nuovo Papa, *la stoppa* che gli viene abbruciata sotto gli occhi al *foenum di* cui scrive il Principe degli Apostoli nella lettera sua.

A parte speciali disposizioni di stretta obbedienza ed in ogni caso di cercate conformità alla volontà, non nostra, ma di Dio, in materia di vita pastorale diretta o indiretta, come sono facili gli abbagli e le confusioni fra apparenza e realtà !

La semplicità confidenziale di questi colloqui con voi, Nostri dilettissimi sacerdoti collaboratori nel compito di Vescovo di Roma, Ci permette, a titolo di sollievo innocente del nostro conversare, di ricordarvi tre forti impressioni che avemmo giusto qui in S. Pietro, rimaste profonde nella Nostra vita.

La prima è d'una sera di gennaio del 1905 per una Beatificazione. Basilica Vaticana in vivacissimo splendore, nobili personaggi, folla lietissima e plaudente, e in alto sullo sfondo dell'abside nella gloria del Bernini la figura squallida ma dagli occhi rapiti in gloria di beatitudine celeste del B. Giovanni Battista Vianney, il Curato d'Ars, proclamato Santo alcuni anni dopo. Sul Nostro spirito di giovanissimo sacerdote, quella visione Ci stava ad indicare ciò che veramente è prezioso nella vita sacerdotale, ciò che è più prezioso : e non la dimenticammo mai. Più volte Ci recammo ad Ars a venerare il corpo benedetto di quel grande, a cui pochi mesi or sono, nel centenario della sua morte, godemmo di poter offrire con l'Enciclica « *Sacerdotii Nostri primordia* » un elogio della sua virtù pastorale ad edificazione del mondo intero.

Altra impressione : del 1903 il 9 agosto : la cerimonia della Incoronazione del nuovo Papa S. Pio X in S. Pietro. L'imponenza del trionfo pontificale che si avviava, subì un primo momento di commossa delusione per chi era stato abituato ai rari ingressi di Papa Leone ultranovantenne, erigentesi ancora con sforzo sopra l'età cadente, a salutare ed a benedire la folla entusiasta. Papa Sarto veniva dalla campagna Trevigiana; in grande demissione di spirito, e pensoso in volto. Il corteo ad un certo punto si arrestò alquanto. Al triplice gesto del prelato che, bruciando la stoppa innanzi agli occhi del Papa, ripete a tre riprese le parole : *Sic transit gloria mundi,* tutti videro quella faccia grave e solenne piegarsi, quasi come a dire barcollando « questa è la grande e austera dignità del pontificato ». Il fasto e l'onore esteriore perdono qui molto del loro valore. Ciò che veramente conta sono i passi del pastore di anime fatti fino

a quel momento, da Tombolo, a Salzano, a Treviso, a Mantova, a Venezia sino ad arrivare a questo punto, per riprendere più che mai la lena affannata del pastore nella custodia del gregge, nella ricerca insaziata delle anime che Cristo redense nel Sangue suo.

L'ultima impressione fu quella del 4 novembre di due anni or sono, quando l'umile prete venuto anche lui dalla campagna e dalla successione del Santo patriarca di Venezia, si trovò per la prima volta come trasfigurato nel bagliore della devozione e dell'entusiasmo della folla. Fra quel fervore ad un certo punto il corteo si arrestò per dar tempo al rito, anche per lui, dell'asta alzata e della stoppa incandescènte e crepitante al triplice monito : che si univa al senso della sua personale indegnità, non mai così vivo e sincero come in quel momento : *Pater sancte : sic transit gloria mundi.*

Vi possiamo dire, venerabili Fratelli e diletti figli, come lo spirito riprese la sua calma quando il corteo rivoltosi a sinistra e soffermatosi alquanto presso la tomba di Papa Pio VII — quale storia anche la sua, quale insegnamento ! — Ci permise di scorgere a pochi passi di là l'altare del Santo Pontefice Gregorio Magno, familiare, dai giovani anni, alla Nostra anima e alla Nostra devozione.

Fu una sorpresa inaspettata e rasserenante. Avviati verso la tomba di S. Pietro, primo Vicario di Cristo e primo Vescovo di Roma, sentimmo come se Ci venisse mandato da Lui, ad incontrarci ed a farCi coraggio, uno dei suoi più illustri successori sulla Cattedra apostolica, S. Gregorio Magno. Pontefice Romano grande fra i più grandi, tutto ispirato nella sua vita e nei suoi insegnamenti a mettere in valore il *carattere sacro e prevalente del ministero pastorale* per ogni sacerdote della Chiesa di Dio, in una partecipazione *diretta* o *indiretta,* ma *reale,* ma *sincera,* ma *fedele* di tutti i sacerdoti dell'Urbe, come del resto per tutti i sacerdoti dell'orbe.

È giusto a Papa Gregorio I che il clero cattolico, dal secolo vi in poi, deve il codice più prezioso, dopo il Vangelo di Gesù e le Lettere Apostoliche, del governo pastorale in santificazione delle anime sacerdotali, e a direzione dei fedeli.

Questo piccolo libro, conosciutissimo in tutte le letterature ecclesiastiche, *Regula Pastoralis 8. Gregorii Magni* (590-604),[9] Ci tiene buona compagnia da quasi mezzo secolo, e Ci procura gioie ineffabili a rileggerlo in tutte le circostanze della vita. Esso insegna ai Vescovi ed ai sacerdoti

[9] *Migne,* PL, 77, 13-128.

•— a tutti i Vescovi e a tutti i sacerdoti — *qualiter vivant et qualiter doceant* —. Può servire come specchio circa la conformità della propria vita al modello proposto dal santo Papa. Nell'immenso lavoro di riorganizzazione della Chiesa sotto i Carolingi, durante e dopo l'assestamento delle nuove strutture umane occorreva non solo stabilire una legislazione canonica, mettere al punto i libri liturgici, preparare un buon testo delle Sante Scritture — ciò che Alcuino potè realizzare — ma soprattutto insegnare nuovi metodi di apostolato pastorale, e più ancora una vera dottrina di buon governo spirituale e di educazione dello spirito. Ciò già aveva compiuto a beneficio dell'Occidente S. Gregorio Magno, insegnando al clero Franco le vie più sicure per ristorare la Chiesa. Là voce discreta del grande Papa continua ancora per lungo tempo a farsi sentire e a dispensare largamente le lezioni del suo insegnamento e le virtù del suo esempio. Sta bene ricordare che il Santo Papa Pio X, nel centenario della morte di S. Gregorio Magno (1904) all'inizio del suo Pontificato, nella sua stupenda Enciclica « *Iucunda sane* », raccomandava con grande elogio le lettura della *Regula Pastoralis* perchè *ad Cleri salubrem institutionem et ad sacrorum Antistitum regimen (ibi) normae traduntur, non iis modo temporibus, sed etiam nostris aptissimae.*[10]

Nella letteratura patristica Orientale vi è la II *Oratio di 8. Gregorio di Nazianzo*[11] e il trattato *De Sacerdotio* di S. Giovanni Crisostomo,[12] degne del confronto con la *Regula Pastoralis.* Come Ci piace rendere omaggio a S. Giovanni Crisostomo proprio oggi nella festa sua !

Questi sono i due grandi dottori della Chiesa Orientale le cui spoglie sono venerate qui nella Basilica di S. Pietro in due altari come a far nobile compagnia al grande Papa Romano che li seguì a parecchi anni di distanza. Certo il nostro Gregorio conobbe *V Oratio* del Nazianzeno, da cui dovette prendere la celebre formula : *Ars artium regimen animarum.*

A Noi è gradita l'occasione di richiamare il Nostro dilettissimo clero a queste sorgenti dell'antica letteratura cristiana, così ricche di orizzonti e di indirizzi di ministero pastorale.

E avviando al termine questo Nostro terzo colloquio Ci sentiamo inspirati a rivolgere con amorevole istanza la Nostra preghiera a tutti i sacerdoti di Roma a tutti e a ciascuno senza eccezione.

La distinzione delle attribuzioni personali circa la linea principale

»• *Acta Pii X,* vol. I, 1905, p. 206.

[11] *Migne,* PG, 35, 407,514.

>* *Migne,* PG, 48, 623-692.

della attività propria di ciascuno a Roma è evidente. La Curia da una parte e la diocesi dall'altra. Ma il Sacerdozio comune tutti unisce e tutti ispira. È ben naturale che non si debbano trascurare, nè affievolire i doveri del proprio ufficio in Curia per abbandonarsi ad effusioni di carattere pastorale eccedenti la giusta misura. Gli addetti ai grandi uffici ecclesiastici sappiano che, attendendo diligentemente ai doveri loro caratteristici, anche se non direttamente impegnati nella cura immediata delle anime, tuttavia compiono una vera opera di apostolato, la quale se talvolta può essere meno gradevole, non per ciò è meno utile alla Chiesa o meno meritoria. E dall'altra parte chi attende al ministero pastorale con la direzione o con la collaborazione laboriosa, esemplare e sempre amabile e paziente, resti pure nel suo campo di azione, non si occupi di imprese secolaresche, eviti ogni singolarità che turbi la edificazione che ogni sacerdote è in obbligo di dare ai fedeli.

Il decreto del Tridentino [13] circa la condotta del clero è sempre là colla sua insistenza inesorabile : ma tanto significativa, preziosa e cara. Il *cunctis afferre venerationem* resta pur sempre la gloria dei tempi migliori, e, ne siamo ben sicuri, la gloria presente e futura del Clero Romano.

Fra le grazie che il Signore si è degnato di concedere alla Nostra umile vita, dal primo apparire nell'infanzia all'ora del véspero già inoltrata, questa della attrazione viva e insistente dello spirito verso la visione di Gesù Buon Pastore è certo la grazia prima e la più preziosa.

Essa quasi Ci assicura che anche il nostro ritorno al Padre avverrà in questo *lucis... terminum,* o non senza questo.

Per ogni sacerdote la tenerezza di cui il X capitolo di S. Giovanni è soffusa, esercita un tale fascino che il resistervi o il diseostarsene può pregiudicare la sua eterna salvezza e felicità.

Amen, amen : dico vobis, qui intrat per ostium pastor est ovium. Ecco la porta che si apre, ecco il pastore che conosce tutte le sue pecorelle e le chiama per nome. Diletti parroci : attenti vi preghiamo alla statistica bene accurata e ben seguita : impegno importantissimo per il governo di una parrocchia. Le pecorelle corrono dietro al pastore che va innanzi a loro: la compagnia del pastore dà loro sicurezza contro ogni pericolo. *Ego sum ostium. Per me si quis introierit salvabitur : et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant.*

[13] Sess. XXII, *De Reform,* c. 1.

Vi faccio grazia delle espressioni dure che si frammischiano alle dolci : cioè quelle circa il pastore mercenario per esempio, che è entrato alla parrocchia, ma che, all'avanzarsi del lupo rapace e minaccioso, dorme o scappa, piuttosto che gridare all'invasore, o impegnarsi a combatterlo e farsi .aiutare. Il mercenario non ha cuore, non ha interesse per le sue pecorelle.

Ohi Venerati Fratelli e diletti figlioli, a svegliarci, a darci conforto, ecco che Gesù ripete la sua affermazione : una, due, tre volte : *Ego sum pastor bonus.* Tale ripetizione è un invito per noi e un monito a cogliere il suo esempio, a moltiplicare i nostri sacrifìci, come Lui dà la vita — come l'ha data veramente sulla croce, e continua a darla misticamente nel suo Sacramento di amore — lui, Gesù : veramente *pastor bonus, pastor vigilans, pastor pius.*

SOLLECITUDINE PASTORALE PER LA SALUTE DEL MONDO INTERO SPIRITO MISSIONARIO

Singolare, verso il termine della parabola del Buon Pastore, la continuazione delle affermazioni e infine il richiamo al Padre, e nella luce del Padre l'allargarsi dell'orizzonte.

Il Padre mi conosce e mi segue come io lo conosco e vivo in lui. Il Padre mi ama: perchè io do la vita per le mie pecorelle.

Gesù dà infine un ultimo tocco : *non sono tutte qui le mie pecorelle.* Oh ! ve ne sono altre che non appartengono al mio ovile : ma anche quelle io le voglio e le debbo condurre a me : e, assicuro, ascolteranno la mia voce e si farà un solo ovile ed un solo pastore.

Audient vocem et fiet unum ovile et unus pastor.[1]*

Ohe gioia per Noi nell'assicurazione così netta e così decisa che questo avverrà ! *Audient vocem et fiet unum ovile et unus pastor.*

Vorremmo pertanto invitarvi, con paterna insistenza, a meditare su questo punto della preghiera, perchè non potrete insegnare a fare orazione — e molto spesso questo è compito vostro, in aiuto dei genitori e dei sacerdoti — se voi per prime non l'avrete bene imparato.

Anche su questo punto vogliate essere vigilanti e delicatissime di coscienza : così da non favorire le dispersioni devozionali, mentre c'è tanto bisogno di imparare perfettamente non solo la recita, ma bensì la pratica del *Pater Noster,* e del *Credo* apostolico.

[5] Cfr. 1 *Cor.* 13, 4-7.

' A. Monnin, *Spirito del Curato d'Ars,* Roma (1956), pp. 57-58.

VITA CELESTIALE

4. - In ultimo, *vita celestiale. L'Imitazione di Cristo* tratteggia l'essenza della vostra vocazione : « esser degno di stare con gli angelici cori, escluse di dentro e di fuori le cose terrene ».

Eccoci dunque ricondotti al punto di partenza : vita verginale, vita celestiale. In questo modo yoi, religiose di vita attiva, vi trovate in perfetta consonanza con le vostre consorelle degli ordini claustrali e contemplativi : *oportet semper orare,* secondo l'insegnamento di Gesù.[7] Le monache di clausura hanno il loro posto presso il Tabernacolo : ma, non diversamente, voi dal Tabernacolo dovete muovere i passi verso l'azione di apostolato.

Questa preghiera incessante rende la vostra vita *degna dei cori celesti:* vi dà il tocco supremo della vostra perfezione, esprimentesi nell'ordine interiore, e nella grazia e semplicità esteriore.

San Paolo, nel dettare al discepolo Timoteo norme sapientissime per la scelta delle diaconesse, dice esplicitamente : *Mulieres similiter púdicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus:* le donne, parimenti, pudiche, non date alla detrazione, sobrie, fedeli in ogni cosa.[8]

Questo è il vostro abito interiore : il cui ornamento è espresso dal riserbo del tratto, dalla misura delle parole, dal raccoglimento abituale, dalla fedeltà nel compimento dei doveri quotidiani.

Dilette figlie!

Nel concludere il Nostro paterno colloquio con voi in questa chiesa mirabile, Ci torna gradito richiamare il vostro pensiero a quella Croce, che campeggia fulgidissima nel vasto affresco della volta, animato dalla fantasia e dall'arte del pio religioso gesuita Fratel Pozzo. Delineando la gloria di S. Ignazio, egli, con profonda intuizione, ha voluto anche celebrare il trionfo della Croce, dalla quale traggono origine e significazione le gesta dei Santi.

Questa croce campeggia in tutta la sua maestà : e con eloquenza impareggiabile a tutti ricorda che non basta portarla sul petto o averla davanti agli occhi, ma che occorre scolpirla innanzitutto nella mente e nel cuore.

[7] Cfr. *Luc.* 18, 1.
[8] *1 Tim.* 3, 11.

Sia la croce il suggello della vostra verginità ; la sorgente della vostra forza; l'ispirazione delle vostre preghiere, e il segreto della vostra pace, nel pregustamento delle gioie del Cielo, di cui la vostra vita quaggiù è simbolo e monito. Il vostro amore alla Croce farà sì che l'offerta, che voi avete fatta di voi stesse, e di tutto quanto vi era più caro, al Signore, possa spandere profumo soave e gradito [9] nella Chiesa Santa di Dio.

Con questo voto di soprannaturale fecondità, che porgiamo a ciascuna di voi, vicina e lontana, vi diamo altresì l'assicurazione della Nostra preghiera quotidiana per voi, chiedendo al Signore che vi conduca per le sue vie nascoste di santificazione e di gloria. E in pegno della continua assistenza divina, vogliate accogliere per voi tutte, per le Consorelle dei vostri Istituti lontani, specialmente per quelle che si prodigano nei vasti campi delle Missioni, a per quante sono provate dalla sofferenza, come pure per le dilette famiglie vostre e parrocchie che vi prepararono all'incontro con lo Sposo celeste, la Nostra speciale, confortatrice Benedizione Apostolica.

» Cfr. *Phil.* 4, 18.

ROMANAE DIOECESIS PRIMA SYNODUS PRIDIE KALENDAS FEBRUARIAS A. D. MCMLX IN VATICANA BASILICA SOLLEMNITER CLAUDITUR

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

ADSTANTIBUS EM.MIS PATRIBUS CARDINALIBUS AC FREQUENTISSIMO URBIS CLERO POPULOQUE HABITA, PRIUSQUAM COETUS HYMNUM « TE DEUM » DECANTARET OB PERACTAM SYNODI CELEBRATIONEM.

EFFUSAB GRATIARUM ACTIONES ATQUE EXSULTANTIS LAETITIAE SENSUS

Venerabiles Fratres et dilecti filii!

Laetamur admodum atque immortales Deo grates persolvimus, quod Romana Synodus, ante hebdomadam in Patriarchali Lateranensi Archibasilica sollemniter inaugurata, hoc vespere feliciter in Vaticana Basilica exitum habet. Cum huiusmodi convocandi Synodum, quae in Romanae Dioecesis annalibus prima numeratur, consilium inivimus, tum statim arcano quodam modo animus affectus est Noster, quasi supernum menti Nostrae affulgeret lumen, atque clara et propitia Nobis adspirans e caelo delapsa vox Nos ad id propositum efficiendum impelleret. Quod quidem iam vobis patefecimus, cum in sacrosanctam Lateranensem Archibasilicam una convenimus.

Anno exacto, ex quo publice Synodi celebrationem nuntiavimus, en salutare initum inceptum ad effectum feliciter deductum est, ac iam paratum prostat volumen, quo sapientissima Synodalia praescripta continentur. Quod autem idem volumen huc, prope Principis Apostolorum sepulcrum, afferre licet, id Nos iucundissimo perfundit solacio; eo vel magis quod probe novimus, omnes Dioecesis Romanae dilectissimos filios hoc idem solacium participare Nostrum; omnes dicimus, a Purpuratis nempe Sacri Collegii Patribus, qui proxime Nobis adiutricem navant operam in universa moderanda Ecclesia, usque ad inferioris ordinis clerum et Christifideles, qui faustissimum hoc eventum, maximi sane momenti ad immortalis huius Urbis religiosam vitam quod attinet, ovanti animo consalutant.

Terrestre Ecclesiae iter eiusmodi est, ut eadem semper spiritualium

virium ubertatem ostendat, sive cum doloribus, acerrimis vexationibus, rebus adversis angitur, ut saepe contingit, sive, ut interdum etiam Deo favente accidit, cum sancta laetitia exsultans christianum populum ad concinendas Deo laudes invitat. In variis hisce rerum adiunctis utiliter nobis semper praesto adest Davidicum Psalterium, quod non modo maestos elegos, verum etiam carmina ad laetitiam significandam aptissima suppeditat. Ad haec pertinet — ut exemplo utamur — psalmus centesimus decimus tertius, cui initium « In exitu Israel de Aegypto », qui totus gratos animi sensus spirat erga Deum, qui, ut sibi debitus tribuatur honor, universum commovet terrarum orbem et « convertit petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum ».

Quam pulchre idem psalmus divinas prosequitur laudes : « Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam super misericordia et veritate tua... Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus. ... Caelum caeli Domino; terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te, Domine ... sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino ex hoc nunc et usque in saeculum ».

Gratiarum actiones quae Deo exsolvuntur, propterea quod copiosa caelestium munerum largitate Romanus clerus tempore Dioecesanae Synodi perfusus est, quasi peculiaris nota sunt horum coetuum, quorum in unoquoque vestrum suavissima inhaeret memoria.

Qui, ut Nos, qui Episcopi almae huius Urbis munere fungimur, Romanae Dioecesis filios cognoscit, magni aestimat ac diligit, is profecto facile percipiet, hanc Dioecesanam Synodum effusum, immo superfluens Dei donum fuisse. Eadem Synodus etiam refellere sinit id quod interdum auditur, scilicet in aestu saepe effreno humanarum cupiditatum in terrestribus bonis exquirendi, praesentiam vocemque Catholicae Ecclesiae, ac Romanae nominatim, magis magisque claritatem sonitus sui et actuosam vim suam amittere. At contra homines sincera fide praediti hac celebrata Synodo commonefiunt, Romanam Ecclesiam, ad praesentes ac futuras quod attinet pastoralis vitae et apostolatus necessitates, strenuas sibi addictas habere sacrorum administrorum cohortes ; quod quidem luculenter refulsit sive ex sacrae Synodi celebrationis decursu, sive etiam ex eius praescriptis, idque ad spem bonam omnium animos erigit.

Procul dubio ingens erit impendenda opera, ut Synodales constitutiones in rem deducantur, cum sedulo considerandum sit, huc ex omnibus Italiae regionibus tam crebra civium agmina confluere, ut religiosa cura iis impertienda difficilis admodum evadat. Quinquaginta enim postremis hisce annis quater auctus est populus, qui hanc Urbem incolit. Attamen

Divino humani generis Servatori conficiendum est, cuius virtus omnes prorsus difficultates superare valet. Celebrata Synodus eo contendit, ut praesentis et venturae aetatis necessitatibus consulatur. *Nos qui vivimus, benedicimus Domino.* Quod autem imprimis urget nos, hoc est : ut Deo agamus gratias et forti et magno animo simus.

INGENS SPIRITUALIUM VIRIUM DEMONSTRATIO

Perplacet Nobis imprimis agnoscere hac Synodo Romana spiritualem vigorem esse luculentissime manifestatum ; quam ad rem appellantes contendere pergemus, ut rectus ordo et sanctificatio vitae nostrae et Ecclesiae, inter nos et circa nos, quemadmodum par est, omnino efficiantur stabilianturque.

Initium Synodi die Dominico proxime praeterito in Lateranensi Archibasilica facientes, octo magnas partes, velut magnificas et perpulchras imagines, in quibus versarentur — ac reapse feliciter versatae sunt — novae leges de re pastorali adumbravimus ; eas profecto partes egregio opere octo pararant consilia auxiliaria, in quae optimi quique viri, laude doctrinae theologicae, asceticae, pastoralis florentes, erant allecti. En rursus nomina, quibus singulae partes huiusmodi inscribuntur : 1) de personis ; 2) de magisterio ; 3) de cultu divino ; 4) de Sacramentis ; 5) de actione apostolica ; 6) de christiana institutione ; 7) de rebus: aedibus sacris, domibus, monumentis: de bonorum administratione; 8) de operibus caritatis et beneficentia.

Est autem Urbs Roma nobilis locus ille, quo Christifideles e variis Italiae regionibus et ex omnibus orbis catholici gentibus confluunt, Roma haec immortalis, ubi praesto est coetus perfrequens et egregius virorum ecclesiasticorum, animo alto praeditorum ac pio, qui exercitati sunt in magisterio inque usu sacrae doctrinae, theologicae nempe, asceticae, liturgicae, iuris artisque disciplinam complectentis, atque etiam, ad res oeconomicas ac terrenas quod attinet, in bonorum Ecclesiae administratione, cuius praecipue periti sint.

Persuadere vobis prorsus poteritis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, cum Synodi Constitutiones certo firmiterque fuerint probatae, quam egregii salutaresque effectus ex hac orituri sint virium contentione, cuius singuli omnesque simul specimen dederunt, quamque Nos ipsi diligentius observavimus. Cui nisui consultores Nostri synodales prudentia sua et ingenii ubertate, animo firmo vereque sacerdotali, sapien-

tia et moderatione mirabili secundum sententiam legum Domini sunt praeclarum in modum suffragati.

Liquet sane omnia ita esse consideranda, quasi luce collustrata sint fidei sanaeque doctrinae, qua ordo singulorum hominum et ordo domesticus et civicus innituntur ; eademque fideli cum observatione praeceptorum Iesu Christi esse accipienda, qua in re accurata distinctio fiat a quavis alia vitae instituendae et historiae interpretandae ratione. Eam sequamur oportet normam, quam S. Petrus et S. Paulus, epistulis, quas uterque ad Galatas, Evangelii beneficiis primum donandos, scripsit, vario quidem modo tradiderunt.

Quid S. Petrum sentiat, iam, exemplis allatis, in colloquiis exposuimus, quae cum sacrorum administris in Synodi celebratione habuimus. S. Paulus vero, cum gravis exsisteret quaestio de seiunctione ac discessu a Synagoga, memoriam Abrahae patriarchae revocavit, qui e duabus feminis, filia deserti altera, filia promissionis altera, filios sustulit. Haec quippe antiquitatis recordatio plurimum valet ad perspicue intellegendae condiciones huius, qua degimus, aetatis, sive ad mentis habitum sive ad vitae instituendae rationem quod attinet. Per utramque enim feminam utraque civitas, cui nomen Ierusalem, comparatione significatur; prior est *in monte Sina in servitutem generans, quae est Agar* : civitas scilicet, quae *servit cum filiis suis;* altera autem *Ierusalem quae sursum est, quae est mater nostra.*[1] Haec enim non est filia deserti sed promissionis, a qua originem trahimus. *Quae,* ut ait S. Paulus, *sunt per allegoriam dicta;*[2] ac probe novimus eandem hanc allegoriam, olim propositam, per viginti fere saeculorum cursum reapse evenisse et ad effectum esse perductam in christiana religione perenni. Quoniam ergo non sumus filii deserti sed promissionis, quam Deus hominibus bona praeditis voluntate persolvit, coniunctiores nos esse sentimus cum Roma, hac urbe Ierusalem Foederis Novi, *quae est mater nostra*[3] eaque gaudet libertate, *qua... Christus nos liberavit.*[4]

Venerabiles Fratres ac dilecti filii. Gratias Apostolis Petro et Paulo agamus, qui ipso Ecclesiae initio locuti nos confirmant et adhortantur ad hanc profitendam doctrinam.

[1] Cfr. *Gal.* 4, 24-26.

[2] *IMd.*

[3] *IMd.*

[4] Cfr. *ibid.,* 31.

FIRMA FIDES: SPES INVICTA: CARITAS EFFUSA

Ad leges primarias, quibus obsecuti vivendi rationem, ad Deum et ad homines quod pertinet, recte instituamus, accedere debet, veluti fructus singularis et praecipuus Synodi huius, exercitatio virtutum theologalium, quibus id, quod proprium esse debet hominis christiani et catholici perfecti, significatur. Hae sunt, ut nostis, tres : fides, spes, caritas, quas cum solum appellamus, lumen inde dimanans gestimus commonstrare, quo scilicet splendescunt animosque ad se alliciunt et convertunt. Hae igitur nobis proponuntur ut *firma fides, spes invicta, caritas effusa.*

Firma fides. A quo in sacri Baptismatis lavacro infantes vagivimus, usque ad extremum spiritum, quem in reditu ad Patrem caelestem gemebundi efflabimus, formulam catholicae fidei, quae verbo *credo* comprehenditur, quasi comitem vitae habemus. Non modico solacio sacerdos perfunditur, quotiescumque, morienti assidens, misero saepe peccatori, uni scilicet e numero plurimorum, una cum eo et pro eo haec fere enuntiat verba : Domine, hic, qui animam agit, Christifidelis, illecebris iuventutis inconsiderate se dedidit ac diuturna obstinatione animi senilis detentus fuit : pluries in te aliquid peccavit, saeculi blandimentis irretitus et voluptatibus negotiisque in pravum abstractus : *tamen Patrem et Filium et Spiritum Sanctum non negavit;* [5] esto ergo ei propitius atque misericors.

Veri autem nominis christianus, sive in adulescentiae fervore sive aetate matura, operum feraci, debet imprimis hanc fidem in pectus demittere et ad usum deducere, adeo ut haec illuminet vitae ipsius cursum, consilia, officia gravissima, quibus obstringitur in domestico convictu et in cotidiana hominum consuetudine, idemque ceteris exemplo sit et incitamento.

Iustus autem meus ex fide vivit.[6] Doctrina exculto fides est veluti lampas ardens, quae ad verum pervestigandum praebet adiumentum, quacumque in disciplina versatur humana inquisitio ; atque verba *fides quaerens intellectum* lumen praeferunt menti multiplices rerum rationes scrutanti. Viro optimis studiis fiorenti minime honori vertit negare Deum esse idque profiteri. Hoc modo enim is ostendit, quam sterile sit inge-

[5] Ordo comm. animae.

[6] *Hebr.* 10, 38.

nium ipsius, quam parum se ipse cognoscat, quanto cum periculo nimis sibi confidat.

Haec vero fides debet defendi, quippe quae servari debeat quasi quaedam arx, scilicet, ut vere dicamus, tamquam *firma fides;* eius etiam propagationi studeatur oportet, quod est opus apostolicum, summorum materia meritorum, animi christiani perfectio, causa singularis honoris in Ecclesia Dei, quae ad eximium munus apostolatus, quo eius fines in toto terrarum orbe proferantur, ministros conquirit.

Quid autem dicemus de iis, qui cum defensione veritatis fideique catholicae, cui insistunt, laborem perpessionemque vexationum coniungunt, non minus crudelium, quin etiam iis saeviorum, quae antiquis temporibus sunt toleratae? Animus Noster valde commotus est ac prorsus ex eiusdem evenit sententia, cum tertio Synodi die venerabilis coetus cleri Nostri nuntium, quo certissima necessitudo et fraterni sensus confirmationis pieni significarentur, ad sodales misit, ex ordine sacerdotum et laicorum, Ecclesiae, quae a silentio nomine accepit.

Signi sunt hi, quos admiremur, digni, quorum casum doleamus, sed maiorem miserationem commovent insectatores eorum, qui post duo fere exacta milia annorum, quibus christiana vigent instituta, tantis erroris tenebris sunt obcaecati, ut non videant Iesum Christum semper esse et fore Regem saeculorum gloriosum et immortalem, et hanc esse fidem, quae rebus humanis praeponderet omnibus, quemadmodum scriptum est : *haec est victoria quae vincit mundum : fides nostra.*[7]

Spes invicta. Fides christiana hac definitione apte explicatur : *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*[8] Est quidem fatendum summo cum studio atque industria disseminatum esse errorem christianae disciplinae repugnantem, scilicet pervagatissimam illam insanam opinationem, ex qua novo quodam habitu mentis de bonis terrenis sentiatur, ut non pauci mortales sibi persuaserint caelos esse desertos unumque in terra paratum sibi paradisum, ubi gaudiis perfruantur idque nullo adhibito modo temeritati, dummodo audacior aliquis sit et proclivior ad prava facinora, ac demum perfectam vitae speciem et formam hic consistere in triplicis concupiscentiae expletae potentia. Quod cum videt, animus tristitia afficitur estque in eo, ut alacritas et studium bene faciendi defervescant, quin etiam periculum

[7] *1 Io.* 5, 4.
[8] *Hebr. 11, 1.*

oritur, ne quis, spe erepta, malis cedere velit. Hoc tamen ei contingit, qui animo debili est, lasso, ignavo.

Verba autem Christi, quibus Evangelii libri referti sunt, homines per cursum saeculorum excitarunt confirmaruntque ac laetitiam attulerunt, quae cuivis recta mente praedito ex eo obvenit, quod conscientiae officio ut christianus satisfecit, et ex certo eventu promissionis Iesu Christi, quae his verbis declaratur : *qui crediderit et baptizatus fuerit,* id est qui ianua sacra Redemptionis ab eo patratae intraverit, *salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur.*[9] Nobis, qui filii lucis sumus, ne mors quidem incutit timorem, cum fides theologica tutissime promissis innitatur Iesu Christi atque adeo spes nostra sit certissima : *Ego sum resurrectio et vita.*[10] Quam praeclare dicta ! Haec qui comprehensa habet cum fide et amore, vivet in aevum sempiternum : *Omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.*[11]

Cum igitur ad hanc pervenerimus lucem vitae humanae christianaeque, mirum est, quod asseverare aliquis audeat res cunctas Ecclesiae per saecula gestas non esse nisi tabulam quandam, per aetates hominum continuatam, quae de medio tolli oporteat eo consilio, ut omnia ex integro condantur réfìcianturque.

Quamvis is falso hoc dictitet, quandam prae se ferens simplicitatis speciem, nos tamen animis paratis spei pergamus exercitationi insistere, virtutis invictae, quippe quae verbo falli nescio atque certissimo Domini fulciatur, quod nobis fecit, quos solacium amplissimum extremis temporibus manet; ac novimus fore, ut irreligiosorum hominum spes decipiatur omnino eorumque conatus immutabiliter ad irritum cadant. Fortasse oportet, ut in vitae cursu vexationes iniuriasque ab illis illatas toleremus, quemadmodum ait Dominus : *In mundo pressuram habebitis : sed confidite, ego vici mundum;*[12] et alibi : *Haec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.*[13]

Caritas effusa. Dominus noster, familiariter cum suis collocutus, haec etiam dixit : *Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut dileœi vos.*[14] Amor vero mutuus esse huiusmodi debet, ut parati sitis

[9] ***Marc.*** **16, 16.**
[10] ***Io.*** **11, 25.**
[11] ***Ibid.*** **11, 26.**
[12] ***Ibid.*** **16, 33.**
[13] ***Ibid.*** **15, 11.**
[14] ***Ibid.*** **15, 12.**

animam vestram ponere pro amicis vestris.[15] Magnum sane praeceptum caritatis; eo enim, si ad effectum deducitur, vivida veluti summa totius doctrinae christianae et Ecclesiae universae comprehenditur. Legum quoque ecclesiasticarum, quae- Constitutionibus Synodi continentur, caput praecipuum, unde cetera deducuntur, caritas est; caritas nempe, quae servos evehit ad gradum amicorum Dei, sacerdotale munus ad ministerium celsissimum, unde beneficia in totam proficiscantur Ecclesiam, scilicet non solum in ordinem ecclesiasticum, sed etiam, huius opera, in universam hominum societatem.

Administratio Sacramentorum, qua gratia caelestis dispertitur ad irrorandam veluti salubriter terram floresque inde eliciendos, aliae hoc genus muneris functiones, ac demum moderatio variorum et multiplicium institutorum, quibus beneficia socialia impertienda sunt proposita, quaeque sunt cultus religionis, magisterium, subsidia caritatis, innumera scilicet opera, quibus multifariis vitae humanae condicionibus consulatur : haec omnia officium nobile et liberale efficiunt atque usum sarfctum salutaremque virium sacerdotalium. Interdum, immo saepius, homines saecularibus ducti opinationibus non aeque de beneficiis iudicant, quae ordo sacerdotalis a Christo institutus et in gradiis distributus cleri saecularis et regularis, existimatione nullo interposito discrimine digni, civico socialique ordini tribuit continenter. Cum Nos ante multos iam annos in primo essemus flore aetatis, plures non semel monentes audivimus, ut clerus e sacrariis exiret in publicum. Nunc vero non desunt, qui mutatis studiis cupiant, ut clerus in sacraria redeat, ibique se continens, liturgicis tantum muneribus vacet; qui non memimerunt sacerdotes obsequi debere praeceptis Iesu Christi eiusque imitari exempla, qui templum quidem invisit noctesque in precationibus egit, tamen interdiu, assidue penitusque deditus populo, civibus nempe Iudaeis et Galilaeis, sacras habuit orationes, ad bonum animos confirmavit, caritati inserviit, miracula etiam patravit, verus pastor bonus, quem se esse confessus est, in gregem suum curas omnes intendens.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii: clero nostro tam alacri, tam studioso et pacifico praebeamus adiumentum, ut sanctimonia se valeat ornare, eo quidem consilio ut conatibus et inceptis eius Deus benedicat huiusque munera superna ad universas dimanent familias opera sacrorum administrorum, dignitate animi, sollertia, beneficientia insignium.

Hoc die Dominico, qui est pridie Calendas Februarias, in sacra li-

[15] **Cfr.** ***Io.*** **15, 13.**

turgia S. Ioannis Bosco memoria agitur. Cuius nomen cum profertur, caelestis gratiae dona et apostolici ministerii diligentia miris laudibus celebrari videntur. Ille enim, e Pedemontano viculo ortus, gloriam et praeclara opera caritatis ad ultimos terminos orbis terrarum propagavit. Quocum viro eximio Ecclesia **S.** Iosephum Cottolengo et **S.** Iosephum Cafasso, populares eius eiusdemque regionis incolas, sociare consuevit. Haec tria nomina cuín in memoriam revocantur, menti etiam occurrunt innumerabiles sacerdotes, vel humiles vel fama illustres, qui, caritatem mira cum animi magnitudine exercentes in Italia, in veteribus dioecesibus, apud omnes nationes Europae ac totius orbis terrarum, quocumque Romana pertingit Ecclesia, studium sacerdotale et pastorale acriter fideliterque testari non desinunt.

POST DIOECESANAM SYNODUM CONCILII OECUMENICI CELEBRATIO

Venerabiles Fratres ac dilecti filii : inter maxima munera caritatis Christi est vis coniungendi et coagmentandi ; cuius unitatis communionisque doctrina, gratia, pulchritudo in Evangelio S. Ioannis verbis proponuntur mirificis. Haec enim scripta sunt tamquam ex ore Iesu edita, ex Corde eius divino et sanguine effuso in Crucis sacrificio et in Sacramento Eucharistiae; illius Iesu Verbi Dei Patri coniuncti, qui Incarnationis mysterio factus est primogenitus frater in nova familia hominum ipsius sacrificio redimendorum. Quae familia est ipsa Ecclesia, una, sancta, catholica, apostolica, cui divino consilio datum est, ut per totum terrarum orbem propagaretur, cuius vero sedes princeps Roma est, cum huc appulsa sit navicula Petri, hic, ancora iacta, fundata, non in aliquot annos sed in viginti saecula, et etiamnum constanter firmiterque consistat. Romae suus est clerus, populus suus, ad quos S. Petrus episcopus certe non dedignetur transferre praeconium, quod primis christianis coetibus studiosissimis in oriente institutis, his tribuerat verbis : *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.*[16]

Nunc Romana Dioecesis, per huius Synodi celebrationem ad se conversis curis, efficit, ut clerus populusque suus uno contuitu eas summas rationes consideret, quae religiosam et socialem vitam dirigant. Atque adeo maiore alacritate prosequi studet commissum sibi a providentissime Deo munus, quo in christiano orbe principalem obtinet sedem.

[16] / ***Petr.* *2,* 9.**

Paucorum mensium spatio haec Dioecesis Synodum apparavit ac celebravit ; a Deo autem supplices nunc admovemus preces ut Ipse auxilium conferat et gratiam dilargiatur ad optima explenda proposita vitae piae et ad christianae disciplinae sanctitatem compositae, ut haec Nostra Dioecesis sit in signum gentium. A Christo Iesu, Ecclesiae Conditore, id quoque rogamus et poscimus, ut post hanc Synodum, cui Nos ut Eomanus Antistes praefuimus, Vicario suo etiam concedat Oecumenicum Concilium convocandum celebrandumque, quod Vaticanum secundum vocabitur atque generalibus Ecclesiae Synodis, quae a priscis aetatibus hucusque congregatae sunt, vicesimum primum adnumerantur.

Iam nunc solacia expectatione maiora capimus, cum eius praeparationis gressus et progressus consideramus.

Filii dilectissimi, Dei virtute freti, fortes simus. Ne putetis hac in re praesentem Servum Servorum Dei, qui tuetur sacrum depositum hereditatis **S.** Petri, id nimis flagrantibus votis percupere, ut usque eo vivere possit, donec maximum eiusmodi inceptum perficiat et ad optatum exitum adducat. *Hilar em datorem diligit Deus*[17] : hic quies et pax alte in eius pectus influunt. In magnis ineundis rebus, voluisse sat est ; atque in praeclaris negotiis, ad laudem sibi comparandam, sufficit contulisse nisus, ut ea ad rem adducantur. Futurum Oecumenicum Concilium peculiari patrocinio tuendum concredidimus tribus gloriosis Sanctis Caelitibus, quorum sepulcra huic Vaticanae Basilicae, christiani orbis templo nobilissimo, thesaurus insignis sunt, nempe **S.** Gregorio Nazianzeno et **S.** Ioanni Chrysostomo, Constantinopolitanis Patriarchis, et **S.** Gregorio Magno, Summo Pontifici, qui ortu, mente, animo Romanus fuit. Confidimus e caelesti aula, e sacris silentiis huius Basilicae cum Petro et Paulo Apostolis sociatum iri et ceteros Pontifices, quorum ossa in somno pacis hic quiescunt, publico Ecclesiae cultu honoratos, nempe Leones et Gregorios, **S.** Pium X, B. Innocentium XI et alios quorum fama christiano populo minus innotescit.

TRES MAGNI MOMENTI PIETATIS FORMAE
QUAE AD NOMEN, COR AC SANGUINEM IESU CHRISTI REDEMPTORIS SPECTANT

Ex experientia, primo pastoralis muneris anno comparata, quod Nos ut Romanus Antistes inivimus, hoc animadvertimus nonnullos, quodam religionis studio motos, desiderio ferri religiosas pietatis for-

[17] *II Cor.* 9, 7.

. • • •

mas invehendi, singularibus novisque allatis nominibus, peculiari locorum indoli accommodatis; quae quidem Nobis videntur imaginationi potius indulgere, quam rectum religionumque animi robur fovere. Nos, sub Synodalium coetuum exitum, monere studemus, ut hoc teneatis, quod in Sanctae Ecclesiae orandi more simplicius et antiquius sit. Iesus Christus Dominus noster, ut in Evangelio legitur, unam precum formulam nos docuit, quae a verbis *Pater noster* incipit. O miram supplicationem, quae omnia comprehendit et quae semper animis satisfacit nostris. S. Ioannes servavit nobis contextum precum quas Christus Iesus ad caelestem Patrem fudit moestissimo vespere, a discipulis discessurus : ibi gratiam petivit, ut discipuli una simulac secum et cum Patre numquam frangenda coniunctione cohaererent.

At nihil amplius quaerendum est. Ad cultum autem collustrandum atque fovendum, quo Christum Iesum pio obsequio adoramus, nihil accommodatius est quam Divinum Servatorem cogitare atque invocare triplici radiante fulgore, quem Eius Nomen, Cor et Sanguis effundunt.

S. Bernardinus Senensis, magnus ille Dei vir saeculo xv in Italia populari veneratione et gratia florentissimus, Sanctissimi Iesu Nominis eloquens exstitit praeco, flagrantis animi impetu ductus. Cuius quidem impulsu notabilis spiritualium librorum copia atque operum omne genus, politissima arte perfectorum, tam augustum Nomen concelebrant, eorumque pulchritudo et pietas animos adhuc monent ac suavissime commovent.

Cultus autem SSmi Cordis Iesu, postquam idem mirum in modum se Paredii Monialium patefecit, in religiosis animis, qui tunc temporis fuerunt, alte defixus est, isque nunc — demum superatis difficultatibus inconsulte oppositis — in hominum mentibus viget, et in templis atque Institutis magnificentissime floret, quae ab hoc miserentissimo Corde nomen splendoremque assecuta sunt.

Quid vero de Christi Sanguine dicamus? O Pretiosissimum Iesu Christi Sanguinem! per quem nobis fas est Deum humiliter obsecrare, ut peccata nostra remittantur. Cuius cultus iure Clero populoque Romanae dioecesis potissimum commendatur, quandoquidem Romani Cleri micantissimum decus exstat Sacerdos ille, in Sanctorum numerum relatus, qui germanus praecipuusque auctor et suasor fuit Pretiosissimi Iesu Sanguinis speciali cultu adorandi : Sanctum dicimus Gasparem a Bufalo, paulo ante rerum in Gallia conversionem in Exquiliis natum, atque religiosae Evangelii praeconum Familiae conditorem, quae sub Pretiosissimi Sanguinis tutela et auspicio operosam fructuosamque vitam traducit. Iuveni huic sacerdoti, qui quinquaginta tantum annos agens Albani supre-

mum diem obiit, summo ducuntur honori ea verba, quibus ipse potentissimo illorum temporum viro, iniquum a Christi fidelibus petenti ius iurandum, respondit: « Hoc non possum, non debeo, nolo ! ». Qui cum ita se gessisset, in exsilium maluit pergere, quam ignaviae dedecore maculari.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii ! Nostro hoc praesenti colloquio paulo diutius vobiscum versati sumus, quam per tres peractae Synodi dies fecimus; ac cum plura attigerimus argumenta, conserendo sermonem veluti in summum Calvariae locum una simul quodammodo pervenimus. O sane pulcherrimum postremum spectaculum, quod tam vehementer nos allicit !

Ibidem consistentes, mentis oculis conspicimus augustum Iesu Nomen, triplicis sermonis litteris super Divini Magistri Cruci afiixi caput inscriptum; Eius pariter divinum Cor conspicimus, in extremae immolationis cruciatibus flagranti caritate palpitans; Eius denique Sanguinem, e sauciato pectore, veluti e quodam inexhausto et numquam exhauriendo fonte, in omnium hominum vitam redemptionemque manantem contemplamur.

Ac duos testes Cruci adstantes contuemur : Venerandam Christi Matrem, ac discipulum « quem diligebat Iesus ». [18]

O Maria, o Maria! Tu no visti qua hic consaluteris appellatione; *Salus populi Romani* diceris ; nosti profecto humilem Urbis Episcopum cotidianis salutationibus *Reginam Apostolorum, Reginam Cleri, Auxilium Christianorum, Auxilium Episcoporum* te instanter invocare.

Haec verba satis tibi exprimunt, quanta amoris suavitate te, Christi Iesu omniumque nostrum Mater, colamus, ac valent tuam erga nos misericordiam conciliare, qui devotissimi ac studiosissimi in te filii esse et manere volumus.

[18] *Io.* 19, 26; 21, 20.

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS AD ROMANAM TERMINANDAM SYNODUM

GRANDE RICONOSCENZA ED ESULTANTE LETIZIA

Venerabili Fratelli, diletti figli.

L'inaugurazione del Sinodo Romano, domenica sera, nella Basilica Lateranense, e la sua conclusione stasera qui a San Pietro Ci riempe il cuore di grande riconoscenza al Signore e di esultante letizia. Il pensiero ed il proposito della convocazione di un Sinodo Diocesano a Roma, il primo della sua storia religiosa, sorpresero il Nostro spirito con una semplicità ed immediatezza, singolare e toccante come un raggio di cielo, come una voce sicura e benedicente dall'alto. Già ve lo confidammo al nostro primo incontro nella Basilica Lateranense.

Ecco, che ad un anno preciso di distanza, il Sinodo è fatto : il volume che ne contiene i preziosi ordinamenti è pronto. Il poter offrirlo qui sulla tomba di San Pietro Ci è motivo di straordinaria consolazione, resa più viva perchè la sappiamo condivisa da tutti i Nostri figli di Roma. Sì ; da tutti veramente : dagli Eminentissimi Signori Cardinali componenti il Sacro Collegio dei collaboratori più vicini al Papa nel governo della Chiesa universale, fino al più modesto rappresentante del Clero e del popolo : anche questo ben lieto del grande avvenimento che viene a segnare una data fausta e felice per la vita religiosa dell'Urbe immortale.

Questa vita della Chiesa nel succedersi degli anni è dispiegamento di energie spirituali preziose. Spesso di affanni e di duri contrasti e di sofferenze : ma talora anche, grazie a Dio, di elevazioni e di canti. Per tutte le ore e per tutte le circostanze noi abbiamo a nostra disposizione l'antico Salterio Davidico che raccoglie e ci dà il tono non solo di meste elegie, ma sovente di carmi deliziosi.

Prendete per esempio questo salmo 113 *In exitu Israel,* tutto risonante riconoscenza al Signore, il quale scuote la terra come per invitarla a fargli onore e muta la roccia in stagni e la rupe in sorgente d'acque.

Come è bello il suo proseguire : « non a noi, o Signore, non a noi, ma al tuo nome dà gloria per la tua misericordia e per la tua fedeltà. Benedici, o Signore, quanti ti temono grandi e pusilli. Il cielo altissimo, o Signore, lo hai fatto per te : la terra tu l'hai data ai figliuoli degli

uomini. Non i morti ti loderanno, o Signore. Noi viventi ti benediciamo e ti benediremo ora e in perpetuo ».

Questo sentimento di riconoscenza al Signore per la grazia diffusa nel cuore di tutto il clero e del Popolo Romano in questi giorni del Sinodo è la prima nota di questo incontro domenicale vespertino, di cui ciascuno porterà con sè il ricordo più tenero e soave.

Per chi conosce ed ama i suoi figliuoli come il Vescovo di Roma li conosce, li apprezza, li ama, è facile comprendere Che questa del Sinodo sia stata una grande e soprabbondante grazia, non fosse altro perchè «mentisce qualche asserzione udita qua e là che fra il tramestio, sovente violento, delle umane passioni nella ricerca dei beni della terra, la presenza e la voce della Chiesa Cattolica, della Chiesa Romana peída sempre più — si crede — di risonanza e di efficacia, Il Sinodo assicura invece tutte le anime di buòna fede che la Santa Chiesa Romana tiene in attività di servizio pastorale e di apostolato futuro, delle riserve preziosissime, che la preparazione del Sinodo e dei suoi nuovi ordinamenti hanno fatto conoscere, aprendo il cuore di tutti alle più belle speranze.

Certo l'applicazione delle Costituzioni Sinodali sarà un lavoro immenso, atteso il convenire troppo rapido a Roma e la difficile assistenza di genti e di genti, da ogni punto d'Italia sino a quadruplicare la popolazione di 50 anni or sono. Ma chi è forte come il nostro Signore Iddio Salvatore del mondo? ***Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in coelo et in terra?*** [1]

Intanto il Sinodo è fatto per la vita presente e per l'immediato avvenire. ***Nos qui vivimus benedicimus Domino.*** Questo è il nostro primo dovere : ringraziare Iddio e prendere coraggio.

IMPONENTE MANIFESTAZIONE DI FORZA SPIRITUALE

Amiamo innanzitutto riconoscere che questo Sinodo Romano è riuscito una grande manifestazione di forza spirituale, a cui faremo ricorso nel proseguimento dei nostri sforzi per realizzare in noi e intorno a noi ciò che è e deve essere ordine e santificazione della nostra-vita nella Chiesa.

Inaugurandolo la scorsa Domenica a S. Giovanni in Laterano, accennammo alla maestà e alla bellezza degli otto grandi quadri su cui doveva distendersi, e si distese felicemente, la rinnovata legislazione di

[1] ***Ps. 112,*** **5-6.**

•carattere pastorale, legislazione ben preparata dalle otto sottocommissioni che raccoglievano il fior fiore della sacra dottrina, teologica, ascetica e pastorale. Eccone ancora le denominazioni: 1) le persone, 2) il magistero, 3) il culto divino, 4) i Sacramenti, 5) l'azione apostolica, *6) l'educazione cristiana, 7) le cose : chiese, case, monumenti : amministrazione, 8) assistenza e beneficenza.

Grande punto di convegno dalle regioni d'Italia, e da tutte le nazioni 4el mondo cattolico questa Roma nostra immortale, che può disporre di una folta ed eletta schiera di ecclesiastici, anime nobili e pie, esercitate nel magistero e nella distribuzione della scienza sacra : teologica, ascetica, liturgica, giuridica, artistica, e nella pratica esperienza della ^amministrazione specializzata di ordine economico e temporale dei beni ecclesiastici.

Voi avrete l'occasione di rendervi conto esatto, venerabili Fratelli e diletti figli — a Costituzioni Sinodali definitivamente approvate — delle magnifiche risultanze di questo sforzo individuale e collettivo che abbiamo potuto seguire da vicino, ed a cui i nostri consultori Sinodali «diedero chiaroveggenza e coltura, cuore saldo e sacerdotale, saggezza e discrezione mirabile secondo lo spirito delle leggi del Signore.

È ben naturale che tutto venga veduto nella luce della fede cristiana <e della sana dottrina, che è alla base dell'ordine individuale, domestico «e sociale, e nella fedeltà agli insegnamenti di Cristo, con distinzione netta da ogni altra concezione della vita e della storia. Il Nostro pensiero direttivo è quello di San Pietro e di San Paolo espresso in vario tono melle lettere che l'uno e l'altro scrissero ai Galati della prima evangelizzazione apostolica.

Del pensiero di San Pietro demmo già saggio nelle nostre conversazioni Sinodali al Clero. San Paolo in una grande questione di distinzione, di distacco netto dalla Sinagoga, di libertà, richiama le avventure del patriarca Abramo che ebbe prole da due donne, la figlia del deserto, e la figlia della promessa. Il richiamo antico è di una grande trasparenza per giudicare delle posizioni moderne e attuali di pensiero «e di vita. A queste due donne corrispondono due città dallo stesso nome -di Gerusalemme : la prima è quella *in monte Sina in servitutem gênerons, quae est Agar:* città che vive da *serva coi suoi figliuoli:* l'altra è la *Ierusalem quae sursum est, quae est mater nostra.* Essa non è la figlia «del deserto : ma è la figlia della promessa da cui noi proveniamo. San Paolo scrive che queste cose *sono state dette per allegoria.* E noi ^sappiamo che l'allegoria di allora è da venti secoli la realtà del Cri-

stianesimo perenne, e non essendo appunto noi figli del deserto, ma figli della promessa da Dio mantenuta agli uomini di buona volontà, ci sentiamo tanto più congiunti alla nostra Roma, a questa Gerusalemme der nuovo patto, *quae est mater nostra,* esultante di quella libertà alla quale Cristo ci ha ricondotti.[2]

Venerabili Fratelli e diletti figli, ringraziamo gli Apostoli Pietro e Paolo, che dal fondo della prima età ci riconfermano e ci incoraggiano nella professione di questa dottrina.

FIRMA FIDES : SPES INVICTA : CARITAS EFFUSA

Ai principi fondamentali che regolano la nostra condotta in faccia a Dio e in faccia agli uomini, deve accompagnarsi come frutto caratteristico del Sinodo Pesercizio delle virtù teologali che danno la linea esatta del Cristiano, del cattolico perfetto. Sono tre e voi le avete familiari : la fede, la speranza, la carità. Sta bene segnarne, al solo nominarle, l'aureola che le fa splendide e conquistatrici.

Firma fides — spes invicta — caritas effusa.

Firma fides. Dai vagiti della nostra infanzia presso il fonte battesimale, ai sospiri estremi della vita nel ritorno di ciascuno di noi al Padre celeste, è il Credo Apostolico che ci accompagna. È un conforto per il sacerdote che assiste il moribondo, sovente povero peccatore, come tanti, come tanti, il ripetere con lui e per lui : Signore, questo cristiano che sta per morire è un poveretto rapito dai fascini della giovinezza o indurito dalle ostinazioni della vecchiaia : ti ha offeso più volte ; si è lasciato distrarre dall'incantesimo del mondo, dai piaceri, dagli affari : *tamen fidem non negavit.* Siigli buono e misericordioso.

Il buon cristiano, però, innanzitutto nel fervore della giovinezza e della feconda maturità, deve rendere questa fede profonda ed attiva, illuminatrice dei suoi passi, delle sue decisioni, del compimento dei suoi più alti doveri, in famiglia e nei contatti della quotidiana convivenza, in esempio ed in incitamento.

Iustus autem meus ex fide vivit.[3] Per l'intellettuale la fede è come lampada accesa che aiuta alla ricerca del vero in ogni ordine della investigazione umana. La espressione : *fides quaerens intellectum* riflette i suoi raggi sopra molteplici aspetti dell'ordine scientifico. Per uno

[2] Cfr. *Gal.* 4, 22-31.
» *Hebr.* 10, 38.

scienziato non è un onore essere o professarsi miscredente. È invece povertà di spirito, ignoranza di se stesso, e presunzione pericolosa.

C'è poi la difesa della fede che vuole essere riguardata come una fortezza, *firma fides* veramente : la diffusione della fede che è apostolato benemeritissimo, perfezione di spirito cristiano, motivo grande di onore nella Santa Chiesa di Dio che chiede operai per il buon apostolato di conquista in tutto il mondo.

Che dire di quanti aggiungono al lavoro di difesa della verità e della fede cattolica il sacrifìcio di sofferte persecuzioni, egualmente, se non più feroci di quelle dei tempi antichi? Óon commozione profonda e con pienezza di adesione del cuor Nostro, nel terzo giorno del Sinodo, l'onorabile Assemblea del Nostro Clero, volle mandare un saluto vibrante di solidarietà e di fraternità incoraggiante ai fratelli tribolati, sacerdoti e laici della Chiesa del Silenzio.

Questi sono degni di ammirazione e di pietà, ma maggior commiserazione meritano i loro persecutori che in Dio sono pure fratelli nostri, i quali dopo duemila anni di storia cristiana rimangono ancora così ciechi da non rendersi conto che Gesù sarà sempre il Re glorioso ed immortale dei secoli: e che questa sarà ancora e sempre la fede che vincerà il mondo. *Victoria quae vincit mundum : fides nostra.*[4]

Spes invicta. La fede cristiana è ben definita : « sostanza di cose sperate, argomento di non apparenti ».[5] Certo a riguardare la violenza della dilatazione dell'errore anticristiano, la diffusa infatuazione circa la nuova concezione dei beni della terra condotta al punto da rendere persuasi non pochi mortali che i cieli sono vuoti, e che non c'è per l'uomo che il Paradiso terrestre da godere, ed anche questo senza limitazioni di ardimento, almeno per i più audaci e i più facinorosi, e che ogni ideale quaggiù debba consistere nel trionfo della triplice concupiscenza, l'anima si rattrista e il coraggio di fare il bene minaccia di attenuarsi e subire forte tentazione di scoraggiamento. Questo per chi è debole, e per chi è stanco, per chi è neghittoso.

Ma le parole di Cristo hanno riempito le pagine del Vangelo, ed hanno riempito il mondo di coraggio incitatore, e della letizia che viene ad ogni anima retta dalla coscienza del proprio dovere cristiano compiuto, e della sicurezza della solenne sentenza di Gesù Cristo : *qui cre-*

[4] *1 Io.* 5, 4.
[5] Cfr. *Hebr.* 11, 1.

diderit et baptizatus fuerit, cioè chi è passato per la porta santa della sua redenzione, *salvus erit: qui vero non crediderit condemnabitur.*[6] Fra noi, figli della luce, anche la morte non fa paura ad alcuno, la fede teologica si affida con tutta sicurezza alle promesse di Gesù : e la speranza è Certezza. *Ego sum resurrectio et vita.*[7] Ohe parole! Chi vi aderisce con fede ed amore vivrà in eterno : *Omnis qui vivit et credit in me, non morietwr in aeternum.**

Arrivati a questa realtà di vita umana e cristiana, può parer strano che dopo due mila anni di esperienza religiosa e di Vangelo diffuso e vissuto, ci sia ancora chi ha il coraggio di dirci che tutta la storia della Chiesa Cattolica, che tutto il Cristianesimo non è che il prolungarsi sulla vita del mondo di una grande favola, che è necessario dissipare, per rifare tutto di nuovo.

Lasciamo questi illusi alla loro apparente ingenuità, e prepariamoci a continuare l'esercizio della speranza, invitta perchè è sicurezza della parola del Signore a riguardo nostro a cui è riservato il grande conforto **finar** le, ea grande delusione dei miscredenti per la inanità definitiva dei loro sforzi : lungo la via forse converrà a noi soffrire qualche pressione da loro parte. *In mundo pressurant habebitis : sed confidite, ego vici mundum.*[9] Queste parole vi ho detto affinchè il mio gaudio sia sempre in voi, e sia gaudio completo.[10]

Caritas effusa. Proseguì nelle sue amabili confidenze il nostro Signore coi suoi : Questo è il mio precetto : che voi vi vogliate bene fra di voi a vicenda come io vi ho voluto bene. E l'amore fra voi deve essere tale da disporvi a dare anche la vita per i vostri amici.[11] Veramente grande insegnamento questo della carità. In esso, nella sua pratica applicazione si riassume la sostanza viva di tutto il Cristianesimo, di tutta la Chiesa. La legislazione ecclesiastica di cui si compongono le Costituzioni Sinodali ha come punto centrale di irradiazione la carità : quella che dei servi fa degli amici di Dio, del sacerdozio un ministero altissimo a benefìcio di tutta la Chiesa, che è quanto dire non solo degli ecclesiastici, ma attraverso l'azione di questi, a benefìcio di tutto l'ordine so-

[6] *Marc.* 16, 16.
[7] *lo.* 11, 25.
[8] *Ibid.* 11. 26.
[9] *Ibid.* 16, 33.
[10] *Io.* 15, 11.
[11] Cfr. *Ibid.* 15, 12-13.

ciale. Dalla amministrazione dei Sacramenti, che è distribuzione della grazia celeste che irrora e fa fiorire tutta la terra, alla direzione delle forme svariate e molteplici di benefìcio sociale: culto, insegnamento, assistenza, opere innumerevoli protese a tutte le svariate circostanze della vita umana, tutto diviene compito nobile e generoso, impiego santo e benedetto delle energie sacerdotali. Talora, troppo spesso, lo spirito mondano è ingiusto nell'apprezzamento dei benefici che il sacerdozio dì Cristo, distribuito come è nelle sue varie gradazioni di clero secolare e di clero regolare, ugualmente degni di rispetto, continua a rendere all'ordine civico e sociale. Nella Nostra ormai lontana giovinezza Ci accadeva di sentire da varie parti l'invito al clero di uscire di sacrestia. Oggi invece qualcuno dagli umori mutati vorrebbe che il clero tornasse in sacrestia ai suoi compiti strettamente liturgici, dimenticando che il clero deve seguire gli insegnamenti e gli esempi di Cristo Gesù che sapeva visitare il tempio e passare le notti in preghiera, ma di giorno era costantemente occupato col popolo, colla sua gente di Giudea e di Galilea a predicare, a incoraggiare, in servizio della carità, anche a fare miracoli, vero buon pastore come egli si dichiarò, pieno di sollecitudini per il gregge suo.

Cari Fratelli e figliuoli, aiutiamo il nostro tanto buono e zelante e pacifico clero a santificarsi, perchè ai suoi sforzi corrispondendo la benedizione del Signore, questa si riversi su tutte le famiglie per l'opera sacerdotale distinta, operosa, benefica.

Oggi domenica 31 gennaio ricorre la commemorazione liturgica di San Giovanni Bosco. Questo nome è un poema di grazia e di apostolato : da un piccolo borgo del Piemonte ha portato la gloria e i successi della carità di Cristo ai confini più lontani del mondo. Al suo nome benedetto la Santa Chiesa associa i suoi Santi conterranei Giuseppe Cottolengo e Giuseppe Cafasso : e al richiamo di questa triade si risvegliano i ricordi di innumerevoli sacerdoti umili e grandi eroi della carità, che in Italia, nelle antiche diocesi, come in tutte le nazioni di Europa e del mondo dove la Chiesa di Roma estende i suoi padiglioni, perennano le manifestazioni dello zelo sacerdotale e pastorale ardente e fedele.

DOPO IL SINODO DIOCESANO, IL CONCILIO ECUMENICO

Venerabili Fratelli e diletti figli : uno dei compiti più caratteristici della carità di Cristo è quello di unire. Nel Vangelo secondo Giovanni questa dottrina, questa grazia, questa bellezza dell'unione

trova accenti mirabili. Sono colti dalle labbra di Cristo Gesù, dal suo Cuore divino, dal gocciare del sangue del suo sacrifìcio e del suo Sacramento. Gesù, Verbo Divino unito al Padre suo, divenuto per la Incarnazione il fratello primogenito nella famiglia nuova dell'umanità redenta. Questa famiglia è la Chiesa, la Chiesa una, santa, cattolica ed apostolica che per divina disposizione è fatta per essere diffusa per tutto il mondo : ma il cui centro è a Roma, poiché qui prese terra la barca di S. Pietro, e qui si mantenne ancorata non per un corso di anni ma per venti secoli, e lo è ancora solidamente e vigorosamente. Roma ha il suo clero e il suo popolo, a cui S. Pietro, il suo primo Vescovo, non rifiuterebbe certo di trasferire l'elogio con cui salutava le prime e fervorose comunità dell'Oriente : *Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.*[12]

Ora questa Diocesi di Roma ripiegandosi su se stessa con questo suo Sinodo, volto lo sguardo del suo clero e del suo popolo alle finalità più alte della sua vita religiosa e sociale, si appresta con rinnovato fervore a proseguire il compito affidatole dalla Provvidenza celeste di punto centrale della Cristianità.

In pochi mesi ha preparato e celebrato questo Sinodo : e preghiamo il Signore che le dia la grazia e la forza di fare onore ai buoni propositi qui concepiti, di vita santa, ordinata ed esemplare, in *signum gentium.*

Dopo il Sinodo presieduto dal Vescovo di Roma chiediamo al Signore Gesù, fondatore della Santa Chiesa, la grazia per il Vicario di lui, *Papa, Vicarius Christi,* di convocare e di celebrare il Concilio Ecumenico, che dovrà essere il XXI della serie dai primi secoli ad ora, dal titolo di « Vaticano II ».

L'avviamento alla sua preparazione è già confortante oltre le più ampie previsioni.

Figliuoli carissimi, coraggio e confidenza nel Signore. Non crediate che in questo proposito della celebrazione del Concilio l'attuale *Servus Servorum Dei,* che vigila il sacro deposito della eredità di S. Pietro, tenga o sospiri di vivere a lungo per condurre a termine il grande divisamento e di vederlo coi suoi occhi coronato. *H Harem, datorem diligit Deus* : [13] questo è motivo di quiete e di pace alla sua persona. E poi *iam voluisse sat est.* Alla gloria delle grandi imprese basta la volontà di avervi cooperato.

[12] ***1 Petr. 2,* 9.**

[13] ***2 Cor.* 9, 7.**

Abbiamo confidato il compito di ama speciale assistenza,e protezione celeste sul futuro Concilio a tre Santi gloriosi le cui tombe sono tesoro sacro di questa venerabile Basilica di S. Pietro, tempio massimo della Cristianità, cioè due Patriarchi di Oriente ed uno dei Papi più grandi della Storia : i Patriarchi di Costantinopoli S. Gregorio Nazianzeno, San Giovanni Crisostomo; e S. Gregorio Magno romano di nascita, di pensiero e di cuore. Possiamo ben confidare che dalle regioni celesti, come dai sacri silenzi di questa Basilica si-uniranno in coro presso le sacre memorie di S. Pietro e di S. Paolo gli altri Pontefici dal frale qui dormiente *in somno pacis,* ed onorati dal cnlto ufficiale della Chiesa, i Leoni, i Gregor!, S. Pio X, il Beato Innocenzo ed altri meno noti.

TRE GRANDI DEVOZIONI :
IL NOME, IL CUORE, IL SANGUE DI GESÙ CRISTO REDENTORE

L'esperienza del primo anno delle sollecitudini pastorali del nuovo Vescovo di Roma che vi parla ha dato la sensazione di una certa vaghezza di alcune anime devote e pie, ad avviare devozioni particolari, titoli nuovi e di culto con ispirazioni di carattere locale, che danno l'impressione di lasciare campo alla fantasia e poco alla concentrazione dello spirito. Amiamo invitarvi, al termine del Sinodo, a tenervi familiari a ciò che è più semplice e più antico, nella prassi della Santa Chiesa. Nostro Signore Gesù, come è detto nel Vangelo, ha insegnato una sola preghiera ed è il *Pater noster.* Oh ! che sublime preghiera, che comprende tutto e non si esaurisce mai. S. Giovanni ci ha conservato il testo della preghiera fatta da Gesù al Padre nell'ora mesta dell'addio implorando la grazia dèlia unione perenne dei discepoli fra di loro e con Lui e col Padre.

Non di più. Ad illuminare e ad incoraggiare Federazione a Gesù niente di meglio che meditarlo ed invocarlo nella triplice luce del suo Nome, del suo Cuore, del suo Sangue.

Il grande Santo, popolarissimo nel secolo xv in Italia, Bernardino da Siena, fu il cantore felice ed entusiasta del Santo Nome di Gesù a cui è dedicata una letteratura copiosa ed una glorificazione artistica dai riflessi e dai richiami soavissimi e commoventi.

Dopo le rivelazioni di Paray le Monial il Cuore di Gesù prese possesso di tutte le anime pie di allora, a parte qualche inconsulta contraddizione ormai dispersa : e il suo culto trionfa nei cuori, nei templi e nelle istituzioni che da esso presero nome e risonanza.

E il Sangue? Oh ! il Sangue preziosissimo di Gesù, che ci permette di chiedere umilmente al Signore il perdono dei nostri peccati, sta bene raccomandato specialmente a noi sacerdoti e fedeli della diocesi di Roma essendo una gloria tutta splendente del Clero Romano quel Santo sacerdote nato sull'Esquilino poco prima della Rivoluzione Francese, diciamo S. Gaspare del Bufalo, che fu il vero e più grande apostolo della devozione al Preziosissimo Sangue di Gesù nel mondo, e fondatore di una Congregazione Missionaria che vive e prospera sotto questi auspici. È ad onore di S. Gaspare del Bufalo, giovane prete morto appena cinquantenne ad Albano, che si attribuiscono quelle parole di risposta all'uomo più potente del suo tempo che imponeva un giuramento di fedeltà : « Io non posso, non debbo, e non voglio », e preferì l'esilio alla viltà.

Venerabili Fratelli e diletti figli : vi abbiamo trattenuto col Nostro Conversare un po' più a lungo che non facessimo di consueto nelle tre giornate del Sinodo. Toccando vari argomenti abbiamo finito per trovarci come sulla vetta del Calvario. Oh ! la bellezza, oh ! il rapimento di questa visione finale.

Innanzi a noi il nome di Gesù in tre lingue sopra il capo del Crocifisso : il Cuore di Gesù palpitante nel suo petto divino nell'ansia del sacrificio estremo : il Sangue di Gesù prorompente dall'aperta ferita come da sorgente inesausta ed inesauribile a vita e a redenzione universale.

Due testimoni accanto alla Croce: la Madre di Gesù e il discepolo prediletto. O Maria, o Maria, tu sai come qui sei acclamata : *Salus populi Romani*, e come l'umile Vescovo di Roma ogni giorno ti chiama e ti invoca : *Regina Apostolorum, Regina Cleri, Auxilium Christianorum, Auxilium Episcoporum.* Queste parole bastano a dirti la soavità del nostro amore per te, Madre di Gesù e Madre nostra, ed a supplicare la tua misericordia per noi, tuoi figli devotissimi e buoni.

BEATISSIMO P ATEI
CLERUS POPULUS QUE ROMANUS GRATIAS AGIT
AC VOTA FUNDIT

POST SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIONEM, EXC. P. D. ALOISIUS TRAGLIA, SACRAS IN URBE VICES GERENS CONSILIIQUE SYNODO APPARANDAE PRAEPOSITI PRAESES, CLERI AC POPULI ROMANI NOMINE, BEATISSIMO PATRI GRATES EGIT HISCE VERBIS :

Beatissimo Padre,

al termine delle solenni assise del primo Sinodo Romano, consentitemi, Padre Santo, di rendermi interprete della profonda e lieta gratitudine del clero e del popolo Romano per la nuova, solennissima prova di sollecitudine e di affetto che avete voluto dare alla Vostra diocesi.

In questi giorni di preghiera e di studio, noi tutti abbiamo sentito più viva e commovente l'ansia apostolica, che costantemente ispira i pensieri e l'azione di Vostra Santità ; e ciascuno di noi, in sincerità e fervore, ha riesaminato la sua vita, ha formato nuovi propositi di santità, ha sentito più forte che mai la gioia ed il privilegio della vocazione sacerdotale.

I sacerdoti e i religiosi di Roma si stringono ora attorno a Voi, Beatis simo Padre, per ringraziarvi delle parole così profonde e pastorali, con cui avete lumeggiato le grandezze e i doveri del nostro ordine e per averci offerto il dono di questo Sinodo con il suo complesso di regole efficienti, che promuoveranno sempre più lo splendore del culto divino ed il comune impegno di vita cristiana dei sacerdoti e dei fedeli di questa Alma Città.

Redemptis sanguine Christi, feliciter!

Ora, al termine dei lavori la nostra preghiera si innalza al Cielo, perchè, come la celebrazione del Sinodo è stata visibilmente benedetta da Dio, così discenda copiosissima la sua grazia a confermare il nostro rinnovato proposito ; a sostenerci nel cammino che si apre, ricco di speranze, davanti a ciascuno di noi ; a far sì che « le disposizioni sinodali ci trovino docili all'obbedienza, pronti all'azione, generosi nel sacrificio ». E specialmente chièdiamo al Signore che Vi conceda, Padre Santo, di raccogliere frutti abbondanti e copiose consolazioni dalla vasta ed instancabile Vostra attività pastorale.

ioanni Summo Pontifici et universali Papae vita, vita, vita!

Noi Vi promettiamo, con l'aiuto di Dio, di non mancare alle speranze che sono riposte in noi e, con il proposito di camminare sempre più degnamente nella vocazione in cui siamo stati chiamati, Vi rinnoviamo ancora l'espressione della nostra gratitudine più profonda e duratura.

Padre Santo, benediteci.

SUMMI PONTIFICIS RESPONSIO

(Jaro Monsignore, venerabile Fratello!

Le parole con cui, avete espresso il sentimento unanime della diocesi di Roma : del venerato Cardinale Vicario, del clero, e di questa esultante assemblea di ecclesiastici, di religiosi, di religiose e di laici, danno il coronamento alla commossa letizia della Nostra anima.

Le celebrazioni dei giorni scorsi furono eloquenti per tutti ; e particolarmente incoraggianti per il Nostro cuore di Vescovo. Siamo pertanto lieti di rendere testimonianza di lode alla presenza ed alla viva voce del clero, alle sue *acclamationes* di consentimento, ai suoi propositi di rinnovamento personale e di ambiente, di cui molteplici messaggi, provenienti anche da varie parti del mondo, Ci fecero gustare l'edificante preludio.

Ci piace rivolgere un pensiero, egualmente grato, quanto paterno, ai vari servizi, che cooperarono alla buona riuscita dell'avvenimento : in particolare alla, Radio Vaticana ed a *U Osservatore Romano,* cui corrisposero in eco di rispetto moltissime altre voci vicine e lontane.

Venerabile Fratello ! Ci avete detto grazie per avere ideato e convocato il.primo Sinodo della diocesi di Roma; e Noi accogliendo nel Nostro cuore, con rinnovato palpito di paternità, i singoli membri del clero diocesano secolare e regolare, Ci sentiamo come presi da un'onda di inesprimibile tenerezza.

In realtà : il Signore ha ispirato l'avvenimento, lo ha condotto a felicissima attuazione, e già permette di prevedere la nuova circolazione di fervore ecclesiastico di cui saremo attori e testimoni, e di generosa cooperazione del laicato al servizio apostolico nella città di Roma.

Diletti figli delle Commissioni Sinodali ! Avete lavorato con prnden-

za, con amore, con impegno intelligente e con sguardo lungimirante. E voi, diletti sacerdoti in cura d'anime, avete compreso che il Sinodo è uno strumento posto nelle vostre mani, a vostra utilità, per il compimento più esatto, nobile e proficuo del ministero sacro. E voi tutti, ecclesiastici del clero secolare e regolare, che l'obbedienza ha chiamato ad un ufficio in quest'alma Città, avete avvertito in fondo all'animo come la voce amabile e supplichevole di Gesù, Gesù *buon Pastore,* invitante tutti, tutti, senza eccezione, a lavorare, ciascuno al posto suo e con santo entusiasmo, per i compiti altissimi, che in ogni situazione particolare e circostanza sono sempre presenti e preminenti, dell'annuncio del Vangelo, della salvezza delle singole anime, della santificazione del popolo cristiano.

Oh santa città di Roma, così amata da Dio, prediletta e privilegiata con sovrabbondanti doni di natura, di arte, di tradizioni, di religione e di grazia! possa tu in ogni tempo corrispondere alla tua preclara vocazione, in faccia al mondo ed al cospetto della Chiesa universale. Possa tu esprimere con la voce, con le opere, con gli esempi del popolo tuo nativo, squisitamente saggio e generoso, e di quanti dai vari punti d'Italia e del mondo qui convengono, esprimere — diciamo — la sostanza viva del Vangelo : che è annuncio di redenzione e di pace, presidio di vera civiltà, ornamento ed arricchimento della persona umana, delle famiglie e dei popoli.

; LAUDES SEU ACCLAMATIONES

IN PETRIANA BASILICA POST EXACTAM SYNODUM SOLLEMNITER DECANTATAE, ROMANO PONTIFICE GESTATORIA SELLA PER MEDIUM POPULUM DELATO.

Scliolá et Chorus alternatim:

Christus vincit ! Christus regnat ! Christus imperati

Schola:

1. Exaudi, Christe.

Chorus :

Ecclesiae sanctae Dei salus perpétua.

Schola:

Redemptor mundi.

Chorus:

Tu illam adiuva.

Schola:

Sancta Maria.

Chorus:

Tu illam adiuva.

Schola:

Sancte Ioseph.

Chorus:

Tu illam adiuva.

Schola :

Sancte Michael.

Chorus :

Tu illam adiuva.

Bepet. Christus vincit! *ut supra.*

Schola :

2. Exaudi, Christe.

Chorus:

Ioanni Summo Pontifici et universali **Papa3** vita !

Schola:

Salvator mundi.

Chorus:

Tu illum adiuva.

Schola:

Sancte Petre.

Chorus:

Tu illum adiuva.

Schola:

Sancte Paule.

Chorus:

Tu illum adiuva.

Schola :

S. Eminentissimis ac Reverendissimis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, cum multis annis, gloria atque felicitas!

Chorus :

Gloria atque felicitas !

Schola:

Multos annos cum gloria et felicitate Dominus concedat, ad Ecclesiae suae ornamentum et defensionem.

Chorus :

Gloria atque felicitas !

Schola:

Sacrosancta Romana Synodus : eius fidem confiteantur, eius Decréta semper servémus.

Chorus :

Semper servémus.

Schola :

His Decretis inhaerentes, digni reddámur misericórdiis et gratia Primi et Magni Supremi Sacerdotis Iesu Christi Dei; intercedente simul inviolata Domina Nostra, Sancta Deipara, María, et ómnibus Sanctis.

Chorus :

Fiat, fiat. Amen. amen.

Schola et Chorus alternatim :

4. Eex regum ! Rex noster ! Spes nostra ! Gloria nostra Î Misericordia nostra ! Auxilium nostrum ! Fortitudo nostra ! Arma nostra in vietissima ! Murus noster inexpugnabilis ! Defensio et exaltatio nostra ! Lux, via, et vita nostra !

Repet. Christus vincit ! *ut supra.*

Omnes:

5. Ipsi soli imperium, laus et iubilátio per infinita saecula saeculorum. Amen.

Schola:

6. Témpora bona veniant !

Chorus :

Pax Christi veniat !

Schola:

Redemptis sanguine Christi :

Alternatim :

Feliciter! *ter.*

Omnes :

Regnum Christi veniat ! Deo gratias ! Amen.

Romanae Synodi Statuta seorsum postea edita prodibunt

INDEX

ITALICUS ALLOCUTIONIS TEXTUS A BEATISSIMO PATRE HABITAE AD SACRORUM ALUMNOS :

I PAG.-

BEATISSIMI PATRIS ALLOCUTIO AD SACRAS VIRGINES IN URBE SUAM ECCLESIAE ADIUTRICEM OPERAM NAVANTES :

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO :

ITALICUS PONTIFICIAE ALLOCUTIONIS TEXTUS, AD TERMI- - N AND AM SYNODUM ROMANAM :

: i

An. et vol. LII 7 Maii 1960 (Ser. III, v. II) - N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

SACRA CONSISTORIA

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xxvin mensis Martii anno MCMLX, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium Secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Tisserant detulit ac reddidit perulam Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Micara, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii Cardinalium Camerario.

II - ALLOCUTIO SS.MI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Cotidiano insistentes labori, qui divinae gratiae munere sanctificatur, vehementi gaudio affici solemus, cum ii crebro Nos adeunt, quos adiutores habemus dignitate amplissimos et pro crediti officii ratione praecipuos in gubernanda Ecclesia Dei; qua in re haec libenter iteramus verba: *Nos qui vivimus benedicimus Domino.*

Perplacet enim Nobis opus, quod in omnibus Romanae Curiae Sacris Consiliis atque Officiis recte dispositeque fieri contingit, singulis diebus propius cognoscere; et affirmare gestimus saltem ad praesens usque tempus nihil extra ordinem habitum esse, ad illud opus quod attinet, nisi cotidianam sollicitudinem, quae animos omnium pungit iisque angorem inicit et anxietatem, propterea quod tot Sacri Pastores, Nobis sane carissimi, in ea versantur rerum condicione, ut aut nulla ipsorum notitia ad Nos perveniat aut praegraves iidem sustineant poenas ob fidem strenue atque intrepide Christo eiusque Ecclesiae servatam.

Maesto igitur animo egimus coetum, ut desideratissimi Cardinalis Aloisii Stepinac, Archiepiscopi Zagrabiensis, sacram recoleremus memoriam, quem arbitrari Nobis libet caelitus praesidio obtegere terram natalem suam, in qua ipse ac Sancta Ecclesia tot pertulerunt cruciatus; ac dolore perculsi Nobiscum reputamus vexationes crudeles pluribus in locis ingravescere, saevioresque fieri, contra religionem, christianum civilem cultum, debitamque libertatem, qua singuli omnesque simul homines fruantur oportet.

Calamitosis ergo temporibus, quae adhuc perdurant, urgetur Ecclesia; quod nos impellit, ut preces fundere incensis pergamus mentibus et coniunctis animis dolores participemus, unde communia merita et, quemadmodum fore confidimus, pignus victoriae expectamus *in multa patientia.*

Verum autem solacium recentioribus hisce temporibus cepimus ex eo, quod Prima Synodus Romana felici est exitu peracta.

Summum enim studium et consensio sacri Cleri, qui, candida apertaque pectora pandens, pluries animum commovit Nostrum, documentum praebuerunt voluntatis ardorisque sacerdotalis et apostolici; quod quidem valuit ad pios sensus excitandos, spemque attulit bonam vitam religiosam christianamque talem esse futuram, ut praeclariores aetates Romae adaequaret, quae sedes est Petri eiusque apostolici muneris, et

perinde ac Lateranensis Basilica, *omnium Ecclesiarum mater et caput.*

In hoc Consistorio, quemadmodum in utroque evenit, quod antea celebravimus, res potior est novorum Patrum Cardinalium creatio; qui nunc quidem nova amplioreque etiam ea ratione electi sunt, ut terrarum ambitus, unde essent arcessiti, patesceret latius; scilicet in Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium cooptati sunt lectissimi optimeque meriti Viri ecclesiastici, qui ad sat magnas pertinent Dominici gregis partes^ quae, in longinquis quidem regionibus dispositae, tamen religiosae vitae actione commendantur, multamque de se faciunt exspectationem. Itaque inter Purpuratos Patres erit unus e Japonia, unus ex Insulis Philippinis, unus e Tanganica in finibus Africae Orientalis: omnes pariter Sacri Ecclesiae Senatus Principes creati ad gloriam Dei, qui populos ad sanctimoniam vocat nullo habito discrimine linguae, generis, coloris, et ad cunctos eundem faustum nuntium iubet afferri, secundum illud: *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae: docete omnes gentes.*[1]

Hic eventus, qui in Ecclesiae fastis et in populorum annalibus primum recensetur, veterem doctrinam plane confirmat nec non morem antiquitus traditum, quem catholica Ecclesia viginti saeculorum decursu fideliter servavit; a tempore nempe, quo Philippus diaconus baptismum contulit potenti administro reginae Candacis Aethiopum, ut Sanctus Lucas in Actibus Apostolorum testatur,[2] usque ad miranda prorsus incrementa quae nostra aetate sacrae catholicae Missiones in Africae regionibus susceperunt, ad quas quidem oculos mentemque Nostram non sine suavi animi delectatione firmaque spe convertimus. Christus Iesus, qui omnium hominum omniumque populorum Redemptor est, sua cuique Nationi matura tempora praestituit; Ecclesia autem harum Nationum progressibus materna cura

[1] *Marc.* 16, 15; *Matth. 28,* 19.
[2] Cfr; *Act. Ap.* 8, 26-40.

adest, dolet et solacium ipsis affert, si asperrimae rerum adversitates forte occurrant, earumque glorias ac partas spirituales victorias exsultans celebrat meritaque laude prosequitur.

Magna quidem suavique animi dulce dine afficitur sacerdos, quotiescumque mane sacris operatur, propterea quod preces Canonis incipit caelesti Patri Divinum Sacrificium offerendo, una cum Filio eius Iesu, in primis pro Ecclesia sancta catholica, ut eam « pacificare, custodire, adunare et regere » dignetur « toto orbe terrarum». Diligenter vim perpendi te horum quattuor verborum : *pacificare, custodire, adunare, regere toto orbe terrarum,* quae quidem in mentem revocant illam vitae ubertatem illamque spiritualis regiminis firmitatem, quibus Ecclesia Dei, utpote una, sancta, catholica et apostolica, in amplissimis suis tabernaculis perfruitur.

Has Ecclesiae notas luculenter significat ipsum Sacrum Cardinalium Collegium, praeclarissimis Viris hodie auctum, qui ex nobilibus Dominici gregis partibus orti sunt, quae plura iam saecula spirituales catholicae Ecclesiae divitias plene assequi contendunt.

Alterum autem Concilium Oecumenicum Vaticanum celebrandum, ad quod curas cogitationesque Nostras convertimus, quodque magno iam cum gaudio, non sine quadam animi trepidatione praestolamur, tertiam hanc Patrum Cardinalium creationem, utpote novis opportunitatis rationibus innixam, magnopere suadet eique non leve tribuit momentum.

Concilium Oecumenicum profecto opus grande est, idemque ingentem virium copiam expostulat; quae quidem, si a viris suppeditetur, qui amplissima auctoritate polleant atque ad varias Nationes pertineant, id commodi procul dubio afferre potest, ut nempe clarius innotescant diversae locorum necessitates, ut melius varia doctrinae disciplinaeque capita declarentur, utque christianae vitae christianique apostolatus incrementum efficacius promoveatur.

Interea autem Patrum Cardinalium complurium nomina-

tio, quos e diversis terrarum orbis partibus, postremis hisce mensibus, Nobis deligere placuit; prosper exitus Dioecesanae Romanae Synodi nuperrime celebratae; copiosa, quae ad hanc Apostolicam Sedem affluunt, responsa, ad multiplices quaestiones spectantia, quae singulis catholici orbis Episcopis propositae fuerant, ut de iisdem libere mentem suam aperirent, itemque responsa, quae pariter a catholicis studiorum Universitatibus atque ab Institutis omnibus, sacrae doctrinae altius excolendae destinatis, exspectantur, quandoquidem haec etiam studiorum domicilia ad respondendum sunt invitata; adsidua denique et solacii plena observantiae testimonia, quae personae Nostrae, quamvis exiguae et humili, omnes Patres Cardinales, Episcopi, Clerus ac totius orbis gentes exhibent: haec omnia, dicimus, id efficiunt, ut Nos pace quadam sancta et placidissima fruamur, ac serena fiducia futurum prospiciamus aevum.

Quam ob rem, ex hoc compositi animi tranquillitatis veluti culmine, ad quod ipse Christus Dominus Nos perduxit, intentos sollicitosque mentis oculos ad domesticorum convictuum populorumque vicissitudines convertimus. Atque interdum penitus commovemur, cum tantas conspiciamus hominum miserias, dissensiones, resque incertas, quae socialem turbent vitam publicasque necessitudines mutua suspicione infirment.

In rerum humanarum alternis vicibus non modo veritas atque iustitia inquiratur atque aestimetur oportet, verum etiam incepta omne genus peragantur, quae ad temporalis vitae cursum attinent.

Qua ex causa, cogitationum rationemque discidia oriuntur et gliscunt, eo perniciosiora, quo magis a Iesu Christi exemplo doctrinaque desciscitur, Cuius Redemptio ad totam hominum pertinet vitam, omnesque hominum res puriores reddit, collustrat atque elevat.

Venerabiles Fratres!

Concedat miserentissimus Deus universo Episcoporum sacerdotumque ordini supernae gratiae affluentiam, qua freti gravissima munia, ad quae agenda vocati sunt, absoluta fidelitate exsequantur; ita ut ex iis omnibus, quae in sacro ministerio et in divino nuntiando verbo agunt, aeque atque ex hodierno sollemni Patrum Cardinalium coetu una cum Christi Vicario congregatorum, talia praebeantur exempla, quae populis eorumque ductoribus animum ad bene vivendum recteque agendum addant, eosque amabiliter inducant ad consilia inceptaque arcto foedere socianda, quae laetam concordemque pacem praestent.

III - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Iam nihil aliud restat, Venerabiles Fratres, nisi ut ad illud gradum faciamus, cuius praesertim causa vos hunc in amplissimum consessum convocavimus. Mens Nobis est, ut nostis, in Sacrum Collegium vestrum lectissimos Praesules cooptare, qui vel in variis Romanae Curiae muneribus obeundis, vel in regendis sibi creditis Dioecesibus, sollertem, prudentem actuosamque navarunt operam, multumque ad christianae religionis contulerunt incrementum.

Hi sunt :

ALOISIUS TRAGLIA, **Archiepiscopus titulo Caesariensis in Palaestina, sacras in Urbe vices gerens;**

PETRUS TATSUO DOI, **Archiepiscopus Tokiensis;**

IOSEPHUS LEFEBVRE, **Archiepiscopus Bituricensis;**

BERNARDUS IOANNES ALFRINK, **Archiepiscopus Ultraiectensis;**

RUFINUS I. SANTOS, **Archiepiscopus Manilensis;**

LAURIANUS RUGAMBWA, **Episcopus Rutaboënsis;**

ANTONIUS BACCI, **ab Epistulis Pontificis Maximi ad Principes.**

Praeter hos, qui nominati sunt, adlegere in Collegium vestrum decrevimus praestantes alios viros tres : quos tamen in pectore reservamus.

**Quid vobis videtur **

Itaque auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales :

Ex Ordine Presbyterorum:

ALOISIUM TRAGLIA,

PETRUM TATSUO DOI,

IOSEPHUM LEFEBVRE,

BERNARDUM IOANNEM ALFRINK,

RUFINUM I. SANTOS,

LAURIANUM RUGAMBWA.

Ex Ordine Diaconorum :

ANTONIUM BACCI.

Item tres alios, ut supra diximus, Cardinales creamus et in pectore reservamus, quandocumque arbitrio Nostro renuntiandos.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa)$Uris et Fi ©Iii et Spiritus £ß Sancti. Amen.

Reliquum est ut Ecclesiis, suo viduatis Pastore, consulamus.

iv - PROVISIO ECCLESIARUM

Subinde Ssmus sequentes proposuit Ecclesias :

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Nicopolitanae in Epiro praefecit Exc. P. D. Antonium Cardona Riera, hactenus Episcopum Ebusitanum.

Cathedrali Ecclesiae Prudentipolitanae, noviter erectae, Exc. P. D. Iosephum de Aquino Pereira, hactenus Episcopum Auratopolitanum.

Cathedrali Ecclesiae Nursinae R. D. Albertum Scola, Antistitem Urbanum.

Cathedrali Ecclesiae Eporediensi R. D. Albinum Mensa, Vicarium Generalem dioecesis Pineroliensis.

Cathedrali Ecclesiae Ebusitanae R. D. Franciscum Planas Muntaner, Vicarium Generalem dioecesis Majorieensis.

Cathedrali Ecclesiae Sancti Fiori R. D. Mauritium Pourchet, Antistitem Urbanum ac Vicarium Generalem archidioecesis Bisuntinae.

Insuper Ssimus alios a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Salaminensem, Iosephum Kuo, iam Archiepiscopum Taipehensem.

latoris Capitis, Ioannem Kodwo Amissah, iam Episcopum Bencennensem.

Traianopolitanum in Rhodope, Albertum Petrum Falière, iam Archiepiscopum Mandalayensem.

Mandalayensem, Ioannem Iosephum U. Win, iam Episcopum Letaeum.

Leontopolitanum in Augustamnica, Oornelium Bronsveld, iam Archiepiscopum Taboraënsem.

Cassiliensem, Thomam Morris.

Chersonesitanum in Zechia, Ludovicum Parisot, iam Archiepiscopum Cotonuensem.

Cotonuensem, Bernardinum Gantin, iam Episcopum Tipasitanum in Mauretania.

Selymbrianum, Aemilium Socquet, iam Archiepiscopum Uagadugu ensem.

Beroensem, Victorem Sartre, iam Archiepiscopum Tananarivensem.

Amasenum, Caietanum Malchiodi, iam Episcopum Canensem.

Antiochenum in Pisidia, Conradum Bafile, Nuntium Apostolicum apud Foederatam Germanicam Rempublicam.

Tomitanum, Ednmndum Ioannem Fitzmaurice, iam Episcopum Vilmingtonensem.

Brasiliapolitanum, noviter erecta archidioecesi, Iosephum Newton de Almeida Batista, iam Archiepiscopum Adamantinum.

Nisibenum Maronitarum, Petrum Sfair, iam Episcopum Epiphaniensem in Syria.

EPISCOPOS

AMtinensem, Vincentium Urban, Auxiliarem Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Varsaviensis et Gnesnensis, pro archidioecesi Gnesnensi.

Galamensem, Henricum Gufflet, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Aloisii Rastouilj Episcopi Lemovicensis.

Munduensem, noviter erecta dioecesi, Samuelem Ludovicum Gaumain.

Ambatondrazahaönsem, noviter erecta dioecesi, Franciscum Vói laro.

Ariassensem, Caesarem Gerardum Mariam Vielmo, Vicarium Apostolicum Aysenensem.

Eiroshimaënsem, Dominicum Yoshimatsu Noguchi.

Bennefensem, Virgilium Copas, Vicarium Apostolicum Portus Moresby.

Belabitenensem, Georgium Bernarding, Vicarium Apostolicum Montis Hagensis.

Callipolitanum, Bernardum Schilling, primum Vicarium Apostolicum Gorokaënsem.

Casiotanum, Renatum Butibubage Lwamosa, Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Blomjous, Episcopi Mvanzaènsis.

Limyrensem, Alfonsum Kempf, Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Stangl, Episcopi Herbipolensis.

Monteriensem, Iosephum de Iesu Pimiento Rodríguez, iam Episcopum Apollonidensem.

Dodgepolitanum, Marionem Franciscum Forst.

Amisenum, Raphaelem Pellecchia, Auxiliarem Exc. P, D. Nicolai Mariae di Girolamo, Episcopi Oaiacensis.

Alabandensem, Iacobum W. Malone, Auxiliarem Exc. P. D. Emmeti Michaelis Walsh, Episcopi Youngstoniensis.

Acropolitanum, Thomam F. Maloney, Auxiliarem Exc. P. D. Russell Iosephi Me Vinney, Episcopi Providentiensis.

Hierooaesariensem, Ernestum de Paula, iam Episcopum Piracicabensem.

Moshiënsem, Iosephum Kilasara.

Acmoniensem, Gilbertum Ramanantoanina, Auxiliarem Exc. P. D. Francisci Xaverii Thoyer, Archiepiscopi Fianarantsoaënsis.

Thespiensem, Constantinum Caminada, iam Episcopum S. Agathae Gothorum, Auxiliarem Ecx. P. D. Hectoris Baranzini, Archiepiscopi Syracusani.

Pinetensem ad Flumen, Emmanuelem Rodríguez Rozas.

Duluthensem, Franciscum Iosephum Schenk, iam Episcopum Crookstoniensem.

Beatinum, Nicolaum Guidonem Cavanna.

Camdensem, Caelestinum Iosephum Damiano, iam Archiepiscopum Nicopolitanum in Epiro, servato Archiepiscopali titulo « ad personam ».

Crookstoniensem, Laurentium A. Glenn, iam Episcopum Tuscamiensem.

Bitensem, Victorium Bonamin, Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Archiepiscopi Bonaërensis et Vicarii Castrensis Reipublicae Argentinae.

Huachensem, Paulum Ramírez Taboada, iam Episcopum Cajamarcensem.

Cajamarcensem, Nemesium Rivera Meza, iam Episcopum Huachensem.

Apollonidensem, Iosephum Goupy, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Aloisii Robin, Episcopi Blesensis.

Arcadiensem, Ioannem Dozolme, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Chappe, Episcopi Aniciensis.

Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Froilani Ferreira Heinafé, Episcopi Riojensis, Horatium Gómez Dávila, Episcopum Theodosiopolitanum in Armenia.

Catamarcensem, Adolfum Servandum Tortolo, iam Episcopum Cae<ciritanum.

Jalesensem, noviter erecta dioecesi, Arturum Horsthuis.

Areopolitanum, Leonardum Gregorium Gallardo Heredia, Auxiliarem Exc. P. D. Audini Rodríguez et Olmos, Archiepiscopi S. Ioannis de Cuyo.

Belalitanum, Moysen Blanchoud, Auxiliarem Exc. P. D. Leopoldi Büteler, Episcopi Rivi Quarti.

Cremnensem, Belchiorem Neto, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Emmanuelis Nunes Coelho, Episcopi Aterradensis.

Savannensem, Thomam Iosephum McDonough, iam Episcopum Thenitanum.

Fargensem, Leonem Ferdinandum Dworschak, iam Episcopum Tianum.

Greensburgensem, Villelmum J. Connare.

Barbastrensem, Iacobum Flores Martín.

Caffenum, Ioannem Crawford, primum Vicarium Apostolicum Insularum Salomonicarum.

Fesseitanum, Thomam Muldoon, Auxiliarem Emi P. D. Normanni Thomae S. R. E. Cardinalis Gilroy, Archiepiscopi Sydneyensis.

S. Agathae Gothorum, Hilarium Roatta, iam Episcopum Nur sinum.

Oturkpoënsem, noviter erecta dioecesi, Iacobum Hagan.

De Pouso Alegre, Iosephum d'Angelo Neto.

Vaënsem, noviter erecta dioecesi, Petrum Poreku Dery.

Praeterea Beatissimus Pater ratas se habuisse dixit translationes canonice factas, in Synodo Episcoporum Maronitarum, Exc. P. D. Mi-

chaëlis Doumit ab Ecclesia Cathedrali Tyrensi Maronitarum ad Cathedralem Ecclesiam Sarbensem Maronitarum, nuper erectam; et Exc. P. D. Iosephi Khoury ab Episcopali titulari Ecclesia Ptolemaidensi in Phoenicia ad Cathedralem Ecclesiam Tyrensem Maronitarum.

V - RELATIO CAUSARUM

Post brevem Allocutionem Ssmi Domini de Causa Canonizationis; Beati Ioannis De Bibera, Confessoris, Patriarchae Antiocheni, Archiepiscopi Valentini, Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, Congregationis Sacrorum Rituum Praefectus, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita praefati Confessoris ac acta universa recensuit, quae in eiusdem Causa Canonizationis Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit et adprobavit.

Relatione expleta, Summus Pontifex Revimorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

VI - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde *per procuratores* postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis : *Litoris Capitis, Mandalayensi, Cassinensi, Cotonuensi;* item pro Archiepiscopali *Brasiliopolitana* (noviter erecta).

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria v, die XXXI mensis Martii anno MCMLX, in Basilica Vaticana *Consistorium Publicum* habitum est, in quo Sanctissimus Dominus Noster Ioannes PP. XXIII Galerum rubrum Pontificalem sollemniter imposuit Emis ac Revmis DD. Cardinalibus :

PAULO MARELLA,

creato in Consistorio Secreto, die xiv mensis Decembris anno MCMLIX habito ;

ALOISIO TRAGLIA,

PETRO TATSUO DOI,

IOSEPHO LEFEBVRE,

BERNARDO IOANNI ALFRINK,

RUFINO I. SANTOS,

LAURIANO RUGAMBWA,

ANTONIO BACCI,

in Consistorio Secreto feriae secundae superioris creatis.

Interim per Dnum Camillum Corsanego, Sacri Consistorii Advocatum, peroratio fiebat pro Canonizatione Beati Ioannis De Ribera, Confessoris.

R. P. D. Hamletus Tondini, Apostolicarum Litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistro pontificii Solii latere, Sanctitatis Suae nomine hisce verbis respondit : « Ea cum audiret Summus Pontifex, quae de Beato Ioanne De Ribera, Patriarcha Antiocheno eodemque Archiepiscopo Valentino, a vobis perorando dicerentur, tunc praecipua quadam laetitia eius afficiebatur animus ; non ob eam causam solum quod in universum de vera et germana sanctimonia, de argumento nempe omnium longe nobilissimo, vos audiret loquentes, sed etiam quod eam in sacro Pastore nitere ostenderetis. Quod scilicet fieri non poterat quin Christi in terris Vicarium, utpote Ecclesiae sanctae utilitatibus unice deditum, sane quam tangeret atque permoveret. Quis enim nescit penes Episcopos, Apostolicae heredes dignitatis et muneris, quasi fortunam condicionemque totius christiani populi constare? Quis pariter ignorat, si sacerdotium integrum fuerit, cunctam florere Ecclesiam?

Ac re quidem ipsa in Beato Ioanne De Ribera praestabilis insignisque eluxit virtus, atque adeo ad summum perducta. Qui cum ob perspecta merita praeclarae christiani gregis parti regendae, episcopali auctus honore, praefectus esset, eximia et ingenii et animi sui ornamenta, ardentem videlicet pietatem, modestiam, morum innocentiam, sui ipsius refrenationem, proximorum caritatem, in hoc plurimum contulit, ut concreditus sibi populus, erga quem incredibili erat amore, se nulla ex parte alienum christiano nomine praestaret, immo potius cum pietate tum virtutis cultu splenderet. In quo magni discriminis obeundo munere, tametsi demisso semper erat animo, tamen acerrime, ubi se obtulisset occasio, decertavit, ut catholica fides, in demandata sibi religiosa provincia, sarta, tecta, integra servaretur.

Ex quo plane intellegitur quantopere sacrorum Antistes Maximus cupiat, ut hic cumulatae virtutis Praesul in sanctorum Caelitum nn-

merum referatur, atque idcirco sive Episcopis sive fidelibus in exemplum proponatur.

Sed, ut omnia in permagna huiusmodi causa de more explicentur, Summus Pontifex non ante sententiam suam edet, falli nesciam, quam in proximo *Consistorio,* ut aiunt, *semipublico,* omnes qui aderunt, Purpurati Patres, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi mentem quisque suam aperuerint.

Atque interea nos admonet universos, ut sibimet a Spiritu Sancto Paraclito superni luminis copiam impetrare ne desistamus ».

III
CONSISTORIUM SECRETUM

Absoluto Publico Consistorio in Basilica Vaticana, eodem die in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium Secretum,* in quo Beatissimus Pater supradictis novis Cardinalibus os, ut de more, clausit; deinde sequentes proposuit Ecclesias.

i - PROVISIO ECCLESIARUM

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Cotradensi praefecit Exc. P. D. Antonium Iosephum Jaramillo Tobón, hactenus Episcopum Jericoënsem.

Cathedrali Ecclesiae Jericoënsi Exc. P. D. Augustum Trujillo Arango, hactenus Episcopum titularem Nisyriensem.

Titulari Episcopali Ecclesiae Caeciritanae R. D. Iosephum Maximinum Eusebium Domínguez et Rodríguez, Cancellarium Curiae Archiepiscopalis S. Christophori de Habana, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Arteaga et Betancourt, Archiepiscopi S. Christophori de Habana.

Titulari Episcopali Ecclesiae Y indensi R. D. Eduardum Boza Masvidal, parochum Nostrae Dominae a Caritate et Rectorem Universitatis Catholicae S. Thomae de Villanova in urbe « La Habana », quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Arteaga et Betancourt, Archiepiscopi S. Christophori de Habana.

Titulari Episcopali Ecclesiae Carpasiensi R. D. Humbertum Altomare, parochum et vicarium foraneum S. Mariae Gratiarum in oppido vulgo « S. Giovanni in Fiore », quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioachimi Di Leo, Archiepiscopi-Episcopi Mazariensis.

II - ORIS APERITIO ET TITULORUM ADSIGNATIO

Postea Summus Pontifex os aperuit novensilibus Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibus aliisve functionibus Cardinalitiis suas valerent dicere sententias, eisque anulos tradidit, singulisque adsignavit :

PAULO MARELLA, *Titulum S. Andreae Apostoli de hortis.*

ALOISIO TRAGLIA, *Titulum S. Andreae Apostoli de Valle.*

PETRO TATSUO DOI, *Titulum S. Antonii Patavini de Urbe.*

IOSEPHO LEFEBVRE, *Titulum S. Ioannis Baptistae Florentinorum.*

BERNARDO IOANNI ALFRINK, *Titulum S. Ioachimi.*

RUFINO I. SANTOS, *Titulum S. Mariae ad Montes.*

LAURIANO RUGAMBWA, *Titulum S. Francisci Assisiensis ad Bipam Maiorem.*

ANTONIO BACCI, *Diaconiam 8. Eugenii Papae.*

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. ((A BONO CONSILIO)) ET SANCTUS BENEDICTUS, ABBAS, PRAECIPUI ABBATIAE ((NULLIUS DIOECESIS)) NOVAE NURSIAE IN AUSTRALIA PATRONI CAELESTES DECLARANTUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatam Mariam Virginem « a Bono Consilio » appellatam et Sanctum Benedictum Abbatem cives Abbatiae ((nullius dioecesis)) Novae Nursiae in Australia praecipuis obsequiis venerantur et excolunt. Ad Augustam enim Deiparam et ad Sanctum Benedictum Abbatem in publicis privatisque necessitatibus confugiunt fideles, praesentissimam Eorum opem imploraturi, quam saepe sunt experti obtinentque. Cum igitur ab eisdem habeantur peculiares tutores validumque rerum suarum praesidium, dilectus filius Gregorius Gómez, e Congregatione Casinensi O. S. B., Ordinarius Abbatiae «nullius dioecesis » Novae Nursiae in Australia, vota Cleri fideliumque sibi credito-

rum humiliter Nobis expromens, Nos rogavit ut Almam Deiparam « a Bono Consilio » et Sanctum Benedictum Abbatem praecipuos suae iurisdictionis eligeremus apud Deum Patronos. Quibus votis libenti animo obsecundantes, Nos, ex Sacrae Bituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem « a Bono Consilio » et Sanctum Benedictum Abbatem praecipuos Abbatiae « nullius dioecesis » Novae Nursiae caelestes apud Deum *Patronos* constituimus ac declaramus, adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam seous, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Octobris, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

ECCLESIA B. MARIAI V., VULGO ((NUESTRA SEÑORA DE LA CONSOLACIÓN)) APPEL- "~ LATAE, IN URBE TARIBA, DIOECESIS S. CHRISTOPHORI IN VENETIOLA, PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Solacium ac levationem Beatissima Virgo Maria, quam Deus miserentissimus hominum familiae Matrem constituit, nullo non tempore supplicibus impertit inexhausta cum caritate. Hoc persentientes, incolae urbis Taribae, quae finibus dioecesis Sancti Christophori in Venetiola continetur, sacrarium, Almae Deiparae, cui vulgo nomen « Nuestra Señora de la Consolación », ibidem dedicatum, piis concursibus celebrant. Quod quidem studium latius pervasit, ita ut templum illud sedes praecipua religionis effectum sit totius dioecesis,

quam diximus. Rebus enim in secundis et adversis Christifideles undique eo confluunt, coetusque eodem congregantur quasi ad fontem principem et uberrimum, ex quo lymphae salutares non intermisso fluxu desiliunt. Quo in sacrario propositum est eiusdem caelestis solatricis praeclarissimum simulacrum, quod primum ab Evangelii praeconibus allatum est, qui Christi vexilla explicaturi in eam regionem advenerant. Prodigialem etiam hanc imaginem esse rerum gestar um memoria et fidelium, eximiis muneribus supernis cumulatorum, consensu probatur. Templum praeterea molis amplitudine commendatur cultuque renidet vario iisque affatim est instructum rebus, quae ad divinorum rituum decorem plebisque spirituale commodum pertinent. Haec omnia reputans cum animo, Venerabilis Frater Alexander Fernández-Feo Tinoco, Episcopus Sancti Christophori in Venetiola, Nos rogavit, ut templum, tot laudibus insigne, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo admissis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis, vulgo « Nuestra Señora de la Consolación » nuncupatae, in urbe Tariba, intra fines dioecesis Sancti Christophori in Venetiola, consecratam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine appellatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Octobris, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

INTERNÜNTIATURA APOSTOLICA IN TURCARUM REPUBLICA ERIGITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Diuturno usu est comprobatum permagnas utilitates e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae buie Sedi cum Nationibus intercedant, exsistere; siquidem necessitudines huiusmodi plurimum valent ad pacis bona firmanda verique nominis profectum adipiscendum. Cum igitur expedire visum sit Apostolicam Sedem et Turcarum Rempublicam publicis amicitiae vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Turcarum Republica Internuntiaturam Apostolicam erigimus, cuius sedem Constantinopoli constituimus. Eidem igitur sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Februarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

AD EMUM P. D. CLEMENTEM S. R. E. CARDINALEM MICARA, EPISCOPUM VELITERNUM, VICARIA POTESTATE URBIS ANTISTITEM : OFFICIOSAE EIUS EPISTULAE RESPONDET.

Signor Cardinale,

Una profonda soddisfazione ha suscitato nel Nostro cuore la fervida lettera, che Ella ha testé a Noi inviata, con delicato pensiero, nella imminenza dell'annunziato Concistoro del 28 marzo p. v., in cui eleve-

remo alla Sacra Porpora il Vice-Gerente di Roma, Monsignor Luigi Traglia.

Con felici parole, dalle quali traspariva, come sempre, l'animo Suo nobile ed alto, Ella ha voluto rendersi interprete ancora una volta dei sentimenti Suoi e dell'intera Diocesi Romana, per l'onore concèsso ad un suo distinto figlio, così bene amato e stimato per il buon servizio di collaborazione prestato in lunghi anni di ministero sollecito e aperto a tutte le necessità pastorali dell'ora.

Con profondo gradimento abbiamo colto ispirazione dal voto da Lei espressoci, perchè venga continuata alla Sua persona ed alla Diocesi la larghezza e preziosità dell'affetto, dei consigli e del valido aiuto del novello Porporato : sicché Ci è stato fonte di particolare gioia poterlo lasciare al Suo fianco, col titolo di Pro-Vicario Generale per la Città di Roma e distretto, affinchè Ella possa ancora godere delle sue doti e della sua esperienza.

AttestandoLe la profonda affezione del Nostro animo, che tanto Le è grato per le continue prove di devozione, siamo lieti di impartire a Lei, Signor Cardinale, agli Officiali del Vicariato ed ai Sacerdoti e fedeli della Diocesi, una particolare Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico, il 26 marzo 1960, anno secondo del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

HOMILIA

IN PATRIARCHALI BASILICA OSTIENSI HABITA, DIE DOMINICA IN PALMIS, AD EMOS PATRES S. R. E. CARDINALES, SACROS PRAESULES, CETERUMQUE CLERUM ET CHRISTIFIDELES ADSTANTES. *

Venerabili Fratelli, diletti figli!

Il ricordo della *Dominica in Palmis* dello scorso anno — 22 marzo 1959 — è rimasto così vivo nei Nostri occhi e nel Nostro cuore da incoraggiare il desiderio di rinnovarne, ancora qui, la celebrazione con la Nostra presenza personale, presso là tomba gloriosa di San Paolo Apostolo delle Genti, e di porla tra i due grandi avvenimenti già annun-

* Die 10 Aprilis mensis a. 1960.

ziati da questa Basilica, che caratterizzano l'azione pastorale del nuovo Pontefice.

Essi sono : primo, il Sinodo diocesano ormai felicemente condotto a termine, motivo di tanta consolazione per il clero e il popolo di Roma ; l'altro, l'introduzione assai inoltrata, anche se in proporzioni non ancora l)ene scoperte, ma — possiamo assicurarlo — decise e promettenti, del Concilio Ecumenico, a cui sono rivolte le speranze ansiose della Chiesa universale.

Attraverso le note della Santa Liturgia, intanto, è sempre Gesù che passando sulla terra si accosta alle dimore degli uomini. I bambini innocenti lo hanno subito scorto, i primi, al suo incedere sopra l'umile giumento, *super pullum asinae.* Essi agitano rami di fresco olivo intorno a Lui, e gli cantano *Osanna, osanna;* mentre gli adolescenti e gli uomini maturi stendono i loro mantelli sul suo passaggio, anch'essi salutandolo con le note del canto antico.

In questo episodio di mitezza, di gaudio interiore e di pace dolce e serena, come non vedere la espressione della Santa Chiesa di Gesù su tutti i punti della terra, della Chiesa acclamante al suo Salvatore, al suo Maestro divino, sorgente della sua vita e sicurezza della sua felicità eterna?

Dice bene Sant'Agostino : *Rami palmarum laudes sunt significantes victoriam.* I ramoscelli di olivo sono inni cantanti vittoria.

Vi aiuti il Signore benedetto, questo diciamo a voi, diletti figlioli, vi aiuti tutti insieme, e ciascuno in particolare, a conservare nelle vostre famiglie la grazia sua, che è purezza di vita, spirito di evangelica dottrina, godimento interiore ed effusione perenne di vera fraternità e di carità soprannaturale nei rapporti domestici e sociali. Vi aiuti a far onore al vostro carattere di cristiani perfetti ; e nello sviluppo della vita familiare a non aver paura dei figlioli, anzi a chiederli alla buona Provvidenza e ad educarli a consolazione, ad onore dei vostri anni lontani, ed in ogni caso a merito grande per la patria terrestre e per l'eterna patria che ci attende.

Oh ! quale delizia questi *pueri hebraeorum portantes ramos palmarum seu olivarum, et cantantes osanna Christo : benedictus qui venit, qui venit in nomine Domini!*

Ma arrivati a questo punto di dolce contemplazione, venerabili Fratelli e diletti figli, e pur non sazi dal riguardare attraverso le note della Liturgia il pacifico trionfo di Gesù tra le anime innocenti e buone, un

mesto pensiero attraversa il Nostro spirito ed è motivo di turbamento.

La stessa realtà storica del racconto evangelico, se riguardata da una parte in luce di profezia ci assicura un trionfo certo é di proporzioni incommensurabili del regno di Cristo con i suoi nella consumazione dei secoli; dall'altra parte, finché questo mondo visibile si tiene nei contorni della vita presente, esso offre alle nostre constatazioni delle riflessioni gravi e tentatrici di sgomento e di scoraggiamento.

Lo stesso Evangelista San Matteo, che ci allieta dandoci Peco degli *osanna* al Piglio di Dio nel mattino del suo ingresso in Gerusalemme; poche pagine dopo fa tremare trasmettendoci quasi all'orecchio il grido forsennato del *crucifige.* Lo stesso Apostolo Paolo, presso là cui tomba noi stiamo, e il cui epistolario ancora è sempre risonante dopo venti secoli di esaltazione dell'insegnamento di Gesù a luce, ad elevazione, a trionfo delle singole anime e del popolo cristiano tutto intero redento e santificato, ecco che a breve volgere di eloquio descrive la dolorosa contraddizione dell'errore, della protervia di quanti egli chiama *inimici crucis Christi,* rei di tutte le malefatte della storia del mondo, caratterizzata dagli errori dei vari secoli; e quanto a sè personalmente, ecco lui stesso, già proclamato vaso di elezione per portare il nome di Gesù alle nazioni, cantore della libertà, eccolo trasfigurato in uno schiavò : quale si chiamò ed era come tale riconosciuto: *Paulus vinctus Christi Iesu.*

Diletti Fratelli e figli, questo richiamo di ciò di cui gli occhi sono testimoni e gli orecchi tutti i giorni ricevono conferme sempre più dure e raccapriccianti, è tristezza viva per il Nostro cuore.

Che è mai ciò che continua a succedere in tante parti del mondo da Noi ben conosciute, e che lungi dal diminuire si aggrava in forme penosissime ed estenuanti?

19 » 1958. Monsig. Maurer Francesco Saverio, della medesima diocesi.

Prelati Domestici di Sua Santità'.

8 aprile 1958. Monsig. Bannwarth Gerardo, della diocesi di Strasburgo.
» » » Monsig. Billing Giulio, della medesima diocesi.
21 agosto » Monsig. Da Costa Isidoro, dell'arcidiocesi di Dacca.
» » » Monsig. D'Costa Michele, della medesima arcidiocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

13 novembre 1959. S. E. Revìiia Monsig. López Estrada Emanuele Pio, Arcivescovo di Veracruz.
11 dicembre » S. E. Revma Monsig. López Ortiz Giuseppe, Vescovo di Tuy-Vigo.
10 marzo 1960. S. E. Revma Monsig. Falière Alberto Pietro, Arcivescovo tit. di Traianopoli di Rodope.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

19 giugno 1959. Monsig. Domas Enrico, della diocesi di Orano.
3 ottobre » Monsig. Stoll Vito, della diocesi di Des Moines.
13 novembre » Monsig. Finn Leone Michele, della diocesi di Bridgeport.
» Monsig. Anderson Giovanni Hay es, della medesima diocesi.
» » Monsig. Fox Guglielmo J., della medesima diocesi.
» » Monsig. Coleman Nicola P., della medesima diocesi.
» » Monsig. lasiello Emilio Carmine, della medesima diocesi.
» » Monsig. McKenna Giovanni P., dell'arcidiocesi di Kansas City in Kansas.
» Monsig. Vallely Eugenio F., della medesima arcidiocesi.
20 » Monsig. Smith Gregorio, dell'arcidiocesi di Denver.
11 dicembre » Monsig. Boy er Pietro, della diocesi di Nizza.
» » » Monsig. Rosenberger Roberto, della diocesi di Secovia.
» Monsig. Ferris Sales Fernando, dell'arcidiocesi di Valenza (Spagna).
» » » Monsig. Espinosa Gesù, della diocesi di Vich.
12 febbraio 1960. Monsig. Kimovec Francesco, della diocesi di Lubiana.

Prelati Domestici di Sua Santità

13 marzo 1959. Monsig. Santana Moniz Atanasio Zeffirino, dell'arcidiocesi di Karachi.
19 giugno » Monsig. Lecat Fernando, della diocesi di Orano.
10 luglio » Monsig. Palrinhas Giuseppe dei Santi, della diocesi di Coimbra.
3 settembre » Monsig. Carassou Mario, dell'arcidiocesi di Santiago de Cuba.
19 » Monsig. Conway Giovanni D., della diocesi di Davenport.
» » Monsig. Barnes Beniamino L., della medesima diocesi.
» » Monsig. Me Cann Tommaso J., della medesima diocesi.
3 ottobre Monsig. Powers Maurizio J., della diocesi di Des Moines.
» Monsig. Bettencourt Francesco C, della diocesi di Fall River.
» Monsig. Lariviere Leonida, della medesima diocesi.
» Monsig. Kelly Giovanni J., della medesima diocesi.
Monsig. Considine Raimondo T., della medesima diocesi..
16 Monsig. Ahern Patrizio J., della diocesi di Boise City.
» Monsig. Jentges Giovanni A., della medesima diocesi.
» Monsig. Huges Nicola V., della medesima diocesi.
» Monsig. Massari Pietro, della diocesi di Fidenza.
» Monsig. O'Rafferty Giovanni W., della diocesi di Lansing.
Monsig. Soest Lorenzo H., della medesima diocesi.
» Monsig. Slowey Giovanni, della medesima diocesi.
» Monsig. Mehm Walter E., della medesima diocesi.
Monsig. Green Giuseppe M., della medesima diocesi.
30 Monsig. O'Reilly Francesco M., dell'arcidiocesi di New York.

13 novembre 1959. Monsig. Crotty Matteo M., della diocesi di Baker.
» » » Monsig. Casey Guglielmo Francesco Saverio, della diocesi di Bridgeport.
» Monsig. Grady Giacomo Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Doran Martino Francesco, della medesima diocesi.
» Monsig. Sugrue Francesco Giuseppe, della medesima diocesi.
» Monsig. Flanagan Enrico E., della medesima diocesi.
» Monsig. Skelly Bartolomeo Giuseppe, della medesima diocesi.
» Monsig. Henahan Tommaso Francesco, della medesima diocesi.
Monsig McLaughlin Giacomo J., della medesima diocesi.
Monsig Lengen Giacomo Giorgio, della medesima diocesi.
Monsig De Oliveira Rosa Sezinando, della diocesi di Faro.
Monsig Kuglmeier Giorgio, dell'arcidiocesi di Kansas City in Kansas.
» » Monsig. Spurlock Giacomo Kenneth, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Price Michele J., della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Harvey Alessandro M., della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Horvat Giovanni W., della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Curtin Guglielmo T., della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Donnellan Giuseppe P., della diocesi di Reno,
21 marzo 1960. Monsig. Pocci Filippo (Roma).
» » » Monsig. Tacoli Oddone, dell'arcidiocesi di Modena.
» » » Monsig. Del Gallo Roccagiovine Luigi (Roma).

NECROLOGIO

30 marzo 1960. Monsig. Picaud Francesco Maria, Vescovo tit. di Alba Marittima.
31 » » Monsig. Hunt Duane Garrison, Vescovo di Salt Lake City.
21 aprile » Monsig. Parisot Luigi, Arcivescovo tit. di Chersoneso di Zechia.
25 » » Monsig. Gomes de Oliveira Helvecio, Arcivescovo di Mariana.
27 » » Monsig. Giordani Antonio, Arcivescovo tit. di Larissa di Tessalia.
30 » » Monsig. Kim Bartolomeo, Vescovo tit. di Agbia, Vicario Apostolico di Chonju.
2 maggio » Monsig. Faggiano Eugenio Raffaele, Vescovo tit. di Musti.
3 » » Monsig. Kriston Endre, Vescovo tit. di Gerasa.
5 » » Monsig. Hedde Felice, Vescovo tit. di Echino, Vicario Apostolico di Langson e Caobang.
"6 » » Monsig. Zaffrani Giacomo, Vescovo di Guastalla.
» » » Monsig. Padolskis Vincenzo, Vescovo tit. di Laranda.

An. et vol. LII 2 Iunii 1960 (Ser. III, v. II) - N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

NUNTIUS

URBIS ET ORBIS CHRISTIFIDELIBUS DATUS, DIE PASCHATIS RESURRECTIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. *

Diletti figli,

Questa della grande benedizione Papale di Pasqua dal balcone esterno della Basilica Vaticana è tradizione antichissima e Ci piace di richiamarla a comune esultanza.

Pasqua è festività, è solennità straordinaria, che supera ogni altra dell'anno ecclesiastico: *festum festorum: solemnitas solemnitatum.*

Il Nostro lontano antecessore San Gregorio, il primo di questo nome nella serie dei Papi, che amiamo chiamare grande fra i più grandi, senz'altro salutava la Pasqua come l'epitalamio più sublime a celebrare la mistica unione del Verbo di Dio incarnato con la Santa Chiesa, come il « Canticum Canticorum » di tutta la liturgia.

In questo giorno di Pasqua la nostra gioia più intima di buoni cristiani è di rendere omaggio a Gesù Redentore glorioso ed immortale nei secoli, vincitore della morte e della umana nequizia : la nequizia del primo peccato dell'uomo, e di tutti i peccati del mondo.

Come non essere grati a Lui, Figlio di Dio e Figlio di Maria, per la virtù del cui Sangue prezioso viene invocato il perdono ai suoi stessi

* 17 Aprilis mensis a. 1960.

crocifissori, ed alla umanità peccatrice tutta intera, di cui sono risollevate le sorti ed assicurata la redenzione e la salute nei secoli?

Questo soffrire, questo morire così doloroso e umiliante che noi abbiamo seguito con cuore commosso in questi giorni, fu certo un glorioso combattimento. Noi l'abbiamo rammentato in tono di trionfo cantando nella liturgia pasquale : *Mors et vita duello conflixere mirando* : la morte e la vita si batterono in una lotta grandiosa : ma l'autore della vita fu il vincitore, che sempre rivive e regna. *Dux vitae mortuus régnât vivus.*

Or bene, diletti figli, voi lo sapete, voi lo sentite, quel combattimento dura sulla terra ancora. Tutti noi vi assistiamo e vi abbiamo parte. Da un lato sta il Cristo con i suoi rappresentanti e seguaci nella Chiesa, in santa elevazione e fraternità; e con la Chiesa benedetta stanno la buona dottrina, la verità, la giustizia, la pace : dall'altra furoreggia lo spirito anticristiano, che è errore, falsa concezione della vita intima e sociale, prepotenza e violenza anche materiale, disordine nefasto e rovinoso.

Tale è la condizione della vita di quaggiù.

Ebbene, diletti figli di Roma, diletti figli del mondo intero che state in ascolto : le posizioni di ciascuno essendo ben nette, è necessario, è nobile per tutti noi, far loro onore. Ciò impone molto senso di responsabilità, esercizio di dirittura morale, timore del compromesso, sincerità assoluta di intenzioni e di opere innanzi a Dio e innanzi agli uomini.

Noi siamo confortati dalla sicurezza che il Signore è fedele alle sue promesse, è ci riserba anche quaggiù i doni della sua bontà e della sua vittoria. Ma questa sicurezza la dobbiamo meritare.

Nei giorni scorsi S. Agostino dalle pagine del Breviario ci incoraggiava tutti alla franchezza del pensare, dell'operare, del vivere. « Coloro che vivono male — egli scrive — e si dicono cristiani fanno ingiuria a Cristo, e di essi è detto che per colpa loro il nome del Signore è bestemmiato. Per converso quanti, anche soffrendo qualcosa, si tengono fedeli alla legge santa, per essi il nome del Signore viene lodato e benedetto ».

Ascoltiamo l'Apostolo, diletti figli : egli ci dice che noi dobbiamo essere, che noi siamo il profumo, il *bonus odor Christi* che si espande *in omni loco,* cioè dappertutto, dove la nostra fede e la nostra attività si affermano e splendono.

In questo meriggio Pasquale, mentre intorno a noi tutto è richiamo a spirituale letizia, tanti e tanti fratelli nostri — ritornare su questo pun-

to Ci è ben doloroso — non godono della libertà nè, individuale, nè civile, nè religiosa; ma da anni e anni soffrono costrizione e violenza, e consumano un sacrifìcio fatto di silenzio e di persistente subita oppressione. Vorremmo che anch'essi potessero ascoltare, almeno in eco, questa voce paterna e confortatrice che loro arrivasse dal centro della cattolica unità. Questa nostra partecipazione di spirito e di preghiera alle loro sofferenze torna a benefìcio di tutta la Chiesa Santa, che, dall'esempio mirabile di intrepida fortezza che essi danno, ritrae incremento di edificazione e di fervore.

Ed anche a tutti gli altri figli di Dio, sofferenti a cagione di stirpe, o di situazioni economiche complesse e preoccupanti, o per la limitazione nell'esercizio dei loro diritti naturali o civili, si rivolge il Nostro sguardo ansioso, mentre la parola cordiale e commossa vuole trasfondere nell'animo di ciascuno un sentimento di umana e cristiana solidarietà, destinato a fiorire nel giorno segnato dalla Provvidenza.

O Gesù, Salvatore e Redentore, sii tu ora e sempre l'amore nostro, l'incoraggiamento perenne per noi, e per quanti soffrono per il tuo nome e per il tuo Vangelo, vissuto e bagnato dal sacrificio del Sangue tuo.

Ecco : da Pasqua l'anno discende nel corso del tempo. Noi ti rinnoviamo l'impegno della nostra fedeltà nel fare onore alle responsabilità che la nostra vita ci impone nei rapporti di ordine religioso, civile, sociale.

O Gesù, vincitore della morte e del peccato, noi siamo tuoi ! e tuoi noi vogliamo restare : noi, e le nostre famiglie e quanto è a noi più caro e più prezioso, negli ardori della giovinezza, nella saggezza dell'età matura, negli inevitabili sconforti e nelle rinunce della vecchiaia incipiente e già avanzata : sempre tuoi.

E donaci la tua benedizione, e distribuisci in tutto il mondo la tua pace, o Gesù, come facesti riapparendo la prima volta nel mattino di Pasqua ai tuoi più intimi, e come continuasti a fare nei successivi incontri nel Cenacolo, sul lago, sulla via : *Nolite timere : ego sum : pax vobis : pax et benedictio, per singulos dies: in aeternum.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE CONGO BELGICO ET RUANDA URUNDI

IN CONGO BELGICO ET RUANDA URUNDI ECCLESIASTICA HIERARCHIA CONSTITUITUR

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum parvulum sinapis granum, fides nempe legisque' evangelicae praeconium, in Congo Belgico et Ruanda Urundi, omnipotente Deo incrementa largiente, in patulam iam arborem sive sacrorum Praesulum sapientia, prudentia, constantia, sive externi atque nativi cleri industria ac labore creverit, cumque ad praesens magna sit spes fore ut in posterum et maiores catholicae rei iisdem in regionibus obveniant fructus, valde opportunum S. Congregationi Propagandae Fidei visum est si Episcopalis Hierarchia ibi locorum conderetur.

Nos propterea, qui sacras expeditiones has inter gentes quasi oculorum Nostrorum pupillam existimamus, libenti animo confirmantes rataque habentes quae eadem S. Congregatio perficienda censuerit, post scilicet auditum Apostolicum in Congo Belgico et Ruanda Urundi Delegatum, eorumque omnium consensum suppletum, qui in hoc negotio aliquid iuris vel habeant vel se putent habere, de summa et apostolica Nostra auctoritate ea, quae sequuntur, decernimus ac iubemus.

In Congo Belgico et Ruanda Urundi Episcopalem Hierarchiam constituimus, ita ut octo fiant ecclesiasticae provinciae, Vicariatibus omnibus, quos ipsae complectuntur, in dioecesium formam redactis; quae provinciae erunt : *Leopoldo-politami,* constans metropolitana residentia!! Ecclesia Leopoldopolitana, hucusque Vicariatu Apostolico, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sancta Anna ; atque iis quae sequuntur Sedibus suffraganeis, quas omnes in dioecesium formam redigimus, nempe : Bomaënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Nostra Domina de Congo ; Inongoënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Albertus ; Ipamuënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Immaculata Conceptio

B. M. V.; Kikuitensi, cuius cathedralis aedis titulus erit: Sanctus Franciscus Xaverius; Kisantuensi, cuius cathedralis aedis titulus erit: Nostra Domina septem dolorum; Matadiensi, cuius cathedralis aedis titulus erit: Maria Mediatrix gratiarum. Provincia Ecclesiastica *Coquilhatvillensis,* complectens metropolitanam Ecclesiam eiusdem nominis, quae fuerat antea Vicariatus Apostolicus, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Eugenius Papa, et has suffraganeas Sedes, in dioeceses redactas, videlicet : Basankusuensem, cuius cathedralis aedis titulus erit: Sancti Petrus et Paulus; Bikoroënsem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Vincentius a Paulo ; Lisalaënsem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Hermes ; Molegbensem, quae fuit hactenus Vicariatus Ubanghiensis in Congo Belgico, cuius cathedralis aedis titulus erit : Immaculata Conceptio B. M. V. Provincia Ecclesiastica *Stanley politana,* quae constabit metropolitana residentiali Ecclesia Stanleypolitana, cuius cathedralis aedis titulus erit : Regina Sacratissimi Rosarii, atque his suffraganeis dioecesibus, quae adhuc Vicariatus Apostolici fuerant ; nempe : Bondoënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Exaltatio Sanctae Crucis ; Butaënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Iosephus ; Buniaënsi, antea Lacus Alberti nomine, cuius cathedralis aedis titulus erit : Nostra Domina gratiarum ; Niangaraënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sancta Theresia a Iesu Infante; Vambaënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit: Sanctus Iosephus. Provincia Ecclesiastica *Bukavuensis,* has complectens circumscriptiones in dioecesium ordinem redactas: Bukavuensem, uti metropolitanam residentialem Sedem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Nostra Domina Pacis, et sequentes dioeceses uti suffraganeas : Benensem in Congo Belgico, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Augustinus ; Kasongoënsem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Carolus Borromaeus ; Kinduensem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Spiritus Sanctus ; Gomaënsem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Andreas. Provincia Ecclesiastica *Luluaburgensis,* quae constabit metropolitana residentiali Ecclesia Luluaburgensi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Iosephus, atque sequentibus suffraganeis dioecesibus, hactenus Vicariatibus Apostolicis pariter accensitis : Kabindaënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sanctus Martinus ; Tshumbéensj, cuius cathedralis aedis titulus erit : Maria in caelum Assumpta ; Lueboënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sacratissimum Cor Iesu. Provincia Ecclesiastica *Elisabethapolitana,* hactenus

Katangaënsis Vicariatus, quae Elisabethapolitanam Ecclesiam tamquam metropolitanam habebit, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sancti Petrus et Paulus; tamquam vero suffraganeas sequentes dioeceses, quae adhuc in Vicariatuum Apostolicorum ordinem adnumerabantur, nempe : Balduinopolitanam, cuius cathedralis aedis titulus erit: Sanctus Iosephus : Kongoloënsem, antea Luluaënsem nomine, cuius cathedralis aedis titulus erit : Cor Immaculatum Mariae ; Kaminaënsem, antea Luluaënsem nomine, cuius cathedralis aedis titulus erit: Sancta Theresia a Iesu Infante ; Sakaniensem, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sacratissimum Cor Iesu. Provincia Ecclesiastica *Kob gay emis,* Ecclesiam Kabgayensem tamquam metropolitanam Sedem amplectens, cuius cathedralis aedis titulus erit : Immaculata Conceptio B. M. V., et ut suffraganeam dioecesim, Nyundoënsem, antehac Vicariatum Apostolicum, cuius cathedralis aedis titulus erit : Sancta Maria. Provincia denique Ecclesiastica *Kitegaënsis,* quae constabit Ecclesia eiusdem nominis, adhuc Vicariatu, tamquam metropolitana Sede, cuius cathedralis aedis titulus erit : Christus Rex ; et, tamquam suffraganeis dioecesibus, Ecclesiis Ngoziensi, cuius cathedralis aedis titulus erit : Cor Immaculatum Mariae, et Usumburaënsi, cuius cathedralis titulus erit : Nostra Domina Regina Mundi, quas etiam ex Vicariatibus in dioeceses redigimus.

His omnibus scilicet Ecclesiis atque earundem templis cathedralibus sacrisque Praesulibus iura, honores, privilegia congruentia damus ; sacrorum autem Antistitibus onera quoque et obligationes imponimus.

Censemus insuper ut Apostolicae Praefecturae, quae sequuntur, ad dioecesium gradum nondum evectae, episcopalium coetuum causa Sedem metropolitanam adeant suo cuiusque territorio propinquiorem, videlicet : ut Praefectura Apostolica Kengensis, Sedem metropolitanam adeat Leopoldopolitanam ; Praefectura Loidensis, Sedem Coquilhatvillensem; Praefecturae Isangiensis et Dorumaënsis, Sedem Stanleypolitanam ; Praefecturae Kolensis et Mvekaiënsis, Sedem Luluaburgensem ; Praefectura Lacus Moëri, Sedem Elisabethapolitanam.

Omnia quae diximus territoria iurisdictioni S. Congregationis de Propaganda Fide obnoxia esse pergent, quorum sacri Praesules, tam bene de Ecclesia sancta meriti, ita transferentur : venerabilis Frater Felix Scalais, ab Ecclesia titulo Casiotana ad metropolitanam Ecclesiam Leopoldopolitanam ; venerabilis Frater Andreas Jacques, ab Ecclesia titulo Ingelina ad cathedralem Ecclesiam Bomaënsem; venerabilis

Frater Ioannes van Cauwelaert, ab Ecclesia titulo Metropolitana in Asia ad cathedralem Ecclesiam Inongoënsem; venerabilis Frater Renatus Toussaint, ab Ecclesia titulo Calamensi ad cathedralem Ecclesiam Ipamuensem; venerabilis Frater Andreas Lefebvre, ab Ecclesia titulo Raphaneotana ad cathedralem Ecclesiam Kikuitensem ; venerabilis Frater Alfonsus Verwimp, ab Ecclesia titulo Ucculensi ad cathedralem Ecclesiam Kisantuensem ; venerabilis Frater Alfonsus Maria van den Bosch, ab Ecclesia titulo Philitana ad cathedralem Ecclesiam Matadiensem; venerabilis Frater Hilarius Maria Vermeiren, ab Ecclesia titulo Gibbensi ad metropolitanam Ecclesiam Ooquilhatvillensem ; venerabilis Frater Villelmus van Rester, ab Ecclesia titulo Legiensi ad cathedralem Ecclesiam Basankusuensem ; venerabilis Frater Camillus Vanderkerckhove, ab Ecclesia titulo Sufetulensi ad cathedralem Ecclesiam Bikoroënsem ; venerabilis Frater Franciscus van den Bergh, ab Ecclesia titulo Bosetana ad cathedralem Ecclesiam Lisalaënsem ; venerabilis Frater Leo Theobaldus Delaere, ab Ecclesia titulo Fesseitana ad cathedralem Ecclesiam Molegbensem ; venerabilis Frater Nicolaus Kinsch, ab Ecclesia titulo Mastaurensi in Asia, ad metropolitanam Ecclesiam Stanleypolitanam ; venerabilis Frater Andreas Creemers, ab Ecclesia titulo Belabitenensi ad cathedralem Ecclesiam Bondoënsem ; venerabilis Frater Georgius Desideratus Raeymaekers, ab Ecclesia titulo Mariammitana ad cathedralem Ecclesiam Butaënsem; venerabilis Frater Alfonsus Iosephus Matthysen, ab Ecclesia titulo Berenicensi ad cathedralem Ecclesiam Buniaënsem; venerabilis Frater Franciscus Oddo de Wilde, ab Ecclesia titulo Tadamatensi ad cathedralem Ecclesiam Niangaraënsem ; venerabilis Frater Iosephus Petrus Albertus Wittebols, ab Ecclesia - titulo Callipolitana ad cathedralem Ecclesiam Vambaënsem ; venerabilis Frater Aloisius van Steene, ab Ecclesia titulo Bennefensi ad metropolitanam Ecclesiam Bukavuensem ; venerabilis Frater Henricus Iosephus Pìérard, ab Ecclesia titulo Andropolitana ad cathedralem Ecclesiam Benensem ; venerabilis Frater Richardus Cleire, ab Ecclesia titulo Olaudiopolitana in Isauria ad cathedralem Ecclesiam Kasongoënsem ; venerabilis Frater Ioannes Fryns, ab Ecclesia titulo Ariassensi ad cathedralem Ecclesiam Kinduensem ; venerabilis Frater Bernardus Meis, ab Ecclesia titulo Belalitana ad metropolitanam Ecclesiam Luluaburgensem; venerabilis Frater Georgius Kettel, ab Ecclesia titulo Thabracensi ad cathedralem Ecclesiam Kabindaënsem; venerabilis Frater Iosephus Augustinus Hagendorens, ab Ecclesia titulo Caffena ad cathedralem Ecclesiam

Tshumbéensem ; venerabilis Frater Iosephus Nkongolo, ab Ecclesia titulo Lebediensi ad cathedralem Ecclesiam Lueboënsem : venerabilis Frater Iosephus Floribertus Cornelis, ab Ecclesia titulo Tunetensi ad metropolitanam Ecclesiam Elisabethapolitanam; venerabilis Frater Urbanus Stephanus Morlion, ab Ecclesia titulo Tarasensi in Numidia ad cathedralem Ecclesiam Balduiiiopolitanam ; venerabilis Frater Gustavus Iosephus Bouve, ab Ecclesia titulo Cremnensi ad cathedralem Ecclesiam Kongoloënsem ; venerabilis Frater Victorius Maria Petrus Keuppens, ab Ecclesia titulo Acmoniensi ad cathedralem Ecclesiam Kaminaënsem; venerabilis Frater Franciscus Lehaen, ab Ecclesia titulo Hyllarimensi ad cathedralem Ecclesiam Sakaniensem; venerabilis Frater Andreas Perraudin, ab Ecclesia titulo Cataquensi ad metropolitanam Ecclesiam Kabgayensem; venerabilis Frater Aloisius Bigirumwami, ab Ecclesia titulo Garrianensi ad cathedralem Ecclesiam Nyundoënsem ; venerabilis Frater Antonius Grauls, ab Ecclesia titulo Madensi ad metropolitanam Ecclesiam Kitegaënsem; venerabilis Frater Iosephus Martin, ab Ecclesia titulo Olivensi ad cathedralem Ecclesiam Ngoziensem ; venerabilis Frater Michael Ntuyahaga, ab Ecclesia titulo Alabandensi ad cathedralem Ecclesiam Usumburaënsem. Sedi vero Gomaënsi, quae in praesens vacat, per alias sub plumbo Litteras providebimus.

Sedibus metropolitanis, item episcopalibus earumque Antistitibus iura omnia facimus et privilegia, quae sunt uniuscuiusque gradui et dignitati congruentia, iustis nempe impositis oneribus. Inter vero Metropolitarum privilegia hoc annumerare placet : posse eos et crucem ante se ferre intra provinciae fines, et pallio uti, dummodo in publico Consistorio illud rite impetraverint.

In novis dioecesibus, sive cathedralibus sive metropolitanis, Canonicorum Collegium condatur. Quod si, ob locorum rerumque adiuncta, in praesens fieri nequeat, consultores dioecesani ad normam iuris interea renuntientur, qui a suo munere cessabunt Canonicis constitutis. Item Seminarium saltem elementarium struatur, ad Ecclesiae normas, alumnis educandis ut sacerdotii partes suscipiant.

Mensa episcopalis, quae dicitur, efficietur : bonis quae Vicariatus Apostolici possidebant, Curiae proventibus, liberis populi collationibus atque pecunia, quam S. Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Regimen, administratio Ecclesiae, iura cleri et populi, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque huiusmodi Iure Canonico temperentur.

Quod reliquum est decernimus ut omnia quae mandavimus exsequenda curet qui Apostolicae Delegationi in Gongo Belgico et Ruanda Urundi nunc praeest, vel quem ipse delegaverit, dummodo ecclesiastica dignitate ornatum. Qui vero negotium perfecerit onus habebit et effectae rerum mutationis documenta exarandi et eorum fide digna exempla ad S. Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat, quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

***In Ap. Cane, tab., vol. CII, n.* 7.**

II

URBIS

TEMPLUM SS. BLASII ET CAROLI AD CATINARIOS AD HONOREM DIACONIAE EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quos nationum lectissimos filios in amplissimum Senatum Cardinalium allegissent, consueverunt Summi Pontifices, beati Petri successores, iis titulis vel diaconus condecorare quibus Romana Ecclesia inde a vetustissimis temporibus ornata refulget. Hoc enim fit ut non modo veteris temporis memoria, martyrum sanguine perillustris, ad nostram usque aetatem tenacissime excolatur, sed unitatis vinculum cum Petri Cathedra quam apertissime appareat et Romana Ecclesia communis omnium patria celebretur. Cum proinde ob peculiares nostri temporis ortas necessitates in animo habeamus, Ecclesiae sanctae decoris Nostrique adiumenti gratia, Purpuratorum Patrum numerum augere, cumque Diaconiae in praesens Romae exstantes huic condicioni impares evadant, censuimus nonnulla templa, quae quidem vel erectionis vetustate, vel populi frequentia, vel ornatus ac structurae pulchritudine inter nobiliora in Urbe recesentur, ad honorem et dignitatem Diaconiae attollere. Inter quae illud SS. Blasii et Caroli ad Catinarios adnumerandum profecto est, utpote Christi martyri perillustri sacrum ac recentioris aetatis viro, vitae sanctitate et animorum curatione insigni. Huic igitur templo, cui iam Decessor Noster Paulus V a. D. MDCXVI tituli dignitatem benigne concesserat et Urbanus VIII a. D. MDCXXVII abrogavit, de Nostra apostolica potestate *Diaconiae* honorem tribuimus, omnibus eidem factis privilegiis quibus ceterae Urbis Diaconiae iure vel consuetudine fruuntur, contrariis minime obstantibus. Volumus praeterea ut hae Litterae Nostrae eius cura qui ad praesens SS. Blasii et Caroli ad Catinarios templo moderatur, coram clero et populo perlegantur, cum in sacram aedem diem festum de praecepto congregabuntur celebraturi. Cuius rei, postquam rite fecerit, nuntium ad S. Congregationem Consistorialem cito mittere curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, die altero mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

MARCELLUS Card. MIMMI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 11.

III

URBIS

TEMPLUM S, SABAE IN URBE AD DIACONIAE DIGNITATEM EVEHITUR

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Est in more huius Apostolicae Sedis positum ut iis christianae rei publicae Principibus, quos Summi Romani Antistites in Ecclesiae Sanctae Senatum cooptaverint purpureoque amictu honestaverint, unum ex antiquorum templorum in Urbe exsistentium titulis seu Diaconias conferrent, eo profecto consilio ut non modo iidem praeclara Sanctorum facta, quorum honori aedes dicatae essent, imitarentur, verum etiam ut templorum ipsorum speciem ac dignitatem servarent, immo pro sua

quisque facultate etiam augerent. Quam ob rem, cum oporteat ob augendum Patrum Cardinalium numerum ad constitutas Diaconias alias addere nonnullas, idcirco templum S. Sabae in hac Urbe, quod sane inter Romana templa haud minimam obtinet dignitatem, ad *Diaconiae* honorem tollimus, factis scilicet iuribus et privilegiis quae ceteris Diaconus iure et consuetudine fieri solent, id etiam censentes ut contraria decreta vel praescriptiones minime obstent. Volumus autem ut hae Litterae Nostrae, cum primum acceptae fuerint, eius cura qui ad praesens templo S. Sabae moderatur, clero et populo perlegantur, diem festum de praecepto in sacra aede celebrantibus. Onus autem eidem erit, ut peracta harum Litterarum exsecutione, id in S. Congregationis Consistorialis notitiam perferat quam primum poterit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eflicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel-corrimi - pere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die altero mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

j$¡ MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 69.

IV

URBIS

TEMPLUM S. THEODORI IN PALATIO AD GRADUM ET DIGNITATEM DIACONIAE EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Siquidem sacrae in Urbe aedes, quae vel antiquitate vel ornatus splendore prae ceteris nobiliores Purpuratis Patribus titulo assignatur, pauciores sunt pro S. R. E. Cardinalium numero augendo, alias censuimus huiusmodi sacras aedes debito honore ad hoc esse decorandas. Inter quae templum est quidem recensendum S. Theodori in Palatio, quod antiquitus Diaconiae ornabatur dignitate, quam tamen anno millesimo quingentésimo octogesimo septimo iussu Decessoris Nostri amisit. De apostolica ergo Nostra potestate idem templum S. Theodori in Palatio ad *Diaconiae* gradum iterum evehimus, omniaque simul iura et privilegia damus, quae eiusdem decoris templa in Urbe habent. Decernimus autem ut hae sub plumbo Litterae, cum primum acceptae fuerint, eius cura qui S. Theodori in Palatio aedi sacrae est praepositus, clero et populo perlegantur, diem festum de praecepto ibidem celebrantibus. Onus autem eidem erit ut, perfecta Litterarum Nostrarum exsecutione, id quam primum S. Consistoriali Consilio notum faciat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel

quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die altero mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

$j MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 10.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA VIRGO ((REGINA PACIS)) CONSOCIATIONIS NATIONALIS VICTIMARUM CIVILIUM BELLI IN ITALIA (VULGO ((ASSOCIAZIONE NAZIONALE DELLE VITTIME CIVILI DELL/A GUERRA))) CAELESTIS PATRONA CONSTITUITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Lue tiferà bella, quibus hominum genus, pro dolor, non raro discruciatur, quo magis artis militaris subsidia perpoliuntur novisque augentur inventis, eo perniciosiora evadunt, siquidem non solum exercitus in acie constituti cruenta inter se pugna decertant, sed inermes etiam cives miserabili interficiuntur strage vel sauciantur, atque gentes, a conflictu alienae, armis contendentium turbine interdum agitantur. Ita bello, quod non ita pridem per totum fere orbem terrarum saeviit, factum est, ut non minores numero cives, in exercitus ordines minime asciti, quam milites, stipendia merentes, deciderent. Provido igitur consilio in Italia instituta est sodalitas Vieti - marum Civilium belli, cuius esset non solum corpóreas earum res et rationes tueri sed animorum etiam vitam alere et provehere. Qui ergo, militiae exsortes, belli furore iactati sunt profligatique, inducuntur, ut pacem hominibus precentur, quae caeleste donum est eximium; meri-

toque ad Almam convertuntur Deiparam, quae ut Regina Pacis ab Ecclesia invocatur et colitur. Itaque, ab eadem societate preces ad Nos admotae sunt, ut Beatam Mariam Virginem, nomine illo insignem, superatam ipsius Patronam pro Nostra benignitate renuntiaremus. Nos vero, qui non una data occasione ad pacis assequenda bona omnes sumus cohortati et ad augustam Virginem impenso venerandam studio vocavimus, quos habemus in Domino, filios, vota huiusmodi libenti animo statuimus implere. Quae cum ita sint, Nos, collatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Caietano Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Cicognani, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, ut Reginam Pacis invocatam, Consociationis Nationalis Victimarum Civilium belli, vulgo <(Associazione Nazionale delle Vittime Civili della Guerra » appellatae, in Italia, caelestem apud Deum *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Novembris, anno **MCMLIX**, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. **TARDINI**
a publicis Ecclesiae negotiis

II

BEATA MARIA V., « DE LA CABEZA)) VULGO APPELLATA, PRAECIPUA APUD DEUM PATRONA UNA CUM S. EUPHRASIO, EP. ET CONF., UNIVERSAE DIOECESIS GIENNENSIS CONSTITUITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Studium et cultus Beatae Mariae Virginis, quae « de la Cabeza » Hispanico appellatur sermone, a multo iam tempore animos tenent Illiturgitanorum atque fidelium in finitimis re-

gionibus incolentium. Cui rei documento sunt religiosae pompae, quae ad montamum sacrarium, ubi pervetus eius imago asservatur, duci solent, piae sodalitates eidem peculiariter devotae, donaria fere innumerabilia eiusdem locata honori. Nec augusta Virgo, suppliciter exorata, deesse visa est filiis suis, munera superna ubertim dilargiendo. Huiusmodi ergo inductus pietatis ardore, Ioannes Iosephus Laguardo Fenollera, Giennensis olim Episcopus, a Sancto Pio PP. X, Decessore Nostro, impetravit, ut Beata Maria Virgo, Regina Sanctorum Omnium et Mater Pulchrae Dilectionis, vulgo « de la Cabeza » nuncupata, urbis Illiturgis caelestis renuntiaretur Patrona, addita facultate eius sollemne ultimo die Dominico mensis Aprilis quotannis celebrandi. Ad augendum vero honorem almae Deiparae, praeclara imagine illa expressae, Petrianae Basilicae Canonicorum Collegium, eiusdem Antistitis sacrorum precibus obsecundans, concessit, ut, quod diximus, Mariale simulacrum aurea corona redimiretur. Huic vero imagini, quae, ut memoriae proditum est, anno MCCXXVII, Hispania in libertatem vindicata, inter praerupta montis, qui « la Cabeza » dicitur vulgo, reperta fuit, impie est fulgidum ablatum diadema, cum novissimum bellum civile in Hispania saeviret. Cuius in locum aliam coronam eamque pretiosiorem fideles laudabili cum animorum alacritate substituere pararunt. Huiusmodi re permotus et feliciter augescentem populi pietatem erga Dei Genetricem, « de la Cabeza » appellatam, considerans, Venerabilis Frater Felix Romero Menjíbar, Giennensis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine eodem invocatam, una cum Sancto Euphrasio, Episcopo et Confessore, universae iurisdictionis suae praecipuam apud Deum Patronam faceremus. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut Marialem religionem quoquoversus propagemus, vota huiusmodi libenti animo statuimus implere. Quae cum ita sint, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « de la Cabeza)) vulgo nuncupatam, principalem apud Deum *Patronam* una cum Sancto Euphrasio, Episcopo et Confessore, universae dioecesis Giennensis confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioeceseon Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque

integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Novembris, anno MDCCCCLVIII, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IACOBUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DE BARROS CÁMARA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, QUEM LEGATUM DELIGIT CONVENTUI EUCHARISTICO EX UNIVERSA BRASILIA CURITYBAE CELEBRANDO.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Curitybae, in urbe Paranensis regionis amoenitate loci ac provehendi Dei regni spe et consiliis praeclara, ex universa Brasilia mox Eucharisticus Conventus celebrabitur, qui piae multitudinis numero, pietatis studio, tractandarum rerum momento illustris haud fallaci omine prospicitur.

Qui ut sollemnior contingat, a Nobis expetitum est, ut e Purpuratorum Patrum Sacro Collegio aliquem destinaremus, qui ibi personam Nostram gereret.

Quibus precibus concedentes Te, Dilecte Fili Noster, Legatum deligimus et renuntiatus, qui nomine et auctoritate Nostra Eucharisticis Curitybensibus celebritatibus et coetibus praesideas. Nec dubitamus, quin hoc munus, quod tibi demandamus, haud impari exspectatione, cum honore et spirituali fructu adimpleturus sis.

Fac, ut votorum Nostrorum interpres et nuntius, ipse praesentia et sermone inditam Brasilianam gentem incites, ut adorandum Altaris Sacramentum aemulo fidei studio colat et sumat. Hoc enim mirabilium

rerum, quae Iesus Christus peregit, apex et summa est, hoc vexillum est unitatis, vinculum pacis, alimentum caritatis.

Quoniam *plenitudo legis est dilectio*[1] et *finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*[2] ubinam datur nobis, ut Deo sublimiore adorationis obsequio iungamur et nobiscum artiore communionis copulentur vinculo, atque adeo Novae Legis primarium impleamus praeceptum, nisi cum crebro et ardenti devotoque animo ad SS. Eucharistiam accedimus? Ex hac enim immensa erga nos Christi caritas patescit et, dum in eum quem sumimus transimus, eo fit, ut aduramur illius flamma ignis, quem Is flagranter spargi cupivit.[3]

Cum Brasilianorum virtute magnopere confidamus, ut inter eos Christi regnum felicioribus auctibus floreat, per te illis Eucharisticis sacris sollemnibus interfuturos adhortamur, ut ex augusti Sacramenti pietate, in exemplum colenda, novas validasque vires hauriant, ut catholica religio, qua patriae vestrae nihil est sanctius et utilius, secura ab insidiis sit et beneficae virtutis sceptro privatos mores, nuptias, familias, scholas, publica instituta et leges temperet. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*[4] Nam aliter non ordo struitur, sed iactura paratur.

Caelestia igitur precati auxilia, ut e communi sententia haec omnia prospero exitu contingant, tibi, Dilecte Fili Noster, Apostolicam Benedictionem, caritatis Nostrae testem, impertimus, eamque et ad sollertem Curitybensem Archiepiscopum, ad sacrorum Antistites, magistratus, ad sacerdotes et laicorum ordinis homines ad Eucharisticam Congressionem ex universa Brasilia Cur ity bam adventuros, libenti animo pertinere volumus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die v mensis Martii anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

[1] *Rom.* 13, 10.
[2] *1 Tim.* 1, 5.
[3] Cfr. *Luc. 12,* 49.
[4] *1 Cor.* 3, 11.

II

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SS. MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CONÇALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM LISBONENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT UT NOVAE URBIS CAPITIS ((BRASILIAE)) DEDICANO AE CELEBRITATIBUS INTERSIT.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Publicae utilitatis molimina religione consecrare atque iis operibus, quae humana industria praegrandia perfecit, augustissimo Dei nomine invocato, supernam propitiare gratiam, genti cuilibet perquam salutare et honorificum est, cum hoc insigne decus pietatis demonstret et futuri incrementi spem optimam edat.

Quapropter meritam laudem, haud sine paterni animi iucunde commoti affectu, dilectae Nobis Brasiliae ideo tribuimus, quod, cum urbs « Brasilia », novum Foederatarum illarum Civitatum caput, inauguranda sit, fidei studio et sanctissimis caerimoniis conditae eidem urbi supernae maiestatis tutelam praesidiumque exposcere percupit.

Qui sacri dedicationis ritus ut sollemniores contingerent et Nos ipsi quodam modo gentis inditae festis adessemus laetitiis, ab iis qui illic potestate pollent expetitum est, ut aliquem e Purpuratorum Patrum Collegio mitteremus, qui Nomine Nostro statis celebritatibus praesideret.

His concedentes optatis re mature perpensa, te, Dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum renuntiamus et deligimus, qui inaugurandam Brasiliani tuae dignitatis praesentia decores et vota, quae pro eius prosperis secundisque rebus promimus, sueto tibi diserto pioque sermone explices. Christianae humanitatis cultus fax sit, quae in urbe Brasilia in exemplum fulgeat et radios suos inde longe lateque fundat : christiana sapientia ibi consilia regat, mores sanctitate et nobilitate collustret; stabilis sit concordia civium ; fortitudo et lenitas, integritatis custos iustitia, in advenas comitas, serena festivitas, melioris aevi fiducia, fraterna officia, pax ibi domicilium lectissimum inveniant.

Quidquid est regale, celsum, rectum colat prodatque Brasilia, cuius nomen sera in aeva etiam longinquis oris venerabilius et amabilius usque sonet.

Exordia igitur ei felicia et fausta sint : quod bono auspicandum est ornine, durabile et firmum perpetuo vigescat et floreat.

Haec verbis Nostris loquere et adhortare, cum honesta legatione illic fungens.

Quae ut exspectationi pares assequatur effectus tibi, Dilecte Fili Noster, divini auxilii auspicem, Apostolicam Benedictionem elargimur, eandemque per te universis, qui Brasiliae dedicandae celebritatibus intererunt, libenter pertinere volumus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die x Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

III

AD REVMUM P. AUGUSTINUM SÉPINSKI, ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM, QUARTO EXEUNTE SAECULO, EX QUO SODALIUM EIUSDEM ORDINIS SEDES IN HIEROSOLYMITANA URBE STABILITER EST CONSTITUTA.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sacra Palaestinae Loca, religionis incunabula nostrae, Catholica Ecclesia omni tempore singulari sollicitudine incensoque pietatis studio prosequi consuevit. Ac semper commoto penitus animo christifideles ad monumenta illa spectarunt, quae natali, vita atque obitu Divini Redemptoris consecrata, ((quasi quaedam victoriarum Domini sunt erecta vexilla)).[1] Quamobrem haud interitura sodalium tuorum laus est, dilecte fili, qui, suscepta eorum Locorum tutela, omni ope contenderunt, ut commune illud praestantissimumque christianorum patrimonium sartum tectum servaretur.

Has autem glorias, aureis litteris in Ecclesiae fastos relatas, vobis hoc anno eventus in memoriam reducit sane faustissimus : scilicet quartum expletum saeculum, ex quo Fratrum Minorum sedes apud S. Salvatoris coenobium in Hierosolymitana urbe stabiliter constituta est. Quod profecto solacium aliquod visum est Franciscalibus sodalibus tunc oblatum, qui quidem octo ante annos a sacro Coenaculo non sine summo animi moerore avulsi fuerant; ac meritissimo affecit praemio eorundem

[1] *S. Hieronymus,* **Ep. 46.**

invictam constantiam, qua nec parcentes omne genus laboribus, nec periculis territi strenue omnino in sibi demandato munere perstiterunt.

Longum est omnia persequi beneficia, quae ex nova illa sede per saeculorum decursum profecta sunt, et quorum vis non in Palaestinam tantum, sed in alias etiam proximi Orientis regiones veluti abundantissimus amnis influxit. Ea dicimus apostolatus atque caritatis opera et incepta bene multa, quae illic passim condita sunt, et quibus hodie latior in dies patet Ecclesiae campus ad virtutem ministerii sui salutariter explicandam. Ac probe novimus quantopere sodalium tuorum vigilantiae sit tribuendum, si fidelibus ad Sacra Loca pie peregrinantibus liceat adhuc sacrosancta Domini nostri vestigia venerabundo animo incensoque deosculari amore.

Opportunum ducimus, dilecte fili, haec omnia a vobis digne commemorari, sive ut debitae Omnipotenti Deo grates persolvantur, sive ut acres admoveat imitandi stimulos avita rerum gestarum gloria publice revocata. Exemplis maiorum vestrorum excitati, qui quidem interdum pro nobilissima hac causa vitam ipsam cum sanguine profuderunt, sodales tui secum perpendant quam grande sit huiusmodi opus, et quanta rei christianae emolumenta sint exinde optimo iure speranda.

Aliud autem est quod omnino praestat hac data occasione in sua luce ponere. Siquidem, dum Ordinis tui promerita recensemus, grata simul animo obversatur Nostro fidelium ex orbe universo pietas, qui Sacrorum Locorum causam iuvare omnibus viribus conati sunt et conantur. Vehementer cupimus, dilecte fili, ut pia eiusmodi liberalitatis studia, nedum remittant, alacrius usque foveantur et promoveantur. Quamobrem adsiduas Decessorum Nostrorum de hac re sollicitudines iterantes, hanc opportunitatem libenter arripimus, ut normas confirmemus a Summis Pontificibus fel. rec. Leone XIII ac Benedicto XV datas, quibus decernitur, ut ((in cuiuscumque dioecesis parochiali ecclesia, una saltem singulis annis vice, nempe feria sexta maioris hebdomadae, vel alio ad uniuscuiusque Ordinarii lubitum similiter tantum quotannis eligendo die, fidelium caritati Sanctorum Locorum necessitates proponantur ».[2]

Sanguis Christi, in flagellatióne profluens,	salva nos
Sanguis Christi, in coronatione spinárum emanans,	salva nos
Sanguis Christi, in Cruce effusus,	salva nos
Sanguis Christi, pretium nostrae salutis,	salva nos
Sanguis Christi, sine quo non fit remissio,	salva nos
Sanguis Christi, in Eucharistia potus et lavacrum animarum,	salva nos
Sanguis Christi, flumen misericordiae,	salva nos
Sanguis Christi, victor daemonum,	salva nos
Sanguis Christi, fortitudo martyrum,	salva nos
Sanguis Christi, virtus confessorum,	salva nos
Sanguis Christi, gérminans virgines,	salva nos
Sanguis Christi, robur periclitantium,	salva nos
Sanguis Christi, levamen laborantium,	salva nos
Sanguis Christi, in fletu solatium,	salva nos
Sanguis Christi, spes poenitentium,	salva nos
Sanguis Christi, solámen morientium,	salva nos

Sanguis Christi, pax et dulcédo cordium, salva nos
Sanguis Christi, pignus vitae aeternae, salva nos
Sanguis Christi, ánimas liberans de lacu Purgatorii, salva nos
Sanguis Christi, omni gloria et honore dignissimus, salva nos
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, * parce nobis, Dómine
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Dómine
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis

y¡. Redemísti nos, Dómine, in sanguine tuo.
B). Et fecisti nos Deo nostro regnum.

Oremus:

Omnipotens sempiterne Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac eius sanguine placári voluisti : concede, quaesumus, salutis nostrae pretium ita venerari, atque a praesentis vitae malis eius virtute deféndi in terris, ut fructu perpetuo laetemur in caelis.
Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

URBIS **ET** ORBIS

Pretiosissimi Sanguinis Agni immaculati Christi, quo redempti sumus, cultum in dies pie succrescere cupiens, Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII supra relatas Litanias, a Sacra Rituum Congregatione descripto ordine digestas, approbare dignatus est, easdemque in vulgus edi atque in Rituali Romano, Tit. XI, post Litanias Ssmi Cordis Iesu, inseri ita indulsit, ut in toto Orbe catholico a Christifidelibus cum private tum publice adhiberi valeant.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 24 Februarii 1960.

£B C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectae*

L. £ß S.

Henricus Dante, *a Secretis*

II

ANICIEN.

CANONIZATIONIS BEATI FRATRIS BENILDI, CONFESSORIS, INSTITUTI FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Suprema Romani Pontificis auctoritate Sanctorum Caelitum catalogo ii adscribuntur qui, post indultam ab Apostolica Sede venerationem, probatam vitae sanctitudinem miraculorum sigillo comprobant atque confirmant. Quod revera in Famulo Dei Fratre Benildo evenit, qui, die 12 Augusti mensis anno 1862 ad superos vocatus, a Summo Pontifice Pio Papa XII, fel. rec, die 4 Aprilis 1948 in Beatorum numero relatus, non pauca signa patravit, ex quibus nonnulla veri miraculi notas praeseferre videntur.

Ut vero de iis ad iuris tramitem disceptetur, necessarium est de Causae reassumptione prius agere.

Hinc Revmus Frater Leo de Maria, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum Postulator generalis, Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII, quorundam Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum postulatorias litteras exhibens, de reassumptione Causae humiliter institit. Quapropter Enlus ac Revmus Dominus Paulus Cardinalis Giobbe, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinario S. Rituum Congregationis Coetu, die 24 Novembris 1959 ad Vaticanum habito, dubium de reassumptione Causae Fratris Benildi discutiendum proposuit. Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Elmi Ponentis, Praelatorum Officialium votis attentis, reque mature perpensa, rescribendum censuere : *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Beati Fratris Benildi, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de his omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII per subscriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem

Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum sententiam ratam habens, propria manu *Commissionem reassumptionis Causae Beati Fratris Benildi, Confessoris,* signare benigne dignata est.

Datum Roma, die 25 Novembris 1959.

CAIETANUS Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *Pro-Secretarius*

HI

VALENTINA

CANONIZATIONIS BEATAE TERESIAE A IESU JORNET ET IB ARS, VIRGINIS, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS PARVARUM SORORUM SENUM DERELICTORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Praeclarissimas inter feminas, quae nobilissimam Hispaniarum terram virtutum splendore et benefactis erga proximum elapso saeculo illustrarunt, Teresia a Iesu Jornet et Ibars iure merito adscribenda est.

E terreno exsilio ad caelestem patriam die 26 Augusti mensis anno 1S97 a Deo vocata, Beatificationis honores die 27 Aprilis anno 1958 est assecuta.

Ipsius Beatae virtutum admiratione captus, christianus populus eius praesidium iugiter implorat, Deo fiduciam hanc gratiis quamplurimis, immo, ut videtur, et miraculis quoque remunerante.

Quapropter Revmus Dominus Ioannes Sánchez, Pontificii Collegii Hispanici de Urbe, Causae memoratae Beatae postulator legitime constitutus, vota quoque depromens Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum Hispaniae fere universae, Sanctissimum Dominum nostrum Ioannem Papam XXIII humiliter est adprecatus, ut Canonizationis Causa Beatae Teresiae a Iesu resumi valeat. Hinc Emus ac Revmus Dominus Benedictus Cardinalis Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis S. Rituum Congre-

gationis Comitiis die 24 Novembris 1959 habitis, dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Contmissio reassumptionis Causae eiusdem Beatae in casu et ad effectum de quo agitur. Jùt* Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, auditis quoque Praelatorum Officialium suffragiis, re mature perpensa, respondendum censuere : *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Beatae Teresiae a Iesu Jornet et Ibars, virginis, si Sanctissimo placuerit.*

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatis, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum sententiam ratam habens, *Commissionem reassumptionis Causae Beatae Teresiae a Iesu Jornet et Ibars* propria manu signare benigne dignata est.

Datum Roma, die 25 Novembris anno 1959.

CAIETANUS Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *Pro-Secretarius*

IV

VALENTINA

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS DE RIBERA, CONFESSORIS, PATRIARCHAS ANTIOCHENI, ARCHIEPISCOPI VALENTINI.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, in casa et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Paulus, gentium Apostolus, iuvenem episcopum Timotheum instituens, virtutes omnes, quibus episcopi ornati sint oportet, describit (cfr. *I Tim.* 3, 1-7), ita ut, quemadmodum et Apostolorum Princeps monet, forma gregis sibi crediti fiant ex animo (cfr. *I P et.* 5, 1-4).

Quo in munere perfungendo talem se omnino praestitit Beatus Ioannes de Ribera, Patriarcha Antiochenus et Archiepiscopus Valentinus.

Is, Hispali anno 1532 natus, acceptum ex clarissima familia decus

non solum retinuit, sed quamplurimum etiam suis ipse virtutibus auxit; Cum apud patrem humanioribus litteris egregie instructus fuisset j Salmanticam ad severiores disciplinas addiscendas fuit missus. Theologiae doctoris laurea rite ornatus, factusque ipse Presbyter, dignus est habitus, quem Pontifex Maximus, postulante Philippo secundo Rege, vel ante legitimam triginta annorum aetatem Episcopum Pacensem crearet.

Magna cum auctoritate episcoporum officia in Concilio Compostellano cum explicasset, Sanctus Pius quintus eum, paucis post annis, Patriarchae Antiocheni dignitate auxit, nec multos post menses, eumdem ad Valentiae archiepiscopatum invitum transtulit.

Gregem suum, quoad vixit, omni ratione pavit, verbo, scriptis, Sacramentorum administratione, conciliis habitis; eum saepe vigebat, ad necessitates eius **Omnes** praesto erat, immane pecuniae pondus tum in iis sublevandis, tum in plerisque templis ac coenobiis, vel condendis vel instruendis, collocasse quotannis repertus est. Inter virtutes, quibus ipse floruit, praecipua ac mirifica prorsus eius exstitit erga Ssimam Eucharistiam pietas. In clarissimum collegium, quod Corporis Christi voluit nominari, constituendum, et in eius aedes et ecclesiam magnifice aedificandam, hereditatem, quae, patre mortuo, sibi obvenit, valde opimam, contulit. Quibus in aedibus sedem sibi ipse delegit, ibique, episcopatus laboribus quadraginta novem annos fortissime tandem perfunctus anno 1611, omnibus munitus Ecclesiae Sacramentis, animam suavissime efflavit. Sepulcro illatus est in ecclesia ipsa collegii a se conditi, eiusque praestantibus virtutibus miraculisque, eo intercedente, factis denique probatis, Pius Papa VI eum Beatum rite pronuntiavit die 18 Septembris anno 1796.

Deinceps, ipso intercedente, nova a Deo patrata ferebantur miracula ; quam ob rem, servatis servandis, die 25 Novembris a. 1925, a Summo Pontifice Pio XI commissio reassumptionis Causae canonizationis signata est.

E variis porro portentis, quae Beato Ioanne de Ribera intercedente, Deus patrare dignatus est, binas sanationes selegerunt actores sacroque huic Foro ad cognoscendum proposuerunt.

Harum prima contigit in archidioecesi Valentina die 27 mensis Aprilis anno 1930. Circa diem 11 dicti mensis, Iosephus Cabanes Silla, puer circiter quinque annos natus, aegrotare incepit. Medicus accitus, symptomatibus perspectis, diagnosim edixit morbilli confluentis. Humana remedia nihil profuerunt, imo morbus in peius est progressus. Alia enim symptomata apparuerunt, quibus visis, bronchiopùlmoniti-

dem duo a curatione medici definierunt morbum. Syndrome in dies ingravescente, tres medentes, omnibus recte perpensis, puerulum bronehio-pulmonitide bilaterali post-morbillosa, cum gravissima prognosi, affectum esse unanimi sententia convenerunt, atque supremum eidem imminere diem. Quo desperato audito nuntio, infirmi parentes eodem die ad Beati Ioannis patrocinium confugerunt eiusque sacram reliquiam puero applicuerunt precesque novendiales fundere inceperunt, Nocte diei 26 Aprilis placidissimus somnus puerulum complexus est, et die crastina extemplo ac perfecte convaluit. Eodem die 27 Aprilis bini a cura medici subitaneam perfectamque comprobarunt sanationem. Mirum hoc factum praeter et supra naturae leges cum ex officio periti in arte, tum medicum Collegium Sacrae Rituum Congregationis asseverant.

Alterum miraculum accidit die 25 mensis Iunii anno 1928 in dioecesi Barcinonensi.

Iosephus Arenas Franch, qui pluribus laboraverat morbis, aetatem triginta trium annorum agens prima morbi tubercularis symptomata exhibuit, morbusque in dies magis ingravescebat, adeo ut aegrotus in ultimum adductus esset periculum. Nihil medicorum ars, diligentia, industria profuit ad eum sublevandum : indicia quidem fatalis morbi certum exitium denunciabant. Quapropter, humanis praesidiis abiectis, aegrotus una cum uxore sua ferventes Deo preces, Beati Ioannis intercessionem implorantes, pro sanatione effudit, atque die 25 Iunii a. 1928 in instanti et perfecte e gravissimo morbo consanuit. Cum testes et medentes, tum medicum Collegium sanationem ultra naturae leges evenisse concorditer edicunt.

Post medici Collegii sententiam, totius Congregationis praeparatorius, qui nuncupatur, Coetus, die 27 Octobris proxime elapsi anni, in Vaticanis aedibus coactus est, in quo de utroque miro est disceptatum. Demum die 23 mensis huius, in generalibus comitiis coram Summo Pontifice, Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, Episcopus Tusculanus, Causae Relator, dubium proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Omnes qui interfuere Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum favorabile votum panderunt; Beatissimus vero Pater mentem suam patefacere distulit, ut in tam gravi difficilique negotio tempus precationi esset ad caelestis luminis ampliorem opem expostulandam.

Hoc autem faustissimo die, nempe 28 huius mensis Februarii, idem Ssmus Pater, Ioannes XXIII, Sacris in suo sacello pientissime operatus,

accitis Cardinali S. C. Rituum Praefecto Causaeque ipsius Relatore, atque R. P. Ferdinando Antonelli, Fidei Promotore Generali, meque a Secretis, iisque adstantibus solemni sanxit decreto : *Constare de duobus miraculis, Beato Ioanne de Ribera intercedente,* scilicet de primo: *Instantaneae perfectaeque sanationis pueruli Iosephi Cabanes Siila a gravissima bronchio-pulmonitide bilaterali post-morbillosa,* et de altero : *Instantaneae perfectaeque sanationis Domini Iosephi Arenas Franch a tuberculosi pulmonari bilaterali.*

Hoc insuper Decretum evulgari et in Sacrae Rituum Congregationis Acta referri mandavit.

Datum Roma, die 28 mensis Februarii, a. D. 1960.

© C. Card. **CICOGNANI**, Ep. Tusculanus, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

LITANIAS PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. CH. INDULGENTIIS DITANTUR

Ssmus Dominus noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII Indulgentias quae sequuntur benigne tribuere dignatus est : 1) *partialem septem annorum* a christifidelibus saltem corde contrito acquirendam, si supra relatas (v. pag. 412-413) Litanias cum versículo et oratione devote recitaverint ; 2) *plenariam,* suetis conditionibus, semel in mense ab ipsis lucrandam, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem pia mente persolverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

E Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 3 Martii a. 1960.

N. Card. **CANALI,** *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

I. Rossi, *Regens*

II

ORATIO PRO MISSIONARIIS, A SUMMO PONTIFICE IOANNE XXIII EXARATA, INDULGENTIIS DITATUR.

Guardate, o Signore, ai vostri Missionari sacerdoti, suore e laici che lasciano ogni cosa per rendere testimonianza alla vostra parola ed al vostro amore. Siate per ciascuno di essi « il protettore potente, il forte presidio, il riparo contro gli ardori, il rifugio contro il sole di mezzogiorno, l'aiuto per non inciampare, il soccorso nelle cadute ». Sosteneteli nei momenti difficili, reggete le loro forze, consolate i loro cuori, coronate di spirituali conquiste il loro lavoro. Essi non cercano umani successi o beni caduchi, ma solo il vostro trionfo ed il bene delle anime. L'adorabile immagine di Voi Crocifisso, che li accompagna per tutta la vita, parli loro di eroismo, di abnegazione, di amore, di pace. Sia loro

di conforto e di guida, di luce e di forza, affinchè, per mezzo loro, il vostro Nome benedetto si diffonda ognor più nel mondo, ed essi, attorniati da un numero sempre più grande di vostri figli, possano a Voi cantare l'inno della riconoscenza, della redenzione e della gloria. Amen.

Die k Aprilis 1960.

Sacra Paenitentiaria Apostolica, vi facultatum a Ssmo D. N. Ioanne Pp. XXIII sibi tributarum, Indulgentias quae sequuntur benigne concedit : 1) partialem quingentorum dierum *a christifidelibus saltem corde contrito acquirendam, si supra relatam orationem devote recitaverint;* 2) plenariam, *suetis conditionibus, semel in mense ab ipsis lucrandam, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem pia mente persolverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.*

N. Card. **CANALI,** *Paenitentiarius Maior*

L. © **S.**

I. Rossi, *Regens*

III

DECRETUM

TRANSFERTUR PORTIUNCULAE INDULGENTIA PRO CHRISTIFIDELIBUS CONVENTUM EUCHARISTICUM INTERNATIONALEM MONACENSEM PARTICIPANTIBUS.

Ssmus Dominus noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, preces Eminentissimi Iosephi Cardinalis Wendel, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis, libenti animo excipiens, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 7 mensis Maii vertentis anni concessa, benigne tribuere dignatus est ut christifideles, Eucharisticum Internationalem Conventum Monacensem a die 31 Iulii ad diem 7 Augusti huius anni celebrandum participantes, Indulgentiam Portiunculae, loco diei 2 Augusti vel Dominicae subsequentis, die 14 eiusdem mensis Augusti currentis anni acquirere valeant, servatis servandis ad normam Decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae *Vt septimi pieni* d. d. 10 Iulii 1924 *(A. A. S.,* vol. XVI, p. 345). Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 12 Maii 1960.

N. Card. **CANALI,** *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

• I. Rossi, *Regens*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MONTEREYE.N". FRESNEN. •

NULLITATIS MATRIMONII (CAMORODA - SWORDER)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Ursulae Mariae S worder, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 7 Iulii 1960, hora undecima, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An sententia Rotalis diei SO Iulii 1959 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Ursulae Mariae S worder curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Iosephus Pasquazi, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 Maii a. 1960.

Caietanus Pezzicara, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Ursule Marie S worder, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 7 juillet 1960, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du SO juillet 1959 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Ursule Marie Sworder devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

19	giugno	1959.	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Copello Giacomo Luigi, ***Protettore delle Religiose « Serve di Gesù Sacramentato*** » (Buenos Aires).
8	febbraio	1960.	S. E. Revma Monsig. Ferroñno Giovanni, ***Nunzio Apostolico in Eaiti.***
27	»	»	S. E. Revma Monsig. Forni Raffaele, Arcivescovo tit. di Egina, ***Nunzio Apostolico in Uruguay.***
29	»	»	S. E. Revma Monsig. Lardone Francesco, Arcivescovo tit. di Rizeo, ***Internunzio Apostolico in Turchia.***
28	marzo	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Traglia Luigi, ***Pro-Vicario Generale per la città di Roma e distretto.***
12	aprile	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle Suore Oblate Agostiniane del Ssmo Bambino Gesù*** (Roma)
29	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, ***Protettore delle Ancelle del Sacro Cuore*** (Roma).
7	maggio	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle Suore Domenicane della Ssma Annunziata*** (Vich, Spagna).
13	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle « Dame Apostoliche del Saero Cuore di Gesù*** » (Madrid).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di Sua Santità:

30	novembre	1959.	Monsig. Allen Forrest H., dell'arcidiocesi di Denver.
»	»	»	Monsig. Barry Tommaso, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Canavan Walter J., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Cavanagh Giovanni B., della medesima arcidiocesi.

20	novembre	1959.	Monsig. Cullen Bernardo J., dell'arcidiocesi di Denver.
»	»	»	Monsig. Elzi Antonio G., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Mçnsig. Flanagan Giacomo P., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Kelly Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Kolka Elmer J., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Lemieux Delisle A., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Maloney Davide M., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Powers Guglielmo V., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Verschraeghen Emilio J., della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Schmitt Carlo F., della diocesi di Springfield-Cape Girardeàu.
»	»	»	Monsig. Fairhall Riccardo E., dell'arcidiocesi di Westminster.
»	»	»	Monsig. Gómez Misael, della diocesi di Zipaquirá.
11	dicembre	»	Monsig. Anton Ortiz Giuseppe, della diocesi di Almeria.
»	»	»	Monsig. Fahy Tommaso, della diocesi di Clonfert.
»	»	»	Monsig. Tufarelli Quintino, dell'arcidiocesi di Napoli.
»	»	»	Monsig. Belckx Felice, della diocesi di Nizza.
»	»	»	Monsig. D'Oreye Max, della medesima diocesi.
8	gennaio	1960.	Monsig. Angelini Bernardo, della diocesi di Foligno.
15	»	»	Monsig. McKenzie Valentino Giovanni, della diocesi di Aberdeen.
»	»	»	Monsig. Federici Emidio, della diocesi suburbicaria di Albano.
»	»	»	Monsig. Torpigliani Bruno, della diocesi di Arezzo.
»	»	»	Monsig. Cipollone Ernesto, dell'arcidiocesi de L'Aquila.
21	»	»	Monsig. Bortoletto Daniele, della diocesi" di Treviso.
»	»	»	Monsig. Cunial Antonio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Zavan Silvio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fantuzzo Mariano Giovanni Maria, della medesima diocesi.
22	»	»	Monsig. Natta Alcide, della diocesi di Albenga.
»	»	»	Monsig. Chiesa Antonio, della diocesi di Cesena.
»	»	»	Monsig. Ferrari Narciso, dell'arcidiocesi di Firenze.
5	febbraio	»	Monsig. Salvi Carlo, dell'arcidiocesi di Genova.
12	»	»	Monsig. Pogacnik Giuseppe, della diocesi di Lubiana.
)y	»	»	Monsig. Simenc Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Snoj Andrea, della medesima diocesi.
18	»	»	Monsig. Bonetti Carlo, della diocesi di Fidenza.
»	»	»	Monsig. Reginek Tommaso, della diocesi di Katowice.
»	»	»	Monsig. Trotta Antonio, della diocesi di Ortona.
»	»	»	Monsig. Mazzone Giuseppe, della diocesi di Ruvo.
26	»	»	Monsig. Chiodo Alfonso, dell'arcidiocesi di Cosenza.
»	»	»	Monsig. Fata Gaetano, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Cain Giovanni, dell'arcidiocesi di Newark.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

11 dicembre 1958. Monsig. Quijano Ardila Roberto, della diocesi di Socorra e San Gii.
6 febbraio 1959. Monsig. Berti Pierluigi (Roma).
» » Monsig. Oerquitella Guglielmo (Roma).
Monsig. De Grada Stefano (Roma).
» Monsig. Petricca Alfredo (Roma).
18 » Monsig. Vannocchi Mario, della diocesi di Città di Castello.
1 giugno Monsig. Borgia Lorenzo (Roma).
» » » Monsig. Corte Ernesto (Roma).
12 » Monsig. Lang Giuseppe, della diocesi di Basilea.
17 luglio » Monsig. Boyer-Mas Andrea, della diocesi di Carcassonne.
» » Monsig. Peña Giuseppe Candido, della diocesi di Santa Cruz de la Sierra.
3 ottobre Monsig. Higging Giovanni W., della diocesi di Des Moines.
» Monsig. Davidsaver Alberto L., della medesima diocesi.
Monsig. Schwarte Michele W., della medesima diocesi.
30 » Monsig. Toro Escobar Germano, della diocesi di Jericó.
13 novembre » Monsig. Donnelly Patrizio Francesco, della diocesi di Bridgeport.
» » Monsig. Bannon David F., della medesima diocesi.
» Monsig. Toomey Giovanni Giuseppe, della medesima diocesi.
» Monsig. Gardner Enrico F., dell'arcidiocesi di Kansas City in Kansas.
» » Monsig. Lacy Giovanni J., della medesima arcidiocesi..
20 » Monsig. Duffy Riccardo M., dell'arcidiocesi di Denver.
» » Monsig. Ebel Giovanni B., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Evans Giorgio R., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Hiester Riccardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Hoff man Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Jones Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Monahan Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Ta vano Adelchi, dell'arcidiocesi di Udine.
25 Monsig. Sánchez Giuseppe del Carmine, della diocesi di Santa Rosa de Copan.
11 dicembre Monsig. Boilini Luigi, dell'arcidiocesi di Modena.
» Monsig. Lefeuvre Andrea, della diocesi di Nantes.
» » Monsig. Petti Domenico, della diocesi di Nocera de' Pagani.
» » » Monsig. Ladaga Alfonso, della diocesi di Policastro.
• » » Monsig. Mirabile Vito Antonio, della medesima diocesi.
» Monsig. Reali Silvestro, dell'arcidiocesi di Spoleto.
» Monsig. Esquibel Saverio, della diocesi di Vich.
» » Monsig. Rodrigues Nobrega Silvino, della diocesi di Viia Real.
12 Monsig. Cinesu Luigi, della diocesi di Iglesias.

12	dicembre	1959.	Monsig. Gioffrè Salvatore, dell'arcidiocesi di Reggio Calabria.
»	»	»	Monsig. Catanoso Gaetano, della medesima arcidiocesi.
» '	»	»	Monsig. Foti Cosimo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giunta Paolo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Palamara Orazio, della medesima arcidiocesi.
»	• »	» '	Monsig. Cassone Domenico, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Musolino Antonio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Quattrone Aurelio, della medesima arcidiocesi.
23	»	»	Monsig. Musso Domenico, della diocesi di Alba.
»	»	»	Monsig. Benitez Santiago, dell'arcidiocesi di Asunción.
8	gennaio	1960.	Monsig. Conti Francesco, della diocesi di Foligno.
»	»	»	Monsig. Mattinati Decio, della medesima diocesi.
11	»	»	Monsig. Valente Marcellino, della diocesi di Chiavari.
»	»	»	Monsig. Lepori Giuseppe, delParcidiocesi di Cagliari.
»	»	»	Monsig. Dionisi Pietro, dell'arcidiocesi de L'Aquila.
»	»	»	Monsig. Quaianni Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Di Bernardo Sebastiano, della diocesi di Mazara del Vallo.
»	»	»	Monsig. Vivona Benedetto, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Corte Girolamo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Laviano Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. De Castro Gioacchino, della diocesi di Oliveira.
»	»	»	Monsig. Eloi de Oliveira Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Centra Giuseppe, della diocesi suburbicaria di Velletri.
»	»	»	Monsig. Dettori Altea Giuliano, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fagiolo Domenico, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Marafini Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Onorati Achille, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Pistilli Silvestro, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Pietrini Francesco, della diocesi di Viterbo.
»	»	»	Monsig. Gasbarri Romolo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Guerrini Oreste, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Grandori Alceste, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Guidobaldi Umberto, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Ancillotto Luigi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Rossi Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Lelli Eligio, della medesima diocesi.
15	»	»	Monsig. Bussi Natale, della diocesi di Alba.
»	»	»	Monsig. Vigolungo Agostino, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Durante Mario, dell'arcidiocesi de L'Aquila.
»	»	»	Monsig. Torlone Amilcare, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Badini Giuseppe, della diocesi di Treviso.
21	»	»	Monsig. Escobar Martínez Innocenzo, della diocesi di Zacapa.
»	»	»	Monsig. Gattel Luigi, della diocesi di Treviso.
»	»	»	Monsig. Marchesan Fortunato, della medesima diocesi.

21	gennaio	1960.	Monsig. Patrizio Giovanni, della diocesi di Treviso.
»	»	»	Monsig. Pesce Luigi, della medesima diocesi.
22		»	Monsig. Spagnolo Luigi, dell'arcidiocesi di Brindisi.
»		»	Monsig. Magalotti Aldo, della diocesi di Cesena.
»	»	»	Monsig. Mancini Lino, della medesima diocesi.
	»		Monsig. Tonti Alessandro, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Incognito Antonio, della diocesi di Gerace-Locri.
»	»	»	Monsig. Sansotti Giuseppe, della medesima diocesi.
»			Monsig. Schirripa Domenico, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Bertoli Antonio Maria, della diocesi di Novara.
	»		Monsig. Savoini Bartolomeo, della medesima diocesi.
»			Monsig. Nahalka Stefano, della diocesi di **Spie.**
5	febbraio	»	Monsig. Colangelo Livio, della diocesi di Trivento.
12	»	»	Monsig. Fajdiga Guglielmo, della diocesi di Lubiana.
18			Monsig. Costa Guido, della diocesi di Fidenza.
»			Monsig. Milioni Albano (Roma).
»			Monsig. Sarogni Cesare, della diocesi di Tortona.
»		»	Monsig. Ruysschaert Giuseppe, della diocesi di Tournai.
21			Monsig. Dossi Lorenzo, della diocesi di Bergamo.
28			Monsig. Rinaldi Angelo, del patriarcato di Venezia.
29	»	»	Monsig. Di Fulvio Pietro, della diocesi di Ortona.
10	marzo	»	Monsig. Bulart Ferrándiz Giuseppe Maria, della diocesi di Madrid.

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

22	maggio	1959.	Il Conte Boada y Flaquer Tommaso, della diocesi di Ge-
2	ottobre	»	Il sig. Barry Desmond T., dell'arcidiocesi di New York.
14	gennaio	1960.	Il Nob. Miccinelli Antonio (Eoma).
27	»		Il Marchese Travaglini di Santa Rita Raffaele (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

5	giugno	1959.	Monsig. Curatola Giuseppe (Roma).
11	dicembre	»	Monsig. Damizia Enrico, della diocesi suburbicaria di Pai estrina.
12	»	»	Monsig. Cavassa Antonio, della diocesi di Iglesias.
			Monsig. Cocco Onorino, della medesima diocesi.
»			Monsig. Cincotti Camillo, della medesima diocesi.
15	gennaio	1960.	Monsig. Paparelli Lorenzo, dell'arcidiocesi di Ferrara.
»	»	»	Monsig. Princisgh Luigi, dell'arcidiocesi di Udine.
	»	»	Monsig. Pidutti Francesco, della medesima arcidiocesi.
21		»	Monsig. Ceccato Mario, della diocesi di Treviso.
		»	Monsig. Duregon Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Zanatta Ermenegildo, della medesima diocesi.
22		»	Monsig. Fusaroli Vittorio, della diocesi di Cesena.
5	febbraio	»	Monsig. Blahc Angelo, della diocesi di Pinerolo.
26	»		Monsig. D'Acunto Nicola, della diocesi di Campagna.

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

29 gennaio 1960. Il sig. Foresi Palmiro (Roma).
26 febbraio » Il sig. Biagi Roberto, della diocesi dei Marsi.

Cappellani segreti d'onore di Sua Santità:

1 gennaio 1960, Monsig. Riccagno Giovanni, della diocesi di Acqui.
21 » » Monsig. Condotta Ferruccio, della diocesi di Treviso.
» » » Monsig. Corazza Angelo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Longo Igino, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Collare dell'Ordine Piano :

11 marzo 1960. A Sua Altezza Serenissima Francesco Giuseppe II, Principe Regnante del Liechtenstein.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Sommo Pontefice Pio XII, di vén. mem., si degnò di conferire:

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

30 agosto 1956. Al sig. Schies Oscar, della diocesi di Strasburgo.
2 settembre 1957. Al sig. Heidet Andrea, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Zinck Luigi, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

2 settembre 1957. Al sig. Allimant Renato, della diocesi di Strasburgo.
» » » Al sig. Braun Teofilo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mehl Renato, della medesima diocesi.
)) » » Al sig. Labadens Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lutz Carlo, della medesima diocesi.
17 giugno 1958. Al sig. Loeb Giuseppe, della medesima diocesi.
» »)) Al sig. Louis Giuliano, della medesima diocesi.
» », » Al sig. Munck Paolo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Schelcher Roberto, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Spony Luigi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Werlin Antonio, della medesima diocesi.
13 agosto » Al sig. Baumgartner Marcello, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 settembre 1957. Al sig. Kappler Giuseppe, della diocesi di Strasburgo.
» » » Al sig. Klein Paolo, della medesima diocesi.
» » » Al sig; Roethinger Massimo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Wolff Augusto, della medesima diocesi.

17 giugno 1958. Al sig. Meyer Enrico, della medesima diocesi.
» » Al sig. Stimpfling Enrico, della medesima diocesi.
» Al sig. Krug Emilio, della medesima diocesi.
» » Al sig. Scherer Carlo, della medesima diocesi.
» » Al sig. Egler Maurizio, della medesima diocesi.
21 agosto » Al sig. Gomes Tommaso, dell'arcidiocesi di Dacca.
». ». Al sig. Good Bryan, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Monendra Berna Carlo, della medesima arcidiocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferiré:

La Gran Croce dell'Ordine Piano;

•30 ottobre 1959. A S. E. Alvarado Puerto Andrea, Ministro degli Affari Esteri dell'Honduras.
15 febbraio 1960. A S. E. Porras Barrenechea Baúl, Ministro degli Affari Esteri del Perù.
16 » » A S. E. Abdallah Ibrahim, Presidente del Consiglio e Ministro degli Affari Esteri del Regno di Marocco.

La Placca dell'Ordine Piano :

18 febbraio 1960. Al sig. Odöardo dei Marchesi Fioravanti (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano :

27 novembre 1959. Al Marchese Guasco Gallarate di Bisio Emilio, della diocesi di Tortona.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 febbraio 1960. Al sig. Jervolino Angelo Baffaele (Italia).
12 » » Al sig. Murphy Roberto Daniele (Stati Uniti d'America).
15 » » Al sig. Cisneros Sánchez Emanuele (Perù).

La Commènda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 luglio 1959. Al sig. Éastwood Carlo, della diocesi di Lancaster.
15 gennaio 1960. Al sig. Schuurmans Costante (Belgio).
'22 » » Al sig. Pérez Lorente Tommaso, della diocesi di Vieh.
» » » Al sig. Von der Heydte Federico, della diocesi di Würzburg.
15 febbraio » Al sig. Risi Ferreyros Adelmo (Perù).
26 » » Al sig. Tedesco Pietro (Italia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

15 febbraio 1960. Al Gen. Ciriani Enrico (Perù).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

4 marzo 1960. Al sig. Hirose Tatsuo (Giappone).
» » » Al sig. Milani-Valerio Oreste (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

4 febbraio 1959. Al sig. Clayton Tommaso, della diocesi di Portsmouth.
26 giugno » Al sig. Benedetti Ignazio, dell'arcidiocesi di Cartagena. (Colombia).
» » Al sig. Caviedes Raimondo, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Samudio Alberto, della medesima arcidiocesi.
16 ottobre Al sig. Lalou Renato, dell'arcidiocesi di Parigi.
20 novembre Al sig. Sullivan Giovanni J., dell'arcidiocesi di Denver.
23 dicembre Al sig. Sganga Santino, della diocesi di Caltanissetta.
22 gennaio 1960. Al sig. Struth Giovanni Guglielmo; dell'arcidiocesi di Colonia.
» » Al sig. Möllers Teodoro, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Del Dotto Pietro, dell'arcidiocesi di Lucca.
» » Al sig. Kärcher Federico Guglielmo, dell'arcidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » Al sig. Sartor Giuseppe (Roma).
Al sig. Scapin Mario (Roma).
» » Al sig. Aguilar Ojeda Raffaele, della diocesi di Vich.
29 ». Al sig. Turchetti Paolo (Roma).
18 febbraio Al sig. Graglia Giuseppe, dell'arcidiocesi di Torino.
4 marzo Al sig. Avetta Udo (Roma).
» » Al sig. Marzano Carlo (Roma).
» » Al sig. Namour Marcello (Libano).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

11 dicembre 1959. Al Gen. Dorange Andrea (Francia).
15 gennaio 1960. Al sig. Thibaut De Masières Gilberto (Belgio).
» febbraio » Al Cap. Vase. Navarro Alfonso (Perù).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 novembre 1958. Al sig. D'Souza Giuseppe Albano, dell'arcidiocesi di Bombay.
24 aprile 1959. Al sig. Mitton Silvestro Giacomo, della diocesi di Portsmouth.
3 settembre » Al sig. Posadas Recio Alessandro, dell'arcidiocesi di Santiago de Cuba.
» » » Al sig. Sánchez Fornaris Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Ruiz Velasco Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
5 » » Al sig. Nibelle Enrico, dell'arcidiocesi di Parigi.

6 novembre 1959. Al sig. Beaulieu E. Antonio, della diocesi di Golfe St-Latirent.
» » » Al sig. Cormier Leopoldo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Leduc Giovanni, della medesima diocesi.
Í3 » » Al sig. Hope J. Guglielmo., della diocesi di Bridgeport.
» » » Al sig. Epifanio Filippo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Leverty Raimondo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Isacs Ermanno, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Kerr Giacomo R., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Daley Federico, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Wigand Carlo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Donahue Alfonso, della medesima diocesi.
» » » Al sig. O'Connell Giacomo J., della medesima diocesi.
» » » Al sig. McLachlan Harry, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Doran Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Shea Lewis, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Gardella Luigi J., della medesima diocesi.
» » » Al sig. Doyle Francesco J., della diocesi di Lancaster.
20 » » Al sig. Collins Harold F., dell'arcidiocesi di Denver.
» » » Al sig. Dignan Emmet J.„ della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Engelbert Luigi Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. **O**'Brien Clarenzio Davide, della medesima arcidiocesi.
» » » AÌ sig. Reich Giuseppe Adamo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Weckbaugh Kernan J., della medesima arcidiocesi.
11 dicembre » Al sig. Bertrand Lionello,della diocesi di Saint-Jérôme.
» » » Al sig. Desrochers Paolo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Léonard Gian Paolo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Thinel Luciano, della medesima diocesi.
15 gennaio 1960. Al sig. Duplay Marcello, della diocesi di Nizza.
» » » Al sig. Guiran Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mariau Filippo, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. Veronese Paolo Leandro, della diocesi di Adria.
» » » Al sig. Amoudru Bernardo, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Bartsch Francesco Gioacchino, dell'arcidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Al sig. Meraviglia Mantegazza Alberto (Roma).
» » » Al sig. Aguirre Fanaique Luigi, della diocesi di Vich.
» » » Al sig. Alvarez Tomé Emanuele, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Mazade Gustavo, della diocesi di Viviers.
5 febbraio » Al sig. Darbellay Pietro, della diocesi di Basilea.
15 » » Al sig, Maurtua Giacomo (Perù).
18 » » Al sig. Matta Riccardo, dell'arcidiocesi di Torino.
26 » » Al sig. Karderini Cleo, dell'esarcato apostolico di Grecia.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22	gennaio	1960.	Al sig. Ulloa Sotomayor Alberto (Perù).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1	gennaio	1960.	Al sig. Manzi Pietro (Boma).
22		»	Al sig. Lambertz Adamo, della diocesi di Aquisgrana.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5	giugno	1959.	Al sig. Talbott Guglielmo, della diocesi di Shrewsbury.
26	»	»	Al sig. Carrasquilla Boberto, dell'arcidiocesi di Cartagena (Colombia).
7	agosto	»	Al sig. Kuentz Emilio, della diocesi di Strasburgo.
11	dicembre		Al sig. Ambrosoli Carlo, della diocesi di Como.
»	»	»	Al sig. Chelazzi Fosco, della diocesi di Pienza.
»			Al sig. Pallavicini Federico, dell'arcidiocesi di Vienna.
1	gennaio	1960.	Al sig. Masiello Francesco (Boma).
20	»	»	Al sig. Stoppa Angelo (Boma).
22	»	»	Al sig. Zingsem Erberto, dell'arcidiocesi di Colonia.
»	»	»	Al sig. Lauter Francesco¿ della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Savoretti Giovanni, dell'arcidiocesi di Genova.
			Al sig. Beck Carlo, della diocesi di Limburgo.
»	»	»	Al sig. Conforti Umberto, della diocesi di Matelica.
»		»	ÀI sig. Badberger Carlo, dell'arcidiocesi di Monaco **e** Frisinga.
»			Al sig. Hecht Giovanni, della medesima arcidiocesi.
»			Al sig. Casós Mario (Perù).
	»		Al sig. Caroselli Arrigo (Boma).
»	»		Al sig. Fumagalli Amedeo (Boma).
10	febbraio		Al sig. Sardellini Giovanni, della diocesi di Macerata.
15			Al sig. Chávez Aliaga Nazario (Perù).
18		»	Al sig. Filippini Gianfilippo, dell'arcidiocesi di Chieti.
»			Al Nob. Mattone Challant Giovanni Francesco dei Conti di Benevello, della diocesi di Pinerolo.
	»	»	Al sig. Benvenuti Giuseppe, della diocesi di San Miniato.
26	»	»	Al sig. Fabricio Giacomo, della diocesi di Concordia.
»	»		Al sig. Lavezzaro Luigi, della diocesi di Tortona.
10	marzo	»	Al sig. Parsi Ettore (Boma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3	ottobre	1959.	Al sig. Downing Denis D., della diocesi di Des Moines.
»	»	»	Al sig. Boesen Teodoro Leone, della medesima diocesi.
20	novembre	»	Al sig. Brizzi Ilo, della diocesi di Pescia.
15	gennaio	1960.	Al sig. Pedicini Francesco, dell'arcidiocesi di Benevento.
»	»	»	Al sig. Verna Mario, della diocesi di Sora.
22			Al sig. Tasselli Edoardo, della diocesi di Grosseto.
»			Al sig. Parise Francesco (Boma).

An. et vol. LII 27 Iunii 1960 (Ser. III, v. II) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

COMMISSIONES CONCILIO VATICANO SECUNDO APPARANDO INSTITUUNTUR

IOANNES PP. XXIII

Superno Dei nutu factum esse reputavimus quod Nobis, ad Pontificale Solium vix evectis, Concilii Oecumenici celebrandi, veluti flos inexspectati veris, subiit cogitatio. Ex hoc quippe sollemni circa Pontificem Romanum sacrorum Antistitum coetu novum amplioremque, in hisce perturbatis temporibus, Ecclesia, dilecta Sponsa Christi, haurire potest splendorem, novaque spes affertur ut ii, qui christiano nomine decorantur, et sunt nihilo minus ab hac Sede Apostolica seiuncti, divini Pastoris vocem audientes, ad unicam Christi veniant Ecclesiam.

Postquam igitur, die xxv mensis Ianuarii, anno MCMLIX, in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, sacris in Basilica Ostiensi interfuimus, Patrum purpuratorum Collegio significare Nobis -placuit propositum Nostrum Concilii Oecumenici convocandi: quod Patres Cardinales laetantes ominantesque acceperunt. Die vero xvn mensis Maii insequentis, in festo Pentecostes, ut labores praevii accurate naviterque fierent, constituimus Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico, ex lectissimis Curiae Romanae Viris, cuius moderamen dilecto Eilio Nostro Dominico S. R. E. Cardinali Tardini, a publicis Ecclesiae negotiis, commisimus.

Deinde autem in Nostris primis Litteris Encyclicis pressius enuntiavimus Concilium Oecumenicum ea praesertim de causa celebratum iri « ut ad Catholicae Fidei incrementum et ad rectam christiani populi morum renovationem deveniatur, utque ecclesiastica disciplina ad nostrorum temporum necessitates rationesque aptius accommodetur. Id profecto mirabile praebebit veritatis, unitatis caritatisque spectaculum : spectaculum dicimus, quod ii etiam cementes, qui ab Apostolica hac Sede seiuncti sunt, suave, ut confidimus, invitamentum accipiant ad illam unitatem quaerendam assequendamque, quam Iesus Christus a Caelesti Patre flagrantibus rogavit precibus».[1] _

Statuimus praeterea ut celebrandum Concilium, ex constituta iam sede, Vaticanum secundum, nuncupare tur.

Commissio Antepraeparatoria maxima cum diligentia munus sibi demandatum explevit. Eadem enim, a sacrorum Antistitibus consilia et vota de rebus in Concilio tractandis postulavit, responsionesque omnes, quae plus bis mille numerantur, et sunt maximo gaudio et faustissimo omine datae, Sacris Dicasteriis Curiae Romanae, claro ordine digestas, notas fecit. Sacra autem Dicasteria multum sane utilitatis ex hisce consiliis et votis haurire potuerunt, indeque sua proposita et monita Nobis exhibuerunt. Denique ecclesiasticae et catholicae Studiorum Universitates, pari aemulatione ductae, vota et studia protulerunt de rebus Ecclesiae maxime profuturis.

Hos quidem labores investigationesque, alacri sedulitate peracta, Nos ipsi secuti sumus, Nostraque duximus muneri attentissime pervolutare cum sacrorum Antistitum consilia et vota, tum Sacrorum Dicasteriorum Curiae Romanae proposita et monita, tum denique Universitatum vota et studia. Maximas propterea gratias agimus Deo quod Nostris propositis tam generosa responderit Venerabilium Fratrum et Filiorum Nostrorum opera tamque fervens,

Nunc autem, cum ex affatim comparatis rebus et argumentis, clare pateat in quas res, pro Ecclesiae bono atque animarum salute, intendere debeat proxima Oecumenica Synodus, tempus iam est ut, adiuvante Dei gratia, ad constituendos coetus procedamus, qui in studium rerum, quae in Concilio tractari

[1] Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram,* d. 29 iun. 1959, *A. A. S.* LI, p. 511.

poterunt, sedulo incumbant. Volumus profecto ut eiusmodi coetus constent ex S. R. E. Cardinalibus, Episcopis et viris ecclesiasticis, virtute et doctrina praestantibus, cum ex clero saeculari tum ex religiosis familiis, ex variis terrae partibus ita delectis ut universale seu catholicum Ecclesiae decus atque munus inde quoque elucescat.

Per praesentes igitur Apostolicas Litteras, motu proprio datas, haec decernimus ac statuimus, quae sequuntur:

1 - Ad apparandum Concilium Oecumenicum Vaticanum alterum instituuntur *Commissiones,* quae Praeparatoriae appellantur in idque tendunt ut res seu materias per Nos selectas studio et pervestigationi subiciant, rite perspectis sacrorum Antistitum votis atque Dicasteriorum Curiae Romanae monitis et propositis.

2 - Commissiones singulae in varias Sectiones seu Subcommissiones pro necessitate dividi poterunt.

3 **- Unaquaelibet Commissio suum habeat Praesidem et certum membrorum numerum. Praeses erit unus ex S. R. E. Cardinalibus. Membra autem ex Episcopis et viris ecclesiasticis praeclaris deligentur.**

é - Commissionibus singulis accèdent aliquot Consultores ex viris rei peritis delecti.

5 - Suum quaeque Commissio habeat Virum ab actis seu Secretarium.

6 - Commissionum singularum Praesides et membra, necnon Consultores et Secretarii Nostra auctoritate eligentur.

7 **- Commissiones praeparatoriae constituuntur decem : aliae, si oportuerit, ad beneplacitum Nostrum condentur. Commissiones igitur sunt, quae sequuntur:**

a) **Commissio theologica, cuius erit quaestiones ad Scripturam Sanctam, Sacram Traditionem, fidem moresque spectantes perpendere et pervestigare;**

***b)* Commissio de Episcopis et de dioeceseon regimine;**

***c)* Commissio de disciplina cleri et populi christiani;**

***d)* Commissio de Religiosis;**

***e)* Commissio de disciplina Sacramentorum;**

***/)* Commissio de Sacra Liturgia;**

***g)* Commissio de Studiis et Seminariis;**

h) **Commissio de Ecclesiis orientalibus ;**

i) **Commissio de Missionibus;**

l) **Commissio de apostolatu laicorum in omnibus quae ad actionem catholicam, religiosam atque socialem, spectant.**

8 - Secretariatus pariter instituitur quaestionibus omnibus expendendis, quae cum hodiernis vulgandarum sententiarum rationibus (ut sunt folia typis impressa, radiophonicae et televisificae transmissiones, cinematographica spectacula etc.) quoquo modo conectuntur. Hic Secretariatus praesidem habebit Praelatum, qui a Nobis eligetur, membra autem et consultores Nostra pariter auctoritate delectos.

9 - Quo autem magis ostendatur Noster amor atque benevolentia erga eos, qui christiano nomine decorantur, sed ab hac Apostolica Sede sunt seiuncti: utque ii Concilii labores sequi possint viamque facilius invenire ad illam unitatem assequendam, quam « Iesus Christus a Caelesti Patre flagrantibus postulavit precibus », peculiaris Coetus seu Secretariatus instituitur, qui moderatorem habebit unum ex S. R. E. Cardinalibus, Nobis deligendum, eodemque modo ut Commissiones supra memoratae constituetur.

10 - Instituitur demum *Commissio Centralis,* cui Nos praeerimus sive per Nosmet Ipsos sive per S. R. E. Cardinalem a Nobis designandum.

Membra Commissionis Centralis erunt Praesides Commissionum singularum ; Moderatores Secretariatuum, de quibus in n. 8-9; aliquot alii S. R. E. Cardinales; aliqui pariter Episcopi ex variis terrae partibus delecti.

11 - Commissioni Centrali accedet certus Consiliariorum numerus, ex Episcopis virisque ecclesiasticis perillustribus delectorum.

12 - Commissio Centralis suum habeat Praelatum ab actis, qui erit Secretarius Generalis.

13 - Commissionis Centralis Membra necnon Consiliarii et Praelatus ab actis a Nobis eligentur.

14 - Commissionis Centralis munus esto sequi ac, si necesse sit, in ordinem disponere singularum Commissionum labores, atque illarum conclusiones, rite perpensas, ad Nos deferre, ut res in Concilio Oecumenico tractandas Nosmetipsi statuamus.

Commissioni Centrali munus quoque committitur propo-

nendi normas, quae ad ordinem in Concilio servandum pertineant.

15 - Ad providendum denique rebus oeconomicis et technicis, quae Concilii celebrationi necessariae sint, peculiares coetus seu Secretariatus constituentur.

Quae Nobis decernere visum est utiliter in hac causa, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Iunii, in festo Pentecostes, anno MCMLX, **Pontificatus Nostri secundo.**

IOANNES PP. XXIII

LITTERAE DECRETALES

CULTUS SANCTI GREGORII BARBADICI, CONFESSORIS PONTIFICIS, UNIVERSAE ECCLESIAE PRAECIPITUR.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Terrenas hominum vices cum Nobiscum animo consideramus, fieri sane non potest quin ad altissimam moveamur Dei celebrandam sapientiam, qui mundum universum regit « attingens a fine usque ad finem, fortiter suaviterque disponens omnia» (cf. Sap., 8, 1). Nobis enim, quibus dedit integerrimam vitam miramque Sancti Caroli Borromei industriam in christianum populum inque sanctam Christi Ecclesiam assidue investigare, tribuit praeterea illum quoque virum penitus nosse, qui eius fuit sectator fidelissimus, *Gregorium* dicimus *Barbadicum,* S. R. E. Cardinalem, sacrum Bergomensem prius, deinde Patavinum Episcopum. Cuius, ab adolescentia Nostra, sive in Bergomensi sive in Romano Seminario, perspectam habuimus vitae sanctitudinem, humanas atque supernas virtutes, quibus sacerdotii Nostri primordia tamquam claro lumine sunt collustrata.

In eo insuper Nos laetandi causam invenimus quod non modo ex eorum fuimus Consilio, qui in Bergomensis dioecesis Curia, anno millesimo nongentesimo decimo primo, resumendis processibus canonizatio-

nis eiusdem Beati praepositi fuerunt, verum etiam quod in Venetiarum Patriarchatu pastorali muneri initium fecimus die dominica, cui a « Laetare » appellatio, Idibus nempe Martiis anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, in cathedrali Patavino templo sacra ad altare peragentes, ubi corpus asservatur beati viri, atque de eo orationem habentes ad alumnos theologiae eius Seminarii, quod sanctissimus Episcopus sollicita semper cura prosecutus est. Quae omnia ita Nos affecerunt ut cum eadem urbe dioecesique Patavina dulcissimis amoris vinculis iam a pueris coniuncti essemus.

Quem quidem hominem, maxime Deo earum, dignum aestimavimus, cui apostolica Nostra auctoritate, Sanctorum Caelitum honores haberi posse decerneremus, eundemque fidelibus cunctis ad intuendum, sacerdotibus vero Nostrisque in episcopatu Fratribus ad imitandum proponeremus. Nec enim minimae sunt laudes, quibus natura ipsa efiinxit eum atque cumulavit : gravitate, nempe, ut eum addecet qui Apostolorum decore induitur, temperantia in omnibus, animi magnitudine in rebus moliendis inque certaminibus pro fide tuenda ineundis, iustitia erga Deum hominesque, omnibus denique virtutibus, quibus magni et excelsi homines ornari solent. Iis autem naturae donis superabundans divina gratia contulit splendorem.

Eius enim sive pueritiae ac sacerdotii primordia, sive praesertim episcopalis officii opera tam egregia sunt ut cum vitae sanctitudinem luculenter ostendant, tum eum verum sacri gregis magistrum et custodem fuisse prodant. Quae omnia brevis beatissimi viri vitae expositio omnino comprobabit.

Gregorius Barbadicus a. d. xvi Cal. Oct. anno millesimo sescentesimo vicesimo quinto, Venetiis nobilibus parentibus natus est, e quorum genere nonnulli electi sunt Ecclesiae praesules, nonnulli vero rei publicae duces ac magistratus. Natum infantem statim Baptismi sacramento ablui parentes curaverunt, inditis praeter Gregorium nominibus Ioanne et Caspare. Quo tempore lues perniciosissima in omnes fere Europae regiones invasit, extra Venetiarum fines una cum matre fratribusque pueritiam Gregorius duxit. Septuennis, post pium dulcissimam matris obitum, in suam urbem rediit litterisque discendis operam dedit, patre praesertim, aliorum omnium praeclarissimo, usus magistro. Qui philosophicas quidem liberalesque disciplinas adolescenti filio tradidit, at praecipue, qua insigni ipse erat in Deum pietate, christianae doctrinae ac bonitatis semina. Atque ita factum est ut, a puero usque, et praestan-

tis ingenii et morum suavissimorum et christianarum virtutum palam indicia Gregorius dederit.

Supernarum rerum amore allectus, unum in animo oculisque habuit ut videlicet, terrenis deliciis posthabitis, Deum summe coleret. Qua de re id est memorandum, diutissime eum in paterna domo genibus provolutum preces Deo fundere solitum esse, ad conclavisque fenestram non semel esse a famulis dormientem inventum.

Id sane erat patris consilium ut, ad maiorum mores institutionesque, publicae rei gerendae peritus filius fieret; optime propterea accidit ut Aloisius Contarini, qui ut Venetae Reipublicae orator Monasteriensi Conventui praesens affuturus erat, iuvenem, duodeviginti annos natum, in Germaniam secum duceret. Hac tempestate Gregorius, qui summa laude in publicis rebus humanisque versabatur disciplinis, familiarem habuit cum Fabio Chisio, Apostolicae Sedis ad eundem Conventum legato, consuetudinem, quo duce atque consiliario animus accendebatur pietate, virtutibus ornabatur.

Cum autem anno millesimo sescentesimo quadragesimo octavo Venetias rediit, ita erat terrenorum negotiorum gnarus et peritus ut spes maximas posset Respublica in eo collocare. Ille contra, omnibus neglectis divitiis et honoribus, sincera mente optabat monachorum vitam vivere. Cuius rei gratia, cum anceps haereret cui se religioso Ordini dederet, Romam profectus est, eius sententiam rogaturus quem pietatis magistrum animique sui moderatorem iure merito habebat, S. R. E. Cardinalem Fabium Chisium. Post frequentes tandem preces sociatim Deo adhibitas, alter ut nosceret alter ut Dei nuntiaret voluntatem, id Gregorius constituit ut Patavii iuris consulti lauream assequeretur, post autem, sacerdotio initiatus, in Urbe apostolico munere fungeretur. Ut ergo erat sacris Chisii Cardinalis monitis obsequentissimus, in patriam Gregorius reversus est, atque, studiorum curriculo de humanis divinisque rebus confecto, tricesimum annum agens sacerdotio Venetiis auctus est. Haud multo post, Alexandro VII Pontifice Maximo suadente, Romanorum urbem iterum petiit, ea munera ut obiret quaecumque sibi crederentur. Hic Dei sacerdos, inter Antistites Urbanos et utriusque Signaturae referendarios allectus, suum esse putavit non modo Apostolicae Sedi Summoque Pontifici perdiligentem operam navare, sed simul etiam sacris instare contionibus et operibus.

Ille igitur cum praeclaris sanctissimisque viris conversari, homines divinorum Ecclesiae sacramentorum participes facere, pueros christianam veritatem docere, eos auxiliari qui vitam in egestate degerent, quos

morbus vexaret iis patiens laetusque adesse. Eius vero afflictorum miseratio tum maxime enituit cum pestilentia eorum Romanorum vicos domosque invasit, qui trans Tiberim frequentissimi degebant. Gregorius enim, cum gravis omnium esset egestas, suae ipsius incolumitatis vitaeque oblitus, uno Dei ductus amore et proximi, diu noctuque aegrotorum, praesertim pauperum, ac puerorum amicus factus est, auxiliatur, medicus.

Sed ad maius eum munus Deus vocaturus erat, ad maioresque labo res. Nam, anno millesimo sescentesimo quinquagesimo septimo, Episcopus Bergomensis ab Alexandro VII Pontifice Maximo renuntiatus est. Quod nuntium cum in Gregorii notitiam pervenisset, ut se huiusmodi oneris, angelicis — ut ipse aiebat — humeris formidandi, cura liberaret magnis precibus Romanum Pontificem obtestatus est, neque tamen apostolicum laborem recusavit. Consecratus est igitur Romae quarto Cal. Aug. eodem anno, ad Soliumque Pontificis Maximi Adstator mense Septembri electus. Antequam vero in Ecclesiam suam abiret, universo clero populoque epistolam lingua latina misit, qua, pro sua in christianum populum sollicitudine, probe se nosse scripsit Pastoris nomen esse laboriosum, atque episcopales Ínfulas spinis magis quam gemmis intextas. Paratum se tamen pro grege suo laborare, pro gloria Dei certare, pro omnium quiete vigilare, pro salute immolari, pro vita mori.

Suscepta vero consilia, ex Gregorii animo, triginta tunc et duos annos nati, tamquam purissimo fonte manantia, quanta fide servaret, quadraginta annorum labores, vigiliae, sollicitudines, quas pro credito sibi grege animo forti et invicto adhibuit, luculenter declarant.

Ubi autem primum in dioecesis fines, quacumque remota sollemnitatis pompa, ingressus est, cogitationes et curas sacerdotibus impertiit atque universae perlustrandae dioecesi, id unum vehementer appetens ut omnes concreditas oves quam maxime iuvaret. Qua in re S. Caroli Borromei simillimus fuit, a quo vitae et episcopalium munerum gerendorum assidue normam sumpsit. In sacrum praeterea Seminarium singulares curas contulit, cuius alumnos omnibus cupiebat praestare bonitate, disciplina et scientia. Neque spe frustratus est. Conventum sacerdotum, qui Synodus dicitur, habendum curavit ; quod permagnum opus, ad mores populi emendandos aptum, nemo est qui non videat quantae, ut pro eo tempore, fuerit difficultatis.

Statutum tamen a Deo erat ut tanta operum atque virtutum lux clarius fulgeret. Enim enimvero, non modo anno millesimo sescentesimo sexagesimo, ab Alexandro VII, quem memoravimus, S. R. E. Cardi-

nalis titulo S. Marci creatus renuntiatusque est, sed etiam, quadriennio post, factus est Episcopus Patavinus. In cuius amplissimae Sedis simul ac possessionem venit, nulla interposita mora, labores coepit ad novum agrum excolendum, sibi persuasum habens, quo latius pateret dioecesis, eo magis intendendum esse ereditar um ovium studium.

Eapropter Gregorius cunctas impendit et animi et ingenii et corporis vires, ut nullus omnino eorum periret, quos custodiendos Deus dedisset (Cf. *Io.*, 17, 20). Haud secus ac Bergomi fecerat, omnes curas in sacerdotes intendit, in eosque iuvenes quos ad sacerdotalia munera Deus vocasset. Qui omnes ut maiore sive doctrina sive virtute fulgerent, studia quae in sacro Seminario tradebantur provehere coepit. Quam ob rem, novam omnino praescripsit rationem studiorum, atque institutionum epitomen dedit ad universum Seminarii regimen. Itaque factum est ut a sanctissimis egregiisque moderatoribus disciplinarumque magistris Seminarii alumni ad sacerdotalem sanctimoniam optime efformarentur, atque sive humanis litteris penitus erudirentur sive disciplinis, quae vel divina dogmata, vel sacras Scripturas, vel rem moralem, liturgicam, historicam, vel alia non pauca spectarent. Neque praetereundum videtur confertissima eum bibliotheca et officina libraria idem Seminarium instruxisse, ne quid desideraretur quod pueris sacerdotio initiandis utile esset. Quae omnia id feliciter effecerunt ut Seminarium Patavinum, quod « cor cordis » sui appellabat, praestantium virtutum ac scientiarum officina fieret.

Patavinae autem dioecesis eae erant tunc temporis condiciones ut Pastoris animum gravi tangerent angore. Neglecta enim caelestium veritatum doctrina, venerabile Dei nomen violatum, sacratissima Ecclesiae sacramenta nonnisi perraro recepta. Sollemne propterea sanctissimus Episcopus habens omnia peragere seque etiam ipse impendere ut dioecesis curiae omnes in fide **Tectisque** christianorum moribus proficerent, illico assiduam earundem visitationem incepit ; quod profecto maximum eius est habendum pastorale opus, omne genus laborum aerumnarumque plenum, ob nullamque causam nisi ob morbum et obitum intermissum. Igitur inter omne tempus, sive frigus ingruebat sive aestus, devia saepissime pedibus itinera faciens, iterum atque iterum universae dioecesis curias visit, in cunctas ingreditur sacras aedes, fideles qui confertissimi semper aderant evangelica lege imbuit, aegrotantes solatur, malo errore deceptas oves ad domum Patris rursum reducere contendit. In omnibus vero quae agebat, elucebat sincera pauperum dilectio, ege-

norum, derelictorum ; quibus eo semper libéralissime affuit, pecunia scilicet et auxilio, ut aliquando rerum omnium ipse laboraret inopia.

Nihil quod ad vitia funditus tollenda conduceret ad divinumque cultum restauran dum triginta tres annos Patavii neglexit, christianae praesertim doctrinae tradendae sollicitus. In quo tuendo sui muneris officio non tantum sacerdotes adiutores habuit, sed complures etiam nobili genere viros et mulieres, Athenaei Patavini doctores, qui pueros divinae legis elementis erudire solebant in sacris aedibus aut, si oporteret, in domibus, in plateis, in triviis. Neque puellarum praetermisit religiosam institutionem, quae ob naturae infirmitatem "vitaeque egestatem saepissime in periculis versarentur; neque longius iam aetate provectorum, quos seorsum instruendos congregabat ; neque tamen doctorum hominum, quibus tres annos, dominicis ceterisque diebus festis de praecepto, per egregiae sapientiae ac virtutis viros praecipua christianae philosophiae capita in cathedrali templo tradidit.

Non ante vero rerum ab eodem gestarum memoriae finem imponimus, quam generosam eius operam meminerimus cum erga Mahumedanorum gentes, tum erga proximi Orientis nationes, a verae Christi Ecclesiae amplexu ereptas. E quibus regionibus iis in primis, qui aut Patavii aut Venetiis liberalium disciplinarum studio hospites incumbebant, ita paterne religioseque affuit ut sacri Baptismi aquis nonnullos ipse abluerit. Quin etiam, ut linguarum quoque orientalium studio in Seminario opera daretur effecit, eo nempe consilio ut, qui eadem qua ipse apostolica ardèrent flamma, secum, si Deus dedisset, Byzantium contenderent, optatissimae cum Romana Ecclesia unitatis et pacis nuntii ac praecones.

Paucis ita exposita sanctissimi Episcopi vita, eas tandem celebrare placet, quae maximae in eo floruerint animi virtutes. Tenax in primis sinceraque eius in Deum fides, in Christum eiusque Vicarios, in Deiparam Virginem quavis labe ab origine intactam. Magna quoque spes atque fiducia quam, praesertim moriturus, in Dei bonitate et clementia collocabat. Effusissima praeterea cum in Deum, tum in homines caritas. Quam Dei dilectionem non modo ardentissimae preces declarabant, quas diu noctuque in tantis gravibusque laboribus fundebat, sed etiam constans illa atque universa sui ipsius supernae voluntati devotio. Summa religione ac pietate, cunctis perquam mirantibus, ad altare sacra peragebat, solitus dicere se aegre intelligere quomodo sacris sacerdos litaret nec esset sanctus. Ut autem animum ad altiora roboraret sive ieiuniis corpus domabat, parvo scilicet contentus cibo, sive flagellis zonisque

ferréis macerabat. Qui magna apud Summos Pontifices ac principes viros existimatione et fama virtutis fuit, demisse tamen de se sentiebat, unus ut Deus gloriam, christifidelium vero animi bonum caperent. Quam maxime ergo rerum terrenarum suique ipsius ita contemptu praestitit, ut cum populares rumores quantum posset fugeret, tum sui gradus honores. Nihil igitur mirum si, provectus iam aetate atque infirma valetudine, ad caelestia unice intendebat de aeternisque gaudiis perlibenter cum omnibus colloquebatur.

Ea iamque suprema instabat dies, quae fuit duodevicesima mensis Iunii anno millesimo sescentesimo nonagésimo septimo, qua post extremos fortiter superatos diabólicos incursus, sacratissimo Iesu Corpore in viaticum refectus et opobalsamo inunctus, novo mane animam placidissime efflavit.

Cum vero eius post obitum magis in dies fama percrebruisset, sive ob clarissimam vivendi rationem sive ob prodigia quae, eodem deprecante, ferebantur a Deo patrata, de Beatorum Caelitum honoribus illi decernendis causa coepta est agitari. Processus igitur, quos informativos vocant, de venerabilis Servi Dei vitae sanctimonia auctoritate ordinaria constructi sunt. Quibus peractis ceterisque ad iuris communis normas religiose exactis, inquisitiones apostolicae habitae sunt de eius sive theologalibus sive cardinalibus virtutibus, quas heroicum attigisse gradum Clemens XIII, Decessor Noster, a. d. vi Id. Febr. anno millesimo septingentésimo quinquagesimo nono, sollemni sanxit decreto.

Postquam autem in comitiis sive praeparatoriis sive generali acta fuit quaestio de miraculis quae, venerabili Gregorio Barbadico deprecante, a Deo effecta dicebantur, biennio post a. d. vi Id. Febr. ab eodem Summo Pontifice decretum est : constare de duobus propositis miraculis, videlicet de instantánea perfectaque sanatione tum Sororis Nicolosae Cinetti a mortifero capitis vulnere, tum Luciae Casotto iam iam, ob ulceris in dextero brachio tabem, moriturae.

Quaerendum porro erat an, virtutibus et duobus miraculis probatis, venerabili Servo Dei Beatorum Caelitum honores tuto decerni possent. Qua de re, postquam diligentissime disputatum est ad iurisque normas omnia peracta sunt, a. d. xvn Cal. Aug. eodem anno, idem Clemens XIII edixit : *tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Servi Dei Gregorii Barbadici beatificationem.*

Quod per eiusdem Pontificis Maximi Apostolicas Litteras factum est a. d. in Id. Sept. anno millesimo septingentésimo sexagesimo primo.

Cum autem post eidem decretos Beatorum Caelitum honores, eius cultus non pauca accepisset incrementa atque, eo deprecante, nova dicerentur a Deo patrata miracula, de Sanctorumque honoribus illi decernendis rite disquisitum esset, Pius X, sanctissimus Decessor Noster, pridie Calendas Martias anno millesimo nongentesimo duodecimo, decretum sua manu signavit de eo sanctitatis Ínfula decorando. Optantibus autem Nobis ut Beatus Gregorius Barbadicus ab omnibus christifidelibus magis magisque coleretur, utque sacrorum alumni peculiarem eum haberent apud Deum Patronum, ex quo etiam sacri animorum Pastores sibi exemplum caperent, peropportunum visum est si eius vitam et laudes ita celebraremus ut praeclarae eius virtutes universae Ecclesiae splendidius collucerent. Quod ne diutius protraheretur, de eiusdem aequipollenti, quam vocant, canonizatione Ipsi cogitantes, libentissime iis litteris annuimus, quas plures Purpurati Patres et Sacrorum Antistites, Canonicorum Collegia ac Seminaria, Bergomensis et Patavinae Ecclesiae curiae aliique non pauci ad Nos miserunt, atque easdem hoc super negotio normas adhibere censentes, quas nonnulli Praedecessores Nostri, huiusmodi rem Sacrorum Rituum Congregationi expediendam mandavimus.

Postquam autem a. d. vi Cal. Mai, hoc anno, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales eiusdem Sacrae Congregationis negotiis praepositi sententiam rogati sunt de extensione seu concessione ad universam Ecclesiam Officii et Missae in honorem Beati Gregorii Barbadici, olim Episcopi Bergomensis et Patavini, Nosque postridie venerabilis Frater Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, Episcopus Tusculanus, SS. Rituum Congregationis Praefectus, de singulorum sententia certiores fecit, quod iidem statuissent esse faciendum auctoritate Nostra Ipsi confirmavimus ac decrevimus, id simul statuentes ut in Lateranensi Basilica, quae omnium est Ecclesiarum mater et caput, acta perficeretur sollemnique ritu renuntiarentur, a. d. VII Cal. Iun. labentis anni.

Omnibus itaque mature perpensis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, per has sub plumbo Litteras concedimus atque praecipimus ut *festum Sancti Gregorii Cardinalis Barbadici, Episcopi Bergomensis et Patavini, cum Officio et Missa de Confessore Pontifice, sub ritu duplici, in universa Ecclesia quotannis celebretur, die eius natali, duodevicesimo nempe mensis Iunii.*


Ita igitur novensilis huius Sancti a Nobis consecrata memoria, pro-

fecto fore confidimus ut, cuius patrocinium primi invocavimus, ipse Nobis ea potissimum a divina clementia impetrare velit quae ad suscepta pro Christi Ecclesia consilia ét incepta ad felicem exitum deducenda valeant ; ut christianis universis unum quam primum fìat ovile unusque Pastor, atque populi omnes, fraterno inter se amore coniuncti, ad iustitiam, caritatem et pacem animos componant.

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia ac de Nostra apostolica auctoritate, quae supra memoravimus confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris haberetur, si ostenderentur. Nemini autem iis, quae per has Litteras statuimus, obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Ioannem in Laterano, die sexto et vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

Ego IOANNES Catholicae Ecclesiae Episcopus.



¡33 Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

£g Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

£8 Ego IOSEPHUS Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

£8 Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELUA.

83 Ego MARCELLUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis MIMMI.

83 Ego CAIETANUS Episcopus Tusculanus Cardinalis CICOGNANI.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego IACOBUS ALOISIUS titulo S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis COPELLO, S. R. E. Cancellarius.

Ego GREGORIUS PETRUS titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis AGAGIANIAN.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.

Ego IOANNES BAPTISTA titulo S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis MONTINI.

Ego IOANNES titulo S. Priscae Presbyter Cardinalis URBANI.

Ego PAULUS titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Cardinalis GIOBBE, S. R. E. Datarius.

Ego IOSEPHUS titulo S. Pauli in Arenula Presbyter Cardinalis FIETTA.

Ego FERNANDUS titulo S. Eustachii Presbyter Cardinalis CENTO.

Ego CAROLUS titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis CHIARLO.

Ego HAMLETUS IOANNES titulo S. Clementis Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego CAROLUS titulo S. Agnetis extra moenia Presbyter Cardinalis CONPALONIERI.

Ego DOMINICUS titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis TARDINT.

Ego PAULUS titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Cardinalis MARELLA.

Ego GUSTAVUS titulo S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis TESTA.

Ego ALOISIUS IOSEPHUS titulo S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis MUENCH.

Ego ALOISIUS titulo S. Andreae Apostoli de Valle Presbyter Cardinalis TRAGLIA.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

Ego ALBERTUS S. Pudentianae Diaconus Cardinalis DI IORIO.

Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Cardinalis BRACCI.

Ego ANDREAS S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis JULLIEN.
Ego FRANCISCUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis MORANO.
Ego VILLELMUS THEODORUS S. Theodori in Palatio Diaconus Cardinalis HEARD.
Ego ANTONIUS S. Eugenii Papae Diaconus Cardinalis BACCI.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

£g CAIETANÜS Card. CICOGNANI
8. R. C. Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**

Expedita die x Iunii, anno Pont. II.

In Cane. Ap. tab., Vol. CUI, n. lft.

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM

Feria secunda, die xxx mensis Maii anno MCMLX, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, *Consistorium semipublicum* habitum est de Canonizatione Beati Ioannis de Ribera, Patriarchae Antiocheni et Archiepiscopi Valentini.

Huic actioni Beatissimus Pater sic praefatus est :

Quid sit, quod vos, Venerabiles Fratres, Nobis hodierna die advocaverimus, in promptu sane vobis manifestumque est: ut videlicet, pro Apostolicae huius Sedis instituto, in causa de decernendis Beato Ioanni de Ribera, Patriarchae Antiocheno eidemque Archiepiscopo Valentino, Sanctorum Caelitum honoribus versemur.

Quam causam postquam sacrum Consilium legitimis Ritibus Cognoscendis, **iustis rationum** momentis expendit **suisque examinavit ponderibus, de ea, ut probe** meministis, **et die duode-**

tricesimo superioris mensis Martii in Consistorio Secreto, et tribus exactis diebus in Consistorio Publico peroratum est. Atque vos in eam opinionem adductos esse non ignoramus, ut, sive ob multa et non dubia excellentia virtutis indicia, sive ob miranda quaedam opera supra naturae ordinem patrata, huius viri sanctimoniam satis confirmatam testatamque habeatis.

Attamen, quod ad Nos spectat, quamquam Nobis conscii sumus, in id genus causis Spiritum illum, omnis sanctitatis fontem et originem, sui Nobis facere copiam, nihilo setius translaticiam servare morem cupientes, non ante Beatum hunc Caelitem sanctitatis compotem pronuntiare volumus, quam plane Nobis iterum aperiatis quid ea de re existimetis.

Amabimus igitur vos, Venerabiles Fratres, si dignitatis vestrae ordine adhibito, alius ex alio Nobis declaraveritis quam sententiam hac de causa sequendam esse putetis.

Exceptis Emorum Patrum Cardinalium et Excmorum Antistitum adstantium suffragiis, Summus Pontifex haec addidit verba :

Quod vos, nulla cuiusquam discrepante opinione, Beatum Ioannem de Ribera dignum iudicavistis qui in Sanctorum Caelitum album referatur, id quidem Nobis admodum accidit iucundum, qui idem, quod ad Nosmet ipsos attinet, maxime optamus.

Constituimus ergo Beatum Ioannem de Ribera, cum praestabili insignique virtute, tum operibus praeter naturae vim editis clarum, ad Sanctorum Caelitum numerum ascribere ; idque proximo die festo Sanctissimae Trinitatis, qui est duodecimus mensis Iunii hoc anno, in Basilicae Vaticanae maiestate, eo catholicorum rituum splendore et frequentia, quibus christifidelium animi ad pietatem vehementer permoventur.

Interea autem vota ad Deum, a quo *recta consilia* proficiscuntur, vertere ne intermittatis, ut quod decreturi sumus, in Dei ipsius gloriam honoremque cedat, inque solidam christiani populi utilitatem.

De quibus omnibus ut acta conflcerent, Exc. P. D. Henricus Dante, Caeremoniarum Apostolicarum Praefectus, loco Procuratoris Fiscalis Rev. Camerae Apostolicae, adstantibus Protonotariis Apostolicis de more mandavit.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA VIRGO. ((A FATIMA)) IN PRAECIPUAM PATRONAM UNA CUM SANCTO DOMINICO, CONFESSORE, ELIGITUR TOTIUS DIOECESIS S. DOMINICI NOVEM IULII.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui huius saeculi caliginosas semitas terant, mortales tutam expediunt viam salutis, si Beatam Mariam Virginem colunt ex animo, si eius Immaculati Cordis regnum pro viribus propagan!. Gaudio igitur afficimur, quod Christifideles dioecesis Sancti Dominici Novem Iulii, anno MDCCCCLVII a Decessore Nostro imm. mem. Pio PP. XII in Argentina Republica conditae, in Almam Deiparam a Fatima appellatam praecipua feruntur pietate. Quo religionis studio permotus, Venerabilis Frater Augustinus Herrera, Episcopus eiusdem dioecesis, preces ad Nos admovit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine illo invocatam, praecipuam Patronam, una cum Sancto Dominico, suae iurisdictionis renuntiaremus. Quae vota libenti animo implentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Fatima praecipuam apud Deum *Patronam,* una cum Sancto Dominico, Confessore, totius dioecesis Sancti Dominici Novem Iulii constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, principalibus dioecesium Patronis rite competentibus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxui mensis Martii, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

CATHEDRALIS ECCLESIA PREMISLIENSIS LATINORUM BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum beneficio solet templis, quae religione, structurae genere, artificiosis operibus valde commendantur, peculiaris honor adiungi. In quibus numerum obtinet cathedralis ecclesia Premisliensis Latinorum, Sancto Ioanni Baptistae ac Beatae Mariae Virgini, Reginae Poloniae, sacra. Iamvero cultus Mariani sedes quaedam eximia est, quandoquidem signum Dei Genetricis, aureo diademate anno MDCCLXVI ornatum, impensis ibi populi obsequiis colitur. Probatur praeterea ob molis amplitudinem, architectandi rationem, partim Gothicam, quam dicunt, partim a renatis artibus appellatam, et sacram supellectilem pretiosam, divinis aptam ritibus, qui a sacrorum administris splendide agi perhibentur. Cum vero hoc anno quintum condatur saeculum ab hoc principe templo excitato, quod praeteritis temporibus Patriarchali Basilicae Lateranensi erat aggregatum, Venerabilis Frater Franciscus Barda, Episcopus Premisliensis Latinorum, Nos rogavit, ut sacram hanc aedem Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Premisliensem Latinorum, Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae et Beatae Mariae Virginis, Reginae Poloniae, consecratam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINE
a publicis Ecclesiae negotiis

III

BEATA MARIA V., VULGO « NOSSA SENHORA DO AR » APPELLATA, CAELESTIS PATRONA OMNIUM LUSITANIAE AËRONAUTARUM ELIGITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Aligera cymba qui per arduum properant caelum, Lusitani aèrii nautae Beatam Mariam Virginem, vulgari adiecto nomine « Nossa Senhora do Ar », plurimos iam annos sua quidem sponte solent invocare et excolere. Neque perperam filii in amantissimae Matris se fidem committunt eiusque supernum exposcunt auxilium, qui fragilitatem rerum e materia fabricatarum noverunt experiundo et pericula adeunt multa. Compertum quoque habent iidem Almam Deiparam gentem Lusitanam peculiari per saecula obtegisse praesidio et in praesens quoque amore prosequi singulari. Itaque publici Moderatores rei aèronauticae submisse rogaverunt, ut Dei Genetricem, « Nossa Senhora do Ar » appellatam, addictis aëriae navigationi Lusitanae caelestem constitueremus Patronam. Quibus precibus, Dilecti Filii Nostri Emmanuelis Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Lisbonensis Patriarchae, ampla commendatione suffultis, libenti animo statuimus obsecundare. Quae cum ita sint, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine « Nossa Senhora do Ar » appellatam, omnium Lusitaniae aëronautarum caelestem apud Deum *Patronam* eligimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Ianuarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. BENIAMINUM UBALDI, EPISCOPUM EUGUBINUM, OCTAVO EXPLETO SAECULO A SANCTI UBALDI, ILLIUS CIVITATIS CAELESTIS PATRONI, PIO OBITU.

IOANNES PP. XXIII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Alacre pietatis studium, quo civitas ista in honorem S. Ubaldi caelestis Patroni sui sollemnia sacra peragere solet, hoc volvente anno eventus adauget sane memorandus : octavum scilicet expletum saeculum, ex quo sanctus hic vir meritis probeque actis onustus ad superas sedes evolavit.

Per officiosas litteras Nobis nuntiasti, ex faustitate huius eventus mirabili amore exarsisse christifidelium tuorum animos, quibus optima quidem huiusmodi occasio visa est, ut suam in tutelarem Praestitem voluntatem et observantiam multiplici significatione testarentur. Nos autem, quibus tam gravibus Ecclesiae temporibus nihil antiquius et suavius est, quam ut religionis ardor magis magisque in populo excitetur, periucundo laetitiae sensu affecti sumus, cum haec novimus; quae quidem, Deo opitulante, putamus fore non modo urbi vestrae decora, sed utilia etiam et salutaria quam maxime.

Et sane, S. Ubaldi nomen in memoriam revocat excelsae sanctitudinis splendorem, quo mirum in modum amoena terra ista refulsit; uberem revocat supernorum beneficiorum fontem per saeculorum decursum apud vos apertum ; ac potissimum revocat, qua incensa caritate praeclarus hic Cáeles populum adamaverit suum, cui quidem, omnibus omnia factus, pastor ac pater incomparabilis exstitit, vitiorum acerrimus extirpator, libertatis vindex, pacis fraternaeque concordiae conciliator studiosissimus.

Neque indefatigata eius opera ad christianos mores efficaciter renovandus tantummodo contulit, sed in ipsius etiam civitatis bonum salubriter influxit, quam, ut probe nostis, olim a praesenti excidii periculo liberavit. Quare mirum non est, si arctissimo suavissimoque amoris vinculo S. Ubaldus sibi Eugubinum populum in perpetuum obstrinxit; quod quidem vos ipsi post tot saeculorum intervallum luculenter adhuc ostenditis, in trepidis rebus validissimo eius patrocinio haud frustra confidere assueti. Ac non modo aequalium suorum, sed etiam quasi

posteritatis vocem rettulisse videtur Theobaldus Episcopus, qui de S. Ubaldo, proximo decessore suo, haec scribere non dubitavit: «Cathedram Episcopalem regendam feliciter per saecula suscepit **y).**[1]

Est igitur, Venerabilis Frater, cur saeculares honores opportune S. Ubaldo tribuendos libenti sane animo dilaudèmus et commendemus. Priscae memores gloriae ac praeclaris huius Caelitis exemplis permoti, Eugubini christifideles novo nisu religionis praecepta in publicos privatosque mores referre contendant. Sanctum sit ipsis, qui mortales sancti Ubaldi exuvias tam impense colunt et venerantur,, non minore pietatis studio eius sanctimoniae supernum afflatum ac monitoriam vocem diligenter tueri. Ita quidem ut quam ipse tam feliciter olim apud vos excitavit christianae vitae renovationem, eadem in dioecesis istius finibus reflorescat quam maxime. Id enim est quod a vobis Patronus vester cupit ac postulat, et quod Nos quasi optatissimum salutaremque harum celebrationum fructum una vobiscum a Deo Optimo Maximo supplicibus precibus imploramus.

Quae ut auspicato contingant, Apostolicam Benedictionem, Nostrae benevolentiae testem, tibi, Venerabilis Frater, itemque clero populoque tuis curis demandatis, peramanter impertimus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die v mensis Maii, anno MCMUX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

HOMILIA

IN PATRIARCHALI ARCHIBASILICA LATERANENSI HABITA, IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI, CUM B. GREGORIUS BARBADICUS, EPISCOPUS ET S. R. E. CARDINALIS, SANCTORUM ADSCRIPTUS ESSET CATALOGO. *

Venerabili Fratelli e diletti figli!

Al rito solenne che stiamo celebrando conviene l'ornamento di alcune parole appropriate alla straordinaria circostanza.

Ve le rivolgiamo con la consueta semplicità di accento che sappiamo non riuscirvi discara.

[1] ***Vita Sancti Ubaldi,* cap.** VIII.

*** Die 26 Maii mensis a. 1960.**

Queste parole vogliono essere un tocco di buona, incoraggiante ed edificante dottrina.

1) Innanzitutto sul mistero dell'Ascensione di cui **S.** Luca ci fa leggere nel libro suo *Actus Apostolorum* i tratti vivaci e sublimi : 2) sulle schiere dei Santi ascendenti con Cristo lungo i secoli ed associati con Lui alla partecipazione della gloria celeste : 3) sul loro convenire oggi particolarmente esultanti presso il trono di Dio nel festeggiare la introduzione di S. Gregorio Barbarigo nelle sfere più alte della esaltazione di cui la Chiesa ama circondare, dopo questa vita, i suoi figli insigni, ad esempio ed a protezione del popolo cristiano.

I - IL GRANDE MISTERO DELL'ASCENSIONE

Contempliamo dunque innanzitutto il grande mistero dell'Ascensione di Nostro Signore.

È bello, è delizioso per il nostro spirito che la più solenne celebrazione di questo mistero appartenga, per speciale privilegio, a questa basilica Costantiniana, cattedrale di Koma. Il Pontefice suo tra i più insigni, S. Gregorio, la chiamava la basilica d'oro, aurea basilica, dedicata al Ssmo Salvatore, e già dagli antichi tempi conclamata « di tutte le chiese di Roma e del mondo madre e capo — *urbis et orbis omnium ecclesiarum mater et caput* ».

Sì : il rito conviene al tempio. E il tempio del Laterano fiammeggia della gloria e del trionfo finale di Gesù : *via, veritas et vita : mundi Salvator : in aeternum.*

Della storia e dell'opera redentrice di Gesù certo l'avvenimento più sacro è la Risurrezione : la festività più alta e gloriosa è la Pasqua. Ma è ben naturale che suggellata la vittoria della vita sulla morte, a redenzione compiuta, il Verbo Divino fatto uomo tornasse trionfante al Padre a mostrargli nel corpo glorificato i segni del suo trionfo, e a dare inizio alla nuova storia dei rapporti rappacificati fra Cielo e terra col perdono di Dio, dopo la espiazione della Croce e del Sangue.

L'antifona infatti, che ricorre nella odierna salmodia, è il profeta Davide che la ispira : *A summo caelo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius.*[1] Dalla divina sommità del cielo egli discese sul mondo per redimerlo e per salvarlo : ad opera di misericordia e di pietà consumata, Gesù riascende al seno del Padre donde era provenuto.

[1] ***Ps.*** **18, 7.**

Che grande mistero è questo ! La vittoriosa riconquista di tutto il genere umano alla diretta dominazione di Chi Pavea creato: riconquista fatta splendente di luce evangelica, e di sangue divino sparso a nuova ricostruzione intima per ogni anima credente, e di nuovo ordine sociale nella successione dei popoli e dei secoli eterni : prodigio di potenza, prodigio di gloria per Gesù Salvatore : dei secoli e dei popoli re glorioso ed immortale !

Dal suo primo apparire nel seno verginale di Maria, e poi fra i vagiti e i sorrisi a Betlemme, dai silenzi e dal nascondimento umile e laborioso dei trentanni, dall'annunzio dell'*evangelium regni* attraverso la Galilea e la Giudea, e infine dal tragico epilogo della Passione fino ai chiarori vittoriosi della Bisurrezione, fino a questa ammirabile *Ascensione* che accende di luce superna i nostri occhi e penetra di grazia esultante i cuori : oh ! che successione stupenda ed ineffabile — diletti Fratelli e figli — d'avvenimenti ; oh ! che variazione inattesa di aspetti iridescenti dell'intima comunicazione del divino con l'umano, del cielo con la terra!

Ancora un istante,„ ancora un tocco nella contemplazione di questo quadro sublime.

All'arrivo di Gesù in cielo, egli adempie le sue promesse. Ecco lo Spirito Santo nei bagliori delle lingue di fuoco posate sulle teste dei convenuti nel Cenacolo, in atto di operare nei petti quella fecondazione di grazia, da cui balza la Santa Chiesa nella sua distinta fisionomia di società soprannaturale e gerarchica, introducendola nella sua storia di regno di Dio militante sulla terra, perchè si evolva, poi, in purgante oltre la tomba e finalmente trionfante in cielo.

II - LA GLORIA DEI SANTI NELL'ASCENSIONE

Diletti Fratelli e figliuoli ! È da questo vertice che la luce dell'Ascensione si irradia di un secondo aspetto di provvidenza divina a beneficio della umanità rigenerata : un nuovo incanto, un prodigio ineffabile di grazia e di gloria.

Con Gesù che ascende alla destra del Padre si aprono le vie dei cieli per i figli dell'uomo, ormai riassunto alla sua primitiva destinazione di creatura spirituale riservata ai beni eterni.

Già S. Matteo, il primo degli Evangelisti, aveva raccontato che al morire di Gesù sul Golgota, oltre allo scindersi del velo del tempio in due parti, al commuoversi della terra e delle pietre, anche i sepolcri si aprirono *et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, et*

exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis.[2]

Come non scorgere in questo inaspettato prodigio il primo apprestamento della processione che dopo quaranta giorni doveva sollevarsi a volo, dall'oliveto per la via luminosa dei cieli e precisamente per accompagnare il trionfante Redentore Divino, nell'atto di prendere anche in forma umana il possesso del regno eterno a cui, Agnello sacrificato per i peccati del mondo, aveva assicurato il diritto sacro e glorioso?

Tra i Padri e i Dottori che variamente interpretano questo passo di S. Matteo, P Aquinate nel suo *Commentario* prende posto decisamente presso quanti asseriscono che *corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt* — egli aggiunge — *tamquam intraturi cum Christo in coelum.*[3]

Spetta quindi ai morti dell'Antico Testamento, i più vicini a Gesù — nominiamone due dei più intimi alla sua vita, Giovanni Battista il Precursore e Giuseppe di Nazareth, il suo nutricatore e custode — spetta a loro — così piamente noi possiamo credere — l'onore ed il privilegio di aprire questo mirabile accompagnamento per le vie del cielo : e dare le prime note all'interminabile *Te Deum* delle generazioni umane salienti sulle tracce di Gesù Redentore verso la gloria promessa ai fedeli, alla grazia sua.

Anche a non toccare qui la grave questione circa il numero degli eletti, è ben certo che col nome di Gesù sulla fronte e con la grazia sua nel cuore e nella vita, durante venti secoli, il computo dei buoni discepoli e degli amici di Gesù supera ogni possibile calcolo, ed il corteo che si inizia coli'Ascensione deve confortare ed incoraggiare ogni anima credente e fiduciosa nelle promesse di Cristo.

Per noi, umili sacerdoti del Signore, e quanti anche bravi laici ci seguono da vicino, familiari come siamo ai libri sacri dei due Testamenti, gli orizzonti dello spirito si aprono facilmente a visioni confortatrici circa i beni assicurati all'esercizio delle virtù cristiane nella vita ed alla fedeltà ai precetti del Signore. Sorprende felicemente il constatare come dei ventisette libri del Nuovo Testamento, l'ultimo che chiude la serie sia l'Apocalisse di S. Giovanni, che, a parte qualche

[2] *Matth.* 27, 52-53.

[3] *Super Evang. S. Matth.*, Lectura, c. XVII, ed. IV, 1951, n. 2395, p. 367; I. Knabenbauer S. J., *Comment, in Evang. S. Matth.*, Pars altera, Parisiis, 1893, pp. 538-539.

difficoltà circa l'immediata interpretazione su alcuni sprazzi particolari di incerta significazione, il complesso ci dà tale un rapimento da farci scorgere i luminosi orizzonti della gloria degli eletti, per cui le tre denominazioni della Chiesa Santa di Gesù, militante, purgante, trionfante, si dispiegano in una ricchezza di energie spirituali, che ci infonde una tranquillità intima e coraggiosa a tutto fare, a tutto soffrire, sempre fìsso lo sguardo sul volto di Cristo, sereno, mite e animatore.

Sentite come la voce del veggente di Patmos ci disvela i segreti di quanti seguono fedeli e costanti la legge del Signore. Ecco dapprima la folla dei dodicimila segnati per ciascuna delle dodici tribù d'Israele. Questa turba grande si distende nella vastità dell'orizzonte, così che nessuno può contare con precisione, fra il visibilio di tutti i popoli, di tutte le lingue, di tutte le Nazioni.

Riguardando questo spettacolo sorge spontanea la domanda : questi, vestiti in abito purpureo, e questi, ornati di bianca stola, e questi, tenenti in mano palme di olivo, chi sono e donde vengono, e continuano a venire?

Oh! questi sono i Santi familiari al nostro spirito, ai nostri occhi, alla nostra ammirazione. I primi, e più antichi, ma anche i moderni, sono gli Apostoli del Vangelo, i Martiri, i Confessori, i Vergini e le Vergini, i Missionari, i Pontefici, i Sacerdoti e Religiosi di ogni età, di ogni ordine e di ogni terra.

Tutti, tutti sono lieti ora, ma tutti salgono dalla tribolazione che li ha purificati, e continuano a salire, e si dispongono poi tutti intorno al trono dell'Agnello, intorno a Gesù che primo ascese, ed oggimai abita con loro, ed è la loro vita, sorgente inesausta ed inesauribile della felicità dei secoli eterni.[4]

Oh ! dilettissimi Fratelli e figliuoli. Questo spettacolo che ci riempie di letizia gli occhi ed il cuore è sempre la solennità della Ascensione del Signore : che si prolunga e si raddoppia e celebra il suo complemento nella festa di Ognissanti.

S. Luca ha iniziato la prima pagina del poema della nostra vita spirituale. Il veggente di Patmos ne canta la conclusione. Le ultime parole son là : *Veni, Domine Iesu.*[5]

[4] Cfr. *Apoc.* 7, 17.

[5] *Apoc.* 22, 20.

III - S. GREGORIO BARBARIGO,
ANCHE LUI, FRA I SANTI DELL'ASCENSIONE

Vescovo e Cardinale, Confessore e Pontefice, per la odierna proclamazione egli prende, nel culto della pietà liturgica e popolare, il posto di onore e di intercessione che la consuetudine ecclesiastica dei secoli riconosce ai più distinti.

Egli è riservato — come lo fu del resto anche sin qui — a diffondere «ulla Chiesa universale, ora più che mai, un raggio folgorante di quella luce divina di santità pastorale che salva i popoli e amplifica i trionfi •del regno del Signore.

In verità la Provvidenza dispose che un assai lungo tratto di età si interponesse fra il suo morire a Padova nel giugno 1697 e la presente «uà esaltazione aureolata in questo 26 maggio del 1960 del fastigio della canonizzazione. Ma a ricercare bene a fondo Ci è facile scorgere, anche in questo ritardo, un disegno di bontà celeste che tutto dispone a richiami e ad ammonimenti salutari per la presente generazione.

I progressi delle scienze moderne, lo scoprimento di insospettate energie messe a servizio della vita presente vengono creando un tal -quale incantesimo, circa il facile misurarsi dello spirito con le asprezze immanchevoli, che la volontà, decisa di far onore alle proprie responsabilità individuali e collettive, deve saper superare o soffrire.

Quanto concerne l'esercizio delle virtù cristiane nell'ordinario *curriculum* di quaggiù, viene giudicato più o meno importante ai fini della nostra salute eterna e santificazione, o di facile compromesso con lo spirito del mondo. E ciò produce un sensibile adattarsi alle «cosiddette esigenze del pensiero moderno, un lasciar andare, ed un lasciar correre ai gusti ed alle bizzarrie del secolo, con quell'infelice ritornello : oggi si fa così : questo è il vezzo che più va : un superamento dei tempi vissuti : che poi del resto è fiacchezza, sì, ma non è negazione, di ciò che è sostanziale di dottrina rivelata, che fu gloria dei nostri padri trasmettere sino a noi.

Ora questo nostro S. Gregorio Barbarigo fu un prelato moderno nel senso più giusto ed ampio del termine. Vescovo di Bergamo, ed a mezzo secolo di distanza da S. Carlo Borromeo, ne fu un imitatore mirabile della applicazione della legislazione post-tridentina, al reggimento della diocesi. Passato a Padova, ed ivi pastore infaticabile di quel gregge per trentatrè anni vi fece fiorire una ricchezza tale di

istituzioni ecclesiastiche, di cultura, di assistenza, di apostolato, da rendere veneratissi ma la sua persona e immortale il suo nome, anche per i secoli che succedettero al suo così operoso passaggio. Prelato di alta cultura scientifica, di fisica e di matematica, strettamente intesa, di letteratura latina, italiana e delle diverse lingue di Europa e di Oriente : vigile a tutte le forme più penetranti dello zelo pastorale, egli fu davvero un grande personaggio dei tempi suoi. Ma sotto il velo prezioso della sua modernità egli coltivò innanzi tutto uno spirito squisitissimo di santità autentica, purissima che gli permise di conservare l'innocenza battesimale, e di crescere di anno in anno nell'esercizio delle virtù sacerdotali più alte ed edificanti. Erano infatti : una fede in lui che lo mise in guardia dalle sottigliezze del quietismo e del gallicanesimo ; una confidenza in Dio che gli rendeva familiare come palpito l'elevarsi continuato del suo spirito in Gesù, con continuate giaculatorie come dardi d'amore; una fortezza imperterrita, in circostanze angosciose, che gli fece dire col pugno serrato sul petto : *color di porpora, color di sangue : e questo vi dica, che per la giustizia e per il buon diritto di Dio io sono disposto a sacrificare la mia vita;* una carità fiammeggiante di padre e di pastore estesa alle forme molteplici e più varie della dedizione di un gran cuore di uomo insigne e di sacerdote venerabile. La carità è la essenza della santità, e della carità di S. Gregorio Barbarigo intendiamo rendervi, diletti Fratelli e figliuoli, ancora una testimonianza stasera presso la tomba di **S.** Pietro.

Cette liaison radiophonique exceptionnelle veut rendre sensible, en dépit des distances, l'unité de foi des catholiques comme un effet durable de la descente du Saint-Esprit sur l'Eglise: « Il n'y a qu'un Corps et qu'un Esprit, comme il n'y a qu'une espérance, au terme-de l'appel que vous avez reçu; un seul Seigneur, une seule foi, un seul baptême, un seul Dieu et Père de tous x».[1]

Ce Nous est une raison d'exhorter tout particulièrement les communautés de fidèles, auxquelles est consacrée une telle émission, à faire monter vers Dieu de ferventes supplications afin que se produise avec plus d'ampleur un nouveau printemps dans l'Eglise. Nous l'appelions d'ailleurs de Nos vœux, peu de temps avant le conclave qui devait établir Notre humble Personne sur le Siège de Pierre : « L'âme prend courage — écrivions-Nous alors à Notre Vénérable Frère l'Evêque de Bergame — dans la confiance qu'une nouvelle Pentecôte donnera à la Sainte Eglise, par son nouveau Chef et la réorganisation de l'organisme ecclésiastique, une nouvelle vigueur pour le triomphe de la vérité, du bien et de la paix ». Ce qui était alors un souhait ardent de Notre Cœur, la Providence Nous réservait de le réaliser Nous-même en partie, et Nous la remercions de Nous avoir permis d'exécuter les premières étapes de ce programme de renouvellement. Aujourd'hui Nous demandons instamment à ceux qui écouteront ce Message d'unir leurs suppliques aux Nôtres pour le succès du prochain Concile Oecuménique, pour l'établissement d'une juste paix entre toutes les nations, pour la sauvegarde de l'Eglise persécutée et pour que se perfectionne dans le monde la charité entre les catholiques, ultime désir de Notre-Seigneur Jésus-Christ et pressante invitation pour les chrétiens à réaliser l'unité.

Avec l'assurance que chacun saura entendre l'appel du Père Commun, Nous vous accordons de grand cœur, très cher Fils, ainsi qu'aux Prélats et aux fidèles qui participent à cette célébration, en gage d'une large effusion de grâce une paternelle Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 18 mai 1960.

IOANNES PP. XXIII

[1] *Eph.* 4, 4-6.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 14 Decembris 1959. — Cathedrali Ecclesiae Ruibarbosensi, noviter erectae, praefecit Revmum D. Epaminondam de Araujo, canonicum Capituli metropolitani Parahybensis.

die 5 Martii 1960. — Metropolitanae Ecclesiae Zagrabiensi, Exc. P. D. Franciscum Seper, hactenus Archiepiscopum titularem Philippopolitanum in Thracia.

die 28 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Superiorensi Revmum D. Georgium A. Hammes, Cancellarium Curiae episcopalis Crossensis.

— Abbatiae « nullius dioecesis » B. Mariae Auxiliatricis de Belmont R. D. Gualtierum Arturum Coggin, e Congregatione Americana Casinensi O. S. B.

die 31 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Guarandensi, noviter erectae, Exc. P. D. Candidum Rada, hactenus Episcopum titularem Pinarensem.

die 4 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Covingtonensi Exc. P. D. Richardum H. Ackerman, hactenus Episcopum titularem Larensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ergadiensi et Insularum, R. D. Stephanum McGill, ex archidioecesi Glasguensi, rectorem Collegii S. Mariae ad Blairs.

die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Adadensi R. D. Andream Pailler, parochum ad S. Martini in urbe vulgo Brest, dioecesis Corisopitensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Mariae Martin, Archiepiscopi Rothomagensis.

9 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Drusilianensi Revimum Dominum Iosephum M. Cirarda Lachiondo, canonicum Capituli cathedralis

Victoriensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iosephi M., S. R. E. Cardinalis Bueno et Monreal, Archiepiscopi Hispalensis.

die 19 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Lamdiensi Revmum D. Brunonem Pelaia, canonicum Capituli cathedralis Catacensis et Delegatum Archiepiscopalem memoratae archidioecesis, quem constituit Coadiutorem «Sedi datum» Exc. P. D. Raphaelis delle Nocche, Episcopi Tricaricensis.

die 20 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Cerasuntinae R. D. Arturum Szymanski, rectorem Seminarii dioecesani Tempicensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iesus Villareal et Fierro, Episcopi S. Andreae de Tuxtla.

— Titulari episcopali Ecclesiae Albensi maritimae R. D. Ignatium Jez, moderatorem Seminarii minoris Katovicensis, quem deputavit Auxiliarem, pro archidioecesi Gnesnensi, Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszyiiski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.

die 23 Aprilis, — Metropolitanae Ecclesiae Olindensi et Recifensi Exc. P. D. Carolum Gouvêa Coelho, hactenus Episcopum Nictheroyensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Nictheroyensi, noviter erectae, Exc. P. D. Antonium Almeida Moraes, hactenus Archiepiscopum Olindensem et Recifensem.

— Cathedrali Ecclesiae Neo-Friburgensi, noviter erectae, R. P. Clementem (saeculo : Iosephum Carolum) Isnard, e Congregatione Brasiliensi Ordinis Sancti Benedicti.

— Cathedrali Ecclesiae Neo-Iguassuensi, noviter erectae, Exc. P. D. Walmorem Batti Wichrowski, hactenus Episcopum titularem Sanaven sem.

die 6 Maii. — Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Danieli® Iacobi Gercke, Episcopi Tucsonensis, Exc. P. D. Franciscum Iosephum Green, Episcopum titularem Serrensem in Proconsulari.

die 1-k Maii. — Cathedrali Ecclesiae Goiasensi Exc. P, D. Abelem Ribeiro Camelo, hactenus Episcopum Jataiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Toletanae in Brasilia, noviter erectae, R. P. Armand um Cirio, e Congregatione Oblatorum S. Ioseph, Astae Pompejae, parochum oppidi vulgo appellati « Apucarana », in dioecesi Londrinensi.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis in Brasilia, noviter erectae, Revmum D. Davidem Picâo, Archidiaconum Capituli metropolitani et Cancellarium Curiae archiepiscopalis Rivi Nigri.

die 15 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Tudertinae Revmum D. Antonium Fustella, canonicum ad honorem Capituli metropolitani Medio-

lanensis et rectorem Collegii archiepiscopalis a Sancto Carolo in civitate -Mediolanensi.

die 17 Mdii, -r- Cathedralibus Ecclesiis Fabrianensi et Mathelicensi, •aeque principaliter unitis, Revmum D. Macarium Tinti, Delegatum Episcopalem et rectorem Seminarii dioecesis Senogalliensis.

die 19 Maii, — Cathedrali Ecclesiae Antigonicensi R. D. Gulielmum Power, parochum beatae Barbarae Virg. et Mart, in urbe Marianopolitana.

die 25 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Philadelphiensi in Arabia R. D. Iulianum Groblicki, professorem theologiae pastoralis in Seminario metropolitano Cracoviensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Eugenii Baziak, Archiepiscopi Leopoliensis Latinorum et Administratoris Apostolici Cracoviensis.

II

ZAMORENSIS-TACAMBARENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Cum de limitibus dioecesium Zamorensis et Tacambarensis ambigi contigerit, Excmi PP. DD. Iosephus Gabriel Anaya y Diez de Bonilla, Episcopus Zamorensis, et Iosephus Abraham Martínez Betancourt, Episcopus Tacambarensis, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut fines paroeciae vulgo Tancitaro, in territorio dioecesis Zamorensis exstantis, et paroeciae cui nomen Acahuato, intra limites dioecesis Tacambarensis patentis, aptius disponerentur.

Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Excmi P. D. Aloisii Raimondi, Archiepiscopi titularis Tarsensis et in Ditione Mexicana Apostolici Delegati, vigore specialium facultatum sibi a SSmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia PP. XXIII tributarum, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumendum consensu, praesenti Consistoriali Decreto, statuit ac decernit ut, in posterum, limites praedictarum paroeciarum vulgo Tancitaro et Acahuato territorio definiantur municipiorum Apat2ingán et Tancitaro nuncupatorum, mutatis, hac ratione, utriusque circumscriptionis ecclesiasticae finibus.

Mandat insuper Sacra Congregatio Consistorialis ut documenta et acta praefatoruin territoriorum clericos, fideles, et bona temporalia

forte respicientia a Curia a qua ad Curiam dioeceseos cui¡ illa noviter sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, ocius transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Exdmum P. D. Aloisium Raimondi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Roma, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 6 mensis Februarii anno 1960.

83 MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen. *Adsessor*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes, Divina Providentia Pp. XXIII, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Aprilis 1960. — Deputavit Administratorem Apostolicum sede plena, ad nutum Sanctae Sedis, archidioecesis Serajensis Exc P. D. Marcum Alaupovic, Episcopum titularem Capitoliensem.

die o Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Uagaduguensi, praefecit R. P. Paulum Zoungrana, e Societate Missionariorum Africae.

— Metropolitanae Ecclesiae Tananarivensis **E.** D. Hieronymum. Rakotamalala, e clero saeculari indigena.

— Metropolitanae Ecclesiae Abidjanensi, R. D. Bernardum Yago, e clero saeculari indigena.

— Cathedrali Ecclesiae Miarinarivensi, R. D. Franciscum Xaverium Rajaonarivo, e clero saeculari indigena.

— Titulari episcopali Ecclesiae Letaeae, R. P. Antonium Gal vin, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, quem constituit Vicarium Apostolicum noviter erecti Vicariatus Apostolici Miriensis.

die 13 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Multanensi, R. D. Aloisium Ludovicum Scheerer, O. P.

— Cathedrali Ecclesiae Lyallpurensi, noviter erectae, Exc. P. D. Franciscum Benedictum Cialeo, hactenus Episcopum Multanensem.

— *die 3 Maii.* — Titulari Ecclesiae Ucculensi, R. D. Paulum Ch'eng, e clero saeculari indigena, quem deputavit Auxiliarem Etfiii P. D. Thomae S. R. E. Cardinalis Tienchensin, Administratoris Apostolici Taipehensis.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 20 Novembris 1969. — R. P. Ioannem de Deo Campuzano, O. F. M., *Praefectum Apostolicum Galapagensem.*

die llf Decembris. — R. P. Ioannem Chambón, O. F. M. Cap., *Praefectum Apostolicum Bossangoaënsem.*

die 15 Ianuarii 1960. — R. P. Ioannem de Reeper, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, *Praefectum Apostolicum noviter erectae Praefecturae Apostolicae de Ngong.*

die 12 Februarii. — R. P. Petrum Van Diepen, ex Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, *Praefectum Apostolicum noviter erectae Praefecturae Apostolicae Manokwariensis.*

die 15 Martii. — R. P. Gerardum Legeland, C. SS. R., *Praefectum Apostolicum Weetebulaënsem.*

die 29 Martii. — R. P. Bartholomaeum Hanrion, O. F. M., *Praefectum Apostolicum noviter erectae Praefecturae Apostolicae Dapangensis.*

III

PERTHENSIS - NOVAE NURSIAE

DECRETUM

DB FINIUM MUTATIONE

Ad bonum animarum consulendum ab hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide Revmus Dominus Abbas Abbatiae nullius Novae Nursiae atque Excmus Dnus Archiepiscopus Perthensis expostulaverunt ut paroecia, vulgo « Southern Cross », ab Abbatia nullius Novae Nursiae distraheretur et archidioecesi Perthensi aggregaretur.

Quas preces eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII tributarum, ratas habuit et confirmavit, praesensque ad rem Decretum expediri iussit.

Datum Roma, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 19 mensis Februarii a. D. 1960.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*

L. © S.

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

IV

THARENSIS ET NONSENGENSIS

DECRETUM

DE VICARIATUS APOSTOLICI NOMINIS MUTATIONE

Huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando nuper propositum est, praesentium rerum adiunctorum ratione habita, hodiernum Vicariatus Apostolici Tharensis nomen ita esse mutandum ut idem Vicariatus in posterum appelletur Tharensis et Nonsengensis.

Itaque eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide, audito favorabili voto Illmi ac Revmi Domini Ioannis Gordon, negotia Delegationis Apostolicae Thailandensis et Peninsulae Malacensis gerentis, vigore facultatum specialium sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII tributarum, propositam mutationem opportunam

reputans, statuit ut deinceps Vicariatus Apostolicus Tharensis nuncupetur Vicariatus Apostolicus Tharensis et Nonsengensis atque hoc ad rem Decretum conficiendum curavit.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 25 mensis Martii a. D. I960.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*

L. & S.

t P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

V

•RANGUNEN. - RANCHIEN.

DECRETUM

SEPARATIONIS ET UNIONIS

Cum dominium insularum de Andaman et Nicobar, in Bengalensi sinu exstantium, ad Indianam Rempublicam iam ab anno 1947 pertinuerit, et cum plerique catholici ibi commorantes ex India provenerint, preces porrectae sunt ut iurisdictio dioecesana illarum insularum de archidioecesi Rangunensi in Birmania, cui hactenus ecclesiastice subiectae erant, ad archidioecesim Ranchiensem in India transferatur.

Quas preces Sacra Congregatio de Propaganda Fide benigne excipiens, consensu habito Excellentissimorum Archiepiscoporum Rangunensis et Ranchiensis nec non favorabili voto Excellentissimi in Indica Republica Internuntii Apostolici, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII concessarum, dioecesanam iurisdictionem insularum de Andaman et Nicobar ab archidioecesi Rangunensi seiunxit et archidioecesi Ranchiensi perpetuo adnexuit atque hoc ad rem Decretum confici mandavit.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 11 mensis Aprilis a. D. 1960.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*

E. **83 s.**

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

VALENTINA

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS DE RIBERA, CONFESSORIS, PATRIARCHAE ANTIOCHENI, ARCHIEPISCOPI VALENTINA

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, tuto *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.*

Divino consilio provisum est, ut nullo non tempore in Ecclesia Dei tales habeantur animarum pastores, qui mores restaurent et-sibi..concreditum gregem sanctificent. Quos inter iure merito Beatus Ioannes de Ribera recensendus est.

Is natus est Hispali anno 1532, late-perfurente Novatorum rebellione, quae magnam Europae partem iam vastaverat. Nihilominus ipse in familia adolevit, moribus atque avitis institutis conspicua, inter nobiliores totius Hispaniae, quae hereditate acceperat christianae caritatis spiritum cultumque erga divinam Eucharistiam. Nihil mirum proinde quod noster Beatus Ssmam Eucharistiam tamquam fundamentum statuerit totius suae vitae spiritualis et regiminis ecclesiastici, instituens centrum ecclesiasticae formationis et pietatis, quod tria iam saecula alere pergit Valentinam archidioecesim.

Parentes haudquaquam passi sunt ut filius inter commoditates et delicias nobilis domus torpesceret ; sed primum humaniorum litterarum studio adulescentem excolendum curarunt ; deinceps Salmanticam eum miserunt, ut philosophiae ac theologiae operam navaret, in celeberrima illa studiorum Universitate, cuius theologi in Tridentina Synodo maxime contulerunt ad difficillimas de gratia quaestiones dirimendas, et cum Francisco de Vitoria,, christiana libertate acutisque argumentationes, iuris gentium et socii convictus fundamenta iecerunt. Ibi conscientiae suae moderatores habuit Beatum Ioannem de Abula et Sanctum Petrum.

ab Alcantara, et inter theologiae professores Dominicum Soto, quo duce theologiae lauream adeptus est. Protinus doctor illius Universitatis renuntiatus est. Qui probus et sedulus fuerat discipulus, qua professor fuit solidus in doctrina ac perspicuus in expositione.

Vix trigesimum attigerat annum cum Episcopus Pacensis creatus est, atque inde, post paucos annos, licet valde invitus, translatus est ac promotus ad Valentinam archidioecesim. Digna quae memoretur est Epistula, quam ad eum misit Sanctus Pontifex Pius V, qua eum hortabatur ut huic se oneri subderet, propter difficultates quibus illa sedes obnoxia erat. Malis, quibus premebatur Ecclesia propter Novatorum rebellionem, adiciebantur ea quae praebebant Mahometani, quos « Moriscos » vocabant, quorum ad fidem conversio difficilis erat valde, quique etiam post conversionem malefidi plerumque erant. Non est arduum regere navim cum mare est placidum ventique secundi, sed inter medias tempestates ventosque perfurentes opus est gubernatore sapienti ac vigili.

In brevi dioeceseos Pacensis regimine Beatus veluti tirocinium posuit ad suscipienda vastissimae archidioeceseos Valentinae gubernacula, cui quadraginta annos praefuit.

Hic exercuit suum apostolatum, id unum acriter prosecutus Tridentini Concilii decreta ad effectum deducere, Clerum arctius sibi- devincere per septem Synodorum dioecesanarum celebrationem ; paroecias frequenter visere, et fideles alioqui, eosque sacra praedicatione et catechesi instruere, et quadam spirituali necessitudine iungi cum iis qui, ea tempestate, vitae sanctitate eminebant. Intimam cum Sancto Carolo Borromaeo amicitiam fecit, cuius in multis similis fuit. Hanc amicitiam contraxit per alium praeclarissimum virum sanctitate insignem, Aloisium a Granata, scriptorem de re mystica et disertissimum oratorem. Sanctus Pius V eum vocat « totius Hispaniae lumen ».

Beatus ipse magna in admiratione erat in ea regione seditiosa et turbulenta, quae eius prudenti moderamine haud parum spiritu profe•cerat, magnamque sibi collegerat existimationem. Propterea a Rege ipsi est concredita civilis quoque iurisdictio, atque etiam in hoc munere explendo eximias magistratus aequanimi, vigilis ac firmi dotes pandit.

Institutio, quae a « Patriarcha » appellatur, ab eodem Beato excitata, quod est Seminarium et centrum eucharistici cultus, trecentos quinquaginta annos in urbe Valentia floruit, ac pergit adhuc apparare Ecclesiae sacerdotes et eucharisticam pietatem diffundere. Ad fovendas Hrmandasque ecclesiasticas vocationes, eiusdem Instituti constitutiones

scripsit, quae dudum vigent. Inde prodiere electissimi Ecclesiae ministri, quos inter etiam Cardinales atque Episcopi.

Episcopatus laboribus fortissime perfunctus, anno 1611 obdormivit in Domino.

Sanctitatis ac miraculorum fama post eius obitum ita in dies aucta et diffusa est, ut de eiusdem beatificatione rite agi coeptum sit. Qua super re, heroicis virtutibus miraculisque rite comprobatis, Pius Papa sextus die 18 Septembris anni 1796 eum inter Beatos Oaelites adnumeravit, uti novum sacerdotalis vitae non solum, sed etiam pastoralis sollicitudinis et vigilantiae exemplar.

Cum autem nova, eodem Beato intercedente, miracula a Deo patrata dicerentur, Pius Papa undecimus, die 25 Novembris anni 1925, commissionem reassumptionis Causae canonizationis sua manu signavit. Instructi sunt deinde apostolici processus super assertis duobus prodigiis, quae a Ioanne Papa XXIII, fel. regn., die 28 Februarii anni huius solemni edito decreto approbata sunt.

Hoc unum adhuc supererai, ut Sacrae Rituum Congregationis Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores rogarentur, num *tuto* procedi posse censerent ad Sanctorum honores eidem Beato decernendos. Quod quidem rite factum est, iidemque tuto id fieri posse unanima consensione responderunt. Sanctissimus vero I). N. Ioannes Papa XXIII mentem suam in re tanti momenti aperire distulit, ut diuturnis precibus lumen a Patre luminum posceret. Cum hoc impense fecisset, hodierno die, Sacro pientissime litato, pronunciavit *tuto procedi posse ad solemnem Beati Ioannis de Ribera, Confessoris, canonizationem.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Roma, die 27 mensis Aprilis a. D. 1960.

83 C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculanus, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

i

DECRETUM

INSTITUTUM SUPERIUS S. THEOLOGIAE, IN SEMINARIO REGIONALI TANANARIVENSI ERECTUM, FACULTATI THEOLOGICAE NEAPOLITANAE AGGREGATUR.

Longinqui magnam Oceani insulam Madecassensem, optimo florentem Clero, Apostolica Sedes altioribus ecclesiasticis scholis instruendam iamdiu censuit, quae et sacras disciplinas provehere et delectos viros doctrinae apprime peritos consentaneis gradibus decorare valeant. Cum autem theologica studia in Seminario Regionali Tananarivensi magis in dies augerentur, Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus theologicas eiusdem sacri ephebei scholas Pontificiae Universitatis Gregorianae Urbis Theologicae Facultati d. xxiv m. Iunii a. D. MCMLVi ad quinquennium affiliavit, adeo ut academicus baccalaureatus S. Theologiae gradus, post emensum quadrienne theologicum ordinis superioris curriculum iuxta rationem studiorum ab eadem Sacra Congregatione approbatam, alumnis qui peculiaria pericula bene superaverit conferretur. Quod cum prospere cesserit, Sacra eadem Congregatio, optatis Praepositi Generalis Societatis Iesu, cuius magistris Studium Theologicum Tananarivense commissum est, integre obsecundans, idem Theologicum quadrienne Studium hisce constituit atque *erigit a* Institutum Superius Sacrae Theologiae », quod *aggregat* atque *aggregatimi* declarat Facultati Theologicae Neapolitanae, quae, laudatae Societatis sodalibus quatenus concredita, Instituto Superiori Theologico Tananarivensi provehendo penitus prospiciat, ita ut, sub ductu et auctoritate Facultatis, idem Institutum academicos gradus tum baccalaureatus tum licentiae S. Theologiae ad normam approbatorum Statutorum alumnis conferre valeat, ceteris servatis de iure servandis, normis in primis quae Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » adnexisque « Ordinationibus » tum de docentibus ac discentibus tum de scientifica methodo naviter sectanda praescripta sunt.

Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, d. xxv m. Februarii, in festo S. Matthiae Apostoli, a. D. MCMLX.

£8 I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. © S.

Dinus Staffa, *a Secretis*

-.....II..

DECRETUM

INSTITUTUM MARIOLOGIAE IN THEOLOGICA ((MARIANUM)) URBIS FACULTATE CANONICE ERIGITUR.

Excelsam Matrem Domini Nostri Iesu Christi catholici theologi per omnem saeculorum cursum beatam praedicaverunt, singularia ipsius privilegia in divina salutis et gratiae oeconomia explanando, enucleando, illustrando, edisserendo. Beatae Virginis Mariae laudum impigri praecones per septem saecula Ordinis Servorum B. M. V. sodales exstiterunt, quorum Theologicum Studium in Alma Urbe Apostolica Sedes ad Facultatis Theologicae fastigium exeunte anno iubilaei MCML evexit, proprio ei concredito munere pressius penitiusque theologicam provinciam quae « Mariologia » vocari solet investigandi, quod nomine Facultati tributo iam significatur. Anno porro MCMLVH praelectiones inchoatae sunt, in Theologica Facultate alumnis Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis reservata, pro omnibus utriusque Cleri auditoribus, amplioris Institutionum Mariologicarum curriculi quod *a* Statuta » laudatae Facultatis, ab Apostolica Sede approbata, fuse describunt in artt. 1 § 2; 30 § 1; 32 § 3, vehementer plaudente Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus. Postquam triennium harum praelectionum feliciter cesserit, non paucis ex utroque Clero alumnis convenientibus laetoque examinum ac dissertationum fructu percepto, eadem Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, optatis Superiorum Maiorum Ordinis Servorum B. M. V. necnon Praepositorum memoratae Facultatis libenter obsecundans, in gloriam Dei O. M. atque in sacrarum disciplinarum proventum praesentibus in perpetuum *constituit* ac *constitutum* declarat « Institutum Mariologiae » in Facultate Theologica « Marianum » nuncupata, alumnis eiusdem religiosi Ordinis reservata, quod omnibus viris marialibus notionibus ac investigationibus studentibus pateat, facto iure diplomata eis decernendi ac conferendi qui integrum statutum curriculum frequentaverint atque dissertatione scientifica exhibita examina superaverit; ceteris servatis de iure servandis, normis praecipue quae tum Constitutione Apostolica ((Deus scientiarum Dominus » adnexisque ((Ordinationibus » tum Theologicae Facultatis « Statutis » ab eodem Sacro Dicasterio probatis edictae sunt.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, d. vu m. Martii, in festo S. Thomae Aquinatis, Doctoris Communis, a. D. MCMLX.

83 I. Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus*

L. 83 **S.**

Dinus Staffa, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

GORITIEN, SEU VENETIARUM

NULLITATIS MATRIMONII (CAPPELLO - PODORIESZACH)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Annae Mariae Podorieszach, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 10 Octobris 1960, hora undecima, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An sententia Rotalis diei 21 Maii 1959 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae dominae Annae Mariae Podorieszach curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Henricus Ewers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae die 18 Maii a. 1960.

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Anne Marie Podorieszach, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 10 octobre .1960, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 21 mai 1959 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Anne Marie Podorieszach devront,, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici in data 6 giugno 1960, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare ***Presidenti*** delle sotto indicate Pontificie Commissioni per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano Secondo:

— ***della Pontificia Commissione Teologica*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Alfredo Ottaviani ;

— ***della Pontificia Commissione dei Vescovi e del Governo delle Diocesi*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Marcello Mimmi;

— ***della Pontificia Commissione delle Chiese Orientali*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Amleto Giovanni Cicognani;

— ***della Pontificia Commissione della Disciplina dei Sacramenti*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella ;

—' ***della Pontificia Commissione della Disciplina del Clero e del popolo cristiano*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Pietro Ciriaci ;

— ***della Pontificia Commissione dei Religiosi*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Valerio Valeri ;

— ***della Pontificia Commissione delle Missioni*** Stia Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Gregorio Pietro Agagianian ;

— ***della Pontificia Commissione della Sacra Liturgia*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Gaetano Cicognani ;

—> ***della Pontificia Commissione degli Studi e dei Seminari*** Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo ;

— ***della Pontificia Commissione « de apostolatu laicorum in omnibus quae ad actionem catholicam, religiosam atque socialem spectant*** » Sua Eminenza ~ Reverendissima il Signor Cardinale Fernando Cento.

Parimenti con Breve Apostolico in data 6 giugno 1960, Sua Santità si è degnata di chiamare a dirigere ***il Segretariato per V Unione dei Cristiani*** per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano Secondo Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Agostino Bea.

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

5 maggio 1960. L'IIlmo e Revmo Monsig. Tinello Francesco, ***Reggente della Cancelleria Apostolica.***

16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, ***Protettore delle « Religiosas Terciarias Capuchinas de la Sagrada Familia*** » (Madrid).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, ***Protettore dei « Religiosos Terciarios Capuchinos de Nuestra Señora de los Dolores*** » (Madrid).

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Castaldo Alfonso, ***Protettore delle Suore Catéchiste del Sacro Cuore*** (Casoria, Napoli).

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Gonfalonieri Carlo, ***Protettore delle Suore del Divino Amore*** (Roma).

» » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Traglia Luigi, ***Protettore delle Suore Pie Operaie dell'Immacolata Concezione*** (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, ***Protettore delle Suore dell'Ordine del Ssmo Salvatore e di S. Brigida*** (Roma).

» » « L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle Suore del Patrocinio di S. Giuseppe*** (S. Margherita di Mentana, Sabina).

» » » L'ÌEmo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore dell'Istituto « Betania del Sacro Cuore*** » (Vische Canavese, Ivrea).

•28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Gonfalonieri Carlo, ***Protettore delle Suore Pie della Presentazione*** (L'Aquila).

7 giugno » L'IIlmo e Rovino Monsig. Felici Pericle, ***Segretario Generale della Pontificia, Commissione Centrale Pre paratoria del Concilio Ecumenico Vaticano Secondo.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII. felicemente regnante, si è degnato di nominare :

19 maggio 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, ***Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Bacci Antonio, ***Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

24 » » lì Revmo Padre Pérez Raffaele, degli Eremitani di S. Agostino, ***Consultore della Sacra Congregazione dei Riti*** (Prima Sezione - per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione) 1

An. et vol. LII 18 Iulii 1960 (Ser. III, v. II) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATI IOANNIS DE RIBERA, CONFESSORIS, IN BASILICA VATICANA DIE XII MENSIS IUNII A. D. MCMLX, IN FESTO SSMAE TRINITATIS, PERACTA.

Ad postulationem instanter *factam, per Advocatum Sacri Consistorii, a Viro Eminentissimo Caietano S. R. E. Card. Cicognani, Sacrae Congregationis Rituum Praefecto, Revmus D. Hamletus Tondini, db Epistulis ad Principes, Sanctitatis Suae nomine haec respondit :*

Non est sane incompertum vobis quam Augustus Pontifex exoptet, ut beatus Ioannes de Ribera, Patriarcha Antiochenus idemque Archiepiscopus Valentinus in Sanctorum Caelitum albo ascribatur. Quamvis enim non ita pridem alium sacrorum Antistitem, Gregorium Barbadicum Cardinalem scilicet, a primo Bergomatium Episcopum, deinde Patavinorum, in Sanctorum numerum rettulerit, in omnes tamen partes plurimum valere Christi Vicarius putat, hunc quoque virum omni virtute ornatissimum consecrare. Nam cum eidem spectatum sit christianae multitudinis salutem in Episcoporum providenti sedulaque navitate potissimum residere, non potest profecto fieri ut non admodum laetetur, si dioecesium Praesulibus, in quos nostris hisce diebus tot tantaque sunt inclinata onera, cum certis subsidiis aucta virtutum incitamenta e caelo protendantur. Ac vero beatus Ioannes de Ribera ita summum sacrorum ius apud Pacenses et Valentinos sustinuit, a quo omnes vel huius temporis Episcopi praesentia atque viva exempla capere posse videantur. Etenim commissi populi in omni genere testatus amor : de catholica veritate assidua institutio ; sacerdotum ad doctrinam, ad sanctimoniam conformatio; nova condita Seminaria sacrorumque alumnorum omnibus

partibus expleta eruditio ; celebratae septies dioecesanae Synodi ; pluries dioecesis curiae pro munere lustratae ; ac praecipue singularia cuiusvis virtutis specimina omni tempore edita, haec profecto Pastoralis sustinendi muneris viae rationesque sunt, quibus, ut ante actis saeculis, ita hoc nostro, populi christiani saluti uberrimis cum fructibus consuli possit. Quibus ex rebus omnino cogitur quantum perplaceat Augusto Pontifici hoc Episcopalis ordinis decus et ornamentum, beatum videlicet Ioannem, immortali redimitum gloria, sacris totius orbis terrarum Pastoribus ad imitandum proponere. Antequam vero id pro auctoritate sua perficiat, cupit ut quotquot hic praesentes adsunt, Deo *instanter* supplicent, deprecatione Deiparae Mariae Virginis totiusque supernae Curiae adhibita.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam instantius *postulationem idem Revmus Dominus respondit :*

Quod *instantius* postulastis, ut nempe beato Ioanni de Ribera summi triumphantis Ecclesiae honores decernantur, quamquam est Augusto Pontifici in animo facere, hac tamen re paullisper adhuc supersedendum, translaticio servato more, statuit, ut qui sollemni huic ritui intersunt, humilius ad obtestationes conversi, sibi Spiritus Sancti lumina impetrent.

Precibus effusis, tertiam instantissime *factam postulationem haec excepit eiusdem Revmi Domini responsio :*

Agite, adeste animis universi qui corporibus adestis ; et mentis cogitationes ad decretoriam eam sententiam intendite, quam Summus Pontifex falli nescius laturus est. Gaudeant igitur Pacensis et Valentina dioeceses, quod sibi a tanto profuit gubernari Pastore ; gaudeat cuncta Hispania, tot sanctorum virorum parens, quod novum hodie suo caelo sidus inditum est; gaudeat denique Christi Sponsa Ecclesia, ea erecta spe fore ut, novensili Caelite deprecante, *gregis sui proficiat ubique successus.*

Hymno Veni, Creator *decantato, Summus Pontifex, in Cathedra sedens mitramque gestans, hanc canonizationis formulam sollemniter pronuntiavit :*

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra: matura deliberatione praehabita, et divina

ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe existentium, consilio, Beatum Ioannem de Ribera Confessorem Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus : statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali, nempe die sexta Ianuarii, inter Sanctos Pontifices et Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa tris et Fi £ß Iii et Spiritus © Sancti. Amen.

Tunc, praecinente Beatissimo Patre, hymnus Te Deum *aò universo clero populoque decantatus est: postea, ante Missam Pontificalem, haec subsecuta est*

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

Venerabiles Fratres, dilecti filii,

Quod hodie arcanum augustissimae Trinitatis dogma, Catholica Ecclesia, in omnium gentium partibus, ritibus officiisque sanctis colit, omnium sane, quae reverenti profitemur animo, maximum est; quippe quod simul originem firmamentumque ceterorum, et universarum gratiarum fontem, simul christianae fidei nostrae veluti contractam summam indubitate credamus. Hoc praeterea dogmate, quod aliquando in caelesti sede contemplantes perpetua beatitudine fruemur, mens nostra inter haec suavissimo quasi alimento pascitur; cumque Deus constituerit, ut *societas nostra sit cum Patre et Filio Iesu Christo,*[1] consequens omnino est, ut dum aetatem in terris degimus, Dei ipsius similitudinem, ad quam procreati sumus,[2] quoad mortalis ferat natura, sequamur.

Has ob causas opportune ita factum esse existimamus, ut in tanta diei festi religione, Ecclesiae filium civibus beatae illius patriae accensendum esse decreverimus. Nam virum sanctum quis non opinetur hinc opus esse Trinitatis perfectum, quis

[1] *1 Io. i,* 3.

[2] Cfr. *Gen. 1,* 27.

illinc obsequii specimen esse, quo genus humanum Trinitatem veneretur? Siquidem, qui Christo nomen dederunt, sanctum eum virum putant, qui firmissima fide actus, conditorem suum Deum vita et actionibus integerrimis veluti adorantis officio coluerit.

Iamvero hisce insigniri atque ornari indiciis Ioannem de Ribera, quem mox Caelitum infula decoravimus, nemo profecto dubitat; in quo fides, non modo suae ipsius sanctimoniae semen fuit, sed principium etiam unde acris et strenua cura manavit, ab eo in aliorum salutem collata.

Parentibus non minus claris christianae religionis observantia quam antiquitate generis Hispali in Hispania natus, a prima puerorum aetatula singulari is in Deum pietate ferebatur, quam pariter preces diu impenseque fundens, pariter in supernarum rerum commentatione versans, magis in dies magisque inflammabat. Prouti autem adolescebat aetate, in eius animo studium fidei noscendae acrius incitabatur. Perdiligentem igitur operam, in maximo Athenaeo Salmanticensi, longe in terris inclito, praeterquam humanitatis litteris ingenuisque artibus, iuri etiam canonico dedit; sed eo in primis spectavit semper, ut in ea quae religionem nostram respicerent, penitus descenderet. Et quo manifestius haec vera eius menti nitescebant, eo vehementius eius laetabatur animus, eique maior ad Deum, nisus erat.

Sed cum huiusmodi studiorum cursum teneret, ut eius innocentiae, sic christianae fidei insidiae non paucae structae sunt. Quod ad vitae integritatem pertinet, eas simul atque detexit, constanter devicit, sive se a condiscipulis, voluptatis illecebris delinitis, removens, sive cogitationes in rebus divinis altius defigens. Quod vero ad oppositas fidei insidias attinet, quo nempe tempore Lutheri sectatores omnia miscerent arroganter, ingenti is perstrictus horrore, haud secus ac si qui fures essent pretiosissimi thesauri, eos abs se nullo intervallo abduxit, qui notiones de rebus divinis veneni plenas vel audacter vel malitiose sererent.

Quae omnia qui secum reputaverit, nihil profecto mirabitur, virum tantis animi ingeniique ornamentis excellentem ad graviora esse munera vocatum, multoque minus, eadem uberrimo cum fructu ab eo esse eulta. Re namque vera cum, post sacras

disciplinas in Salmanticensi Athenaeo traditas, primum Pacensis deinde Valentinae Ecclesiae cura illi demandata esset, utriusque incredibili prudentia gubernacula tenuit; nihilominus Valentiae multo magis eius et sanctimonia et consilium enituerunt, utpote cum ibi maiores difficultates comperisset. Iis enim locis omnes, qui darentur, exploravit aditus, ut clerum populumque ad severiorem traduceret vitae consuetudinem, cum christiana professione omni ex parte congruentem.

Initio ut fidelium multitudini proficeret, simplici rectaque ratione apud eos identidem de rebus divinis contionabatur, pueros catholicae doctrinae elementa vel in foris docebat, admissa fatentibus in sacris aedibus patientes praebebat aures, sanctum Christi corpus in Viaticum morientibus haud raro ipse afferebat. Deinde vero eximiam industriae diligentiaeque vim illuc intendit, ut sacerdotes e communi vitae disciplina in sanctiorem émergèrent : saepe orationibus ad eos comitate summa habitis, saepe ad eosdem litteris datis, quibus ad preces diuturniores fundendas, ad rerum arduarum perpessionem, ad concordiam servandam consilio, rationibus, argumentis incitabat; quin etiam, ut rem ab altiore initio aggrederetur, sacrum Ephebeum condidit, quod legibus munivit praeclarissimis. Quo autem cleri iuxta atque populi commodius religiosis consuleret utilitatibus, vias persecutus, quae nullo non tempore aptae visae sunt, et pluries dicionis suae curias pro munere obivit, et septies dioecesanas synodos coegit, in quibus de praecipuis doctrinae disciplinaeque capitibus egit, cum animorum salute sane quam coniunctis.

Quibus constantis et sanctissimi Praesulis curis industriisque perspectis, facile quivis colligat quanta apud Pacenses et Valentinos catholica res, Io.anne duce ac magistro, incrementa ceperit.

Verumtamen strenue ab eo suscepti labores eam potissimum ob causam in tantum cesserunt concrediti populi commodum, quod eius vitae sanctimonia alebantur; quam declarabat primum eius in Deum, maxime in Eucharistiae «Sacramentum incensissima pietas, declarabant deinde eius virtutes luculentis testatae factis, imprimisque submissus et verecundus animus, et singulare paupertatis studium.

Ceterum quantus cum fidei tum pietatis, per totum vitae

curriculum, in eo fuisset ardor, cum esset moriturus quasi in obiecto speculo ostendit: quandoquidem ubi primum sibi aegrotanti sanctum Christi corpus in Viaticum vidit allatum, quamvis fractus iam esset viribus, se e lecto tamen corripuit, humique stratus catholicam fidem infiammata mente professus est.

En, cuius exempli vir ille fuerit ad omnia summa natus, quem hodie augustissima Trinitas e sublimi caelo nobis tamquam unum ex absolutis operibus suis proponere videtur; en, cuius exempli fuerit vir ille omni virtute princeps, cuius vestigiis ut ingrediantur, cum christianum populum universum, tum vero sacros Pastores cohortamur.

Itaque ad eius similitudinem, quotquot Baptismatis sacramento auctorati sunt, christianae fidei donum, non solum quanti vis pretii aestiment, et plusquam suos diligant oculos, verum etiam ita animo sint affecti, ut potius rei cuiuslibet iacturam faciant, vitamque ipsam amittant, quam hoc salutis aeternae pignus proiciendo prodant.

Nostris hisce temporibus, ut nemo non videt, catholicorum fides in pericula multimodis venit. Venit plurimum ab insidiis omne genus, quas quandoque parant vulgatae vel verbis vel libris editis ementitae de religiosis rebus opinationes, quandoque corrupti multitudinis mores nullis iniectis frenis serpentes; qui una cum vitae disciplina mentis etiam consilia, adulescentuiorum praesertim, a recta ratione detorquent. Venit alias in pericula, pro dolor, ab intentata palam vi, non uno loco. Quod dum mente agitamus, temperare Nobis non possumus, quin cogitationes Nostras in eas afflictas atque ideo Nobis carissimas regiones derivemus, ubi qui imperii dominatum obtinent, bello in Deum tamquam in infensissimum hostem luce et palam denuntiato, ex eorum animis, qui Christi militiae ascripti sunt, fidem radicitus convellere conantur : nunc violentas in eos inferentes manus, alias eorum vires qua dolis, qua minis, qua coërcitionibus carpentes. O quanto vos, filii, amore et sollicitudine complectimur, quibus *donatum est (pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:*[8] **Ast animos in impiis-**

[8] ***Phil.*** 1, **29.**

simo hoc bello ne despondeatis, filii, precamur : vobis tam mirifice pugnantibus praesens adest parentum omnium benevolentissimus Deus, adest mater amantissima Ecclesia, Nos adsumus fratresque vestri omnes ad preces supplicationesque conversi; ita scilicet ut bona spes sit fore ut haec vobis liceat usurpare verba : *Neque enim adulescentibus illis ignaviores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, et beluas per fidem vicerunt, et cum forti matre et fortiori sacerdote alacri animo periculis sese obiecerunt, illudque planum ac perspicuum fecerunt, fidem unam ex omnibus rebus esse, quae nulla vi expugnari queat.*[4]

Attamen, ubivis animam dabitur vobis trahere, filii dilectissimi, exemplum vobis a sancto Ioanne de Ribera petentes, fidem vestram magis quam verbis, tota certe vitae actione honestetis oportet; nam *si cupimus fidem radicatam habere, vivendi ratione pura nobis opus est, quae Spiritum retineat, a quo totam fidei vim dependere constat. Impossibile enim est, si vitam impuram habeas, in fide non vacillare.*[5]

Quibus dictis nunc mens Nostra quasi suo itinere ad augustissimae Trinitatis dogma redit, cuius divina luce sollemnis hic perfunditur dies; ab eademque Trinitate, in qua nostra unice nititur fides, a qua nostra unice pendet salus, cum universa Ecclesia imploramus : *Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare unitatem, quaesumus ut eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis?* Amen.

[4] *S. Greg. Naz.* Oratio V, contra Iulianum II, PG. 35, col. 715.

[5] *S. Io. Chrysost.,* De verbis Apostoli... PG, 51, col. 280.

[6] Oratio e Missa SS. Trinitatis.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

URBIS

TEMPLUM S. ANDREAE APOSTOLI DE HORTIS, IN URBE, DIGNITATE MINORIS BASILICAE ORNATUM, AD HONOREM PRESBYTERALIS CARDINALICII TITULI EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum nobis sit in animo Purpuratorum Patrum Collegio nonnullos mox asciscere sacri ordinis viros, eorumque unicuique de more unum ex praestantioribus romanae Urbis templis titulo assignare, cumque sacrae huiusmodi aedes impares nunc sint augendo S. R. E. Cardinalium numero, visum est Nobis alias eodem honore esse decorandas, quae scilicet vel temporis vetustate niteant atque artis splendore, vel Sanctorum illustriumque virorum memoria commendentur. Quas inter templum sane est annumerandum, Deo in honorem S. Andreae Apostoli vulgo ((delle Fratte » dicatum, sive interius sive exterius singulari magnificentia exornatum, cui in praesens peculiari ornamento est celeberrima illa Deiparae Virginis imago, a Miraculo nuncupata, ex quo Alfonso Ratisbonne Caelestium Regina ibidem manifeste se conspiciendam dedit, qui, iudaeus antea, sacro baptismate ablutus ad veram Christi religionem transivit. Neque sane praetermittendum est suam ibi pastoralem navare operam dilectos Filios, Ordinis Minimorum Sodales, quibus semper maxime fuit curae sive erga Beatam Virginem religionis cultus, sive incorrupta christiani populi fides rectique commissorum fidelium mores. Quapropter, de apostolica et suprema Nostra potestate, templum curiale *S. Andreae Apostoli de Hortis* ad gradum et dignitatem *tituli Gardinalicii Presbyteralis* ducimus, omnia dantes iura et privilegia quae eiusdem decoris tempia in Urbe habent, contrariis quibuslibet non impedientibus. Decernimus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui ad praesens eidem S. Andreae Apostoli « de Hortis » sacrae aedi est praepositus, clero ac populo perlegantur, cum primus advenerit dies festus de praecepto celebrandus. Onus autem eidem erit ut, perfecta Litterarum Nostrarum exsecutione, id cito S. Consistoriali Consilio notum faciat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eflicacitati nulla, cuiusvis generis, Contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis,

quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eoma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
-*S. R. E. Cancellarius*

^ MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. GII, n. 81.

II

URBIS

TEMPLUM S. ANDREAE APOSTOLI IN URBE, QUOD POPULUS ((DE VALUE)) COGNOMINARE CONSUEVIT, AD DIGNITATEM TITULI PRESBYTERALIS CARDINALICII EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem in more atque consuetudine antiquissima Ecclesiae positum est ut eos, quos summus christianorum Antistes in Senatum suum cooptaverit purpuraque induerit Patres Cardinales, titulo honestet unius ex insignioribus Romae templis, neque, aucto eorundem sacrorum Principum numero, ea templa quae solent iisdem in titulum deferri iam paria sunt ut omnibus sufficiant, sane censuimus templum quoque S. Andreae Apostoli, quod Romae exstat, quodque populus *delia Valle* appellare consuevit, esse ad egregiam tituli presbyteralis Cardinalicii dignitatem tollendum. Id enim, non modo qua maiestate et amplitudine pollet, est Romana gloria dignum, verum etiam et monumentis et signis

conspicuum, et clarissimorum Pontificum celebre sepulchris, et praesertim venerandum sanctissimorum martyrum memoriis, Andreae videlicet, Christi Apostoli, et Sebastiani, cuius sanguine alma haec Urbs decoratur. Nec defuit recentioris etiam temporis laus, cum idem templum S. Vincentius Pallotti, Eomani cleri decus et ornamentum, et frequentaverit et sua pietate illustraverit. Quam ob rem, *8. Andreae Apostoli de Valle* sacrae aedes, quas per saecula nonnulla Sodales e Clericorum Regularium Ordine tam sapienter administrarunt in praesensque regunt, in ordinem templorum quae *Presbyteris Cardinalibus in titulum* dari solent auctoritate Nostra redigimus, datis iuribus, honoribus, privilegiis congruis, contrariisque praescriptionibus nihil obstantibus. Ceterum, volumus ut hae Litterae Nostrae, cum primum acceptae fuerint, eius cura qui modo eidem templo S. Andreae rector praeest, sive clero sive populo perlegantur, diem festum de praecepto agentibus. Cuius rei, negotio peracto, ad S. Congregationem Consistorialem cito notitia feratur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efticacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. GII, n. 83.

III
URBIS

TEMPLUM S. ANTONII PATAVINI DE URBE AD HONOREM TITULI PRESBYTERALIS CARDINAUICII ATTOLLITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter cetera Romanae Sedis ornamenta antiquissimi presbyterales tituli et diaconiae annumeranda sunt, quae Summi Pontifices Decessores Nostri sollicita cura servare atque S. R. E. Cardinalibus assignare consueverunt, eo sane consilio ut non modo acti temporis memoria, martyrum victoriis perillustris, ad nostram usque aetatem vigeret, sed ut Romana Ecclesia sicut est Apostolorum gloria perinsignis ita Purpuratorum Patrum ministerio condecoraretur. Cum tamen augendo Patrum Cardinalium Senatui titulorum numerus in praesens Romae exstantium impar sit, censuimus, praeter alia, Antonianum templum *Ssmae Trinitati* in honorem *S. Antonii Patavini* dicatum, prope Lateranum, iam Minoris Basilicae dignitate auctum, ad gradum et honorem tituli presbyteralis attollere, utpote quod, clarissimae sanctitatis ac famae viro sacrum, Athenaeo sacris disciplinis excolendis piisque multi generis consociationibus atque celebri Fratrum Minorum frequentia conlustretur. Huic igitur templo de Nostra summa potestate *tituli Presbyteralis* honorem et dignitatem concedimus, omnibus eidem factis privilegiis quibus ceteri in Urbe tituli iure vel consuetudine fruuntur, contrariis minime obstantibus. Volumus praeterea ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui ad praesens templo S. Antonii Patavini de Urbe moderatur, coram clero populoque legantur, cum primum in sacram aedem diem festum de praecepto congregabuntur celebraturi. Cuius rei, postquam rite fecerit, nuntium ad S. Congregationem Consistorialem cito mittere curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta,

eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

£ß MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol CII, n. 78.

IV

URBIS

TEMPLUM S. FRANCISCI ASSISIENSIS AD RIPAM MAIOREM IN URBE AD DIGNITATEM TITULI PRESBYTERALIS CARDINALICII ATTOLLITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ob peculiares nostri temporis ortas necessitates in animo habeamus, Ecclesiae sanctae utilitatis Nostrique adiumenti gratia, Purpuratorum Patrum numerum augere, censuimus nonnulla templa Romae exstantia, quae quidem vel constitutionis vetustate vel Sanctorum virorum memoria vel religiosi ordinis virorum labore ac pietate commendentur, vetustissimis titulis vel diaconus annumerare, eo scilicet consilio ut eadem, Decessorum Nostrorum exempla secuti, S. R. E. Cardinalibus titulo assignaremus. Inter quae transtiberinum templum *S. Francisco Assisiensi* ad Ripam Maiorem dicatum annumerare placet, quod sodales Ordinis Fratrum Minorum animorum curationem Romae suscepturi in aedibus et hospitio S. Biasio sacris, vetustate et solitudine fatiscentibus, saeculo xiu iussu Gregorii IX Decessoris Nostri e fundamentis erexerunt. Ibi enim saepius divus Franciscus eiusque Fratres Romam peregrinati versari solebant, monachorum Benedictinorum hospitio usi;

cuius rei adhuc apertissima exstant monumenta. Huic igitur templo sanctorum gloria populique pietate atque animorum curatione insigni, ouod S. Pius X Summus Pontifex anno Domini millesimo nongentesimo sexto curiale fecit et sodalibus Ordinis Fratrum Minorum regendum assignavit, de Nostra summa potestate *tituli Presbyteralis* honore augemus, omnibus factis privilegiis quibus ceteri in Urbe tituli iure vel consuetudine fruuntur, contrariis minime obstantibus. Volumus praeterea ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui nunc templo S. Francisci Assisiensis ad Ripam Maiorem moderatur, coram clero populoque legantur, cum in sacram aedem diem festum de praecepto congregabuntur celebraturi. Cuius rei, postquam rite fecerit, nuntium ad S. Congregationem Consistorialem cito mittere curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

MARCELLUS Card. MIMMI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. GII, n. 79.

V

URBIS

TEMPLUM S. IOACHIMI IN URBE, AD PRATA, AD GRADUM ET DIGNITATEM EXTOLLITUR CARDINALICII PRESBYTERALIS TITULI.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Romanorum Pontificum morem, qui elapsis temporibus praestantiora consueverunt in Urbe exstantia templa privilegiis ditare atque honoribus decorare, nonnullas et Nos sacras romanas aedes ad insigniorem dignitatem extollere censuimus, eo scilicet consilio ut S. R. E. Cardinalibus eas titulo assignaremus. In huiusmodi templorum numerum illud S. Ioachimi Confessoris, in Pratis quae dicuntur, referre placet, quod universi orbis catholici fideles magnificentissime in Urbe exstruendum curaverunt, ut monumentum exstaret anni quinquagesimi ex quo Leo XIII Decessor Noster Episcopus fuerat consecratus. Spectandum praeterea est in eodem templo, pastoralibus curis concredito Sodalium a Sanctissimo Redemptore, primariam sedem habere pium Sodalicium Sacramento augusto perpetua adoratione colendo et Archisodalitatem Eucharistici Cordis Iesu. Qua de re, apostolica et suprema Nostra potestate, templum quod diximus *S. Ioachimi* Confessoris ad *Presbyteralis Cardinalitii tituli* gradum et dignitatem extollimus, omniaque simul iura et privilegia damus, quae eiusdem decoris tempia in Urbe habent, contrariis nihil impedientibus. Decernimus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, cum primum acceptae fuerint, eius cura qui eidem sacrae aedi est in praesens praepositus in cleri atque populi notitiam perferantur, primo adveniente die festo de praecepto, onere quoque eidem imposito peractam harum Litterarum exsecutionem S. Consistoriali Consilio cito notam faciendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta,

eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E. Cancellarius

f£ MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. C II, n. 80.

VI

URBIS

TEMPLUM S. IOANNIS BAPTISTAE PLORENTINORUM IN URBE AD DIGNITATEM TITULI PRESBYTERALIS CARDINALICII EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter tempia e sacro Romae solo exsurgentia, quae sua maiestate ac dignitate venerandam Urbis religionem perpetuo quasi carmine celebrant, haud ultimum sane locum obtinet illud, quod in Regione Pontis ad Tiberisque oram Leo X, Decessor Noster, in S. Ioannis Baptistae honorem sanctorumque Cosmae et Damiani martyrum excitari curavit, eo sane consilio ut egregia Florentinorum Romae commorantium christiana fides, quos praesertim Sodalitas a Pietate inter se congregavisset, aleretur. Cuius aucta claritas est sive nempe quod hisce sacris aedibus construendis atque ornandis celeberrima renascentis aevi ingenia operam collocarunt, sive quod sanctissimi viri, in quibus S. Philippus Nerius eiusque ab Oratorio Societas sunt annumerandi, simul templum hoc administraverunt, simul continentia tecta religiose habitarunt. Ceterum, fuisse idem ad curialem honorem evectum, in eoque sedem suam Ordinem Canonicorum Collegiati templi SS. Celsi et Iuliani caerimo-

niarum causa posuisse, cuius Archipresbyter est sacrarum aedium rector perpetuus, multum profecto decoris atque amplitudinis addidit. Quas ob res, cum pro augendo Patrum Cardinalium numero alii creandi sint tituli iisdem assignandi, templum *8. Ioannis Baptistae* Florentinorum in Urbe, adhuc basilicae minoris dignitate honestatum, auctoritate Nostra templis annumerari censemus, quae *Presbyteris Cardinalibus* lege ecclesiastica deferri *in titulum* solent, factis scilicet iuribus et privilegiis congruentibus, id etiam caventes ut contraria praescripta hac de re nihil obstent. Volumus autem ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui ad praesens eidem templo moderatur, sive clero sive populo perlegantur, die festo de praecepto post eas acceptas primum adveniente; cuius rei notitia quam cito ad S. Congregationem Consistorialem perferatur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

gß MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CII n. 76.

VII

URBIS

TEMPUUM S. MARIAE AD MONTES, IN URBE, AD GRADUM ET DIGNITATEM PRESBYTERALIS CARDINALICII TITULI EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

E sacris almae huius Urbis aedibus, antiquitate ornatusque splendore praestantibus, eas, ad Decessorum Nostrorum morem, congruis privilegiis ditare honoribusque decorare placet, quae praeclarum locum consecutae sunt vel ob Sanctorum memoriam, vel fidelium frequentiam, vel Religiosorum virorum pro christiano populo labore. Quas inter, templum quidem est recensendum Sanctae Mariae ad Montes, quod in regione Montium, anno Domini millesimo quingentésimo octogesimo secundo affabre a Iacobo Delia Porta, insigni structoriae artis magistro, aedificatum est, in qua sacra illa Beatae Mariae Virginis imago digno honore asservaretur atque publice coleretur, quae mirum in modum duobus annis ante ibidem manifeste se conspiciendam dederat. Accedit quod eodem in templo, a Decessore Nostro Leone XII, anno Domini millesimo octingentesimo vicesimo quarto, curis concredito sacerdotum e clero Romano, S. Iosephus Calasanctius supernum traditur habuisse indicium de condendo nempe Ordine Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum; atque ibidem corpus Sancti Iosephi Benedicti Labre religiosissime asservatur. Quibus de causis, suprema et apostolica Nostra auctoritate, templum $. *Mariae ad Montes* ad gradum et dignitatem evehimus *Cardinalitii Presbyteralis tituli,* omniaque simul iura et privilegia damus, quae eiusdem decoris templa in Urbe habent. Decernimus autem ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, cum primum acceptae fuerint, eius cura qui modo S. Mariae ad Montes sacrae aedi est praepositus, clero ac populo perlegantur, dies festus de praecepto cum sollemniter ibidem celebrabitur. Onus praeterea eidem erit peractae exsecutionis exemplum ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et f ore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere

liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit ñdes, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eoma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

$j MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CII, n. 77.

VIII

URBIS

TEMPLUM S. EUGENII PAPAE, IN VALLE IULIA IN URBE EXSTANS, AD GRADUM DIACONIAE CARDINALICIAE EVEHITUR.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacra maiorum instituta tenens ac servans, solet Apostolica haec Sedes, provida omnium mater Ecclesiarum, iis viris qui in Purpuratorum Patrum Collegio allecti sint, unum ex insignioribus Urbis templis assignare in titulum, eo sane consilio ut non modo egregiae Patrum Cardinalium amplitudini templorum ipsorum maiestas respondeat, verum etiam ut, qua sunt viri pietate et religione illustres, aedes quas in titulum habuerint, integras in sua pulchritudine servent, et fidelium animos, qui eadem templa frequentant, christiana veritate christianaque virtute exercendos curent. Quoniam igitur pro augendo numero Purpuratorum Patrum etiam diaconiarum numerus est amplificandus, censemus pro-

fecto auctoritate Nostra etiam templum *8. Eugenii Papae,* quod Romae in Valle Iulia exsurgit, in hunc ordinem templorum esse redigendum, factis scilicet iuribus, honoribus ac privilegiis congruis : id enim, anno XXV a Pii XII Decessoris Nostri suscepto Episcopatu e solo excitatum, inter sacras huius temporis aedes praeclarum mole, gravitate, decore locum obtinet. Neque praetereundum est templum hoc Curiali dignitate fuisse honestatum, in eiusdemque adiacentibus tectis novos Sacerdotes quo modo in christiana religione tuenda atque proroganda se gerant, instrui et informari. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui ad praesens eidem templo S. Eugenii Papae moderatur, sive clero sive populo perlegantur, cum primum, post eas acceptas, diem festum celebrabunt de praecepto recolendum. Cuius rei, cum acta fuerit, nuntium ad S. Congregationem Consistorialem cito mittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

£p MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

"Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. OII, n. 82.

EPISTULA

AD EMUM P. D. BENIAMINUM TIT. SANCTI VITALIS S. R. E. PRESB. CARDINALEM DE ARRIBA ET CASTRO, ARCHIEPISCOPUM TARRACONENSEM, QUINTUM ET VICESIMUM ANNUM A SUSCEPTO EPISCOPATU IMPLENTEM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quoniam mox quinque exibunt lustra, ex quo tu, Dilecte Fili Noster, creatus es Episcopus, animi Nostri suaviter commoti obsecundantes affectui, minime patimur huiusmodi faustum felicemque transire diem, quin eum ominibus et votis iucundemus.

Hoc poscit fidele obsequium, quo tu arto nexu huic Petri Sedi cohaeres, poscit benevolentiae caritas, qua tibi iungimur eamque, cum secunda et propitia vertit occasio, etiam aperte testari gaudemus.

Addecet sane summo aeternoque Deo te devotae ac religiosae mentis grates persolvere, quod longum per hunc annorum decursum auxilio et munimine Suo te protexit, adiuvit et fovit.

In pastorali exercendo munere quemadmodum agendi facultas ita tot inter aspera et varia tibi bene merendi copia non defuit.

In primis adsiduas laudamus cogitationes, quas ad sacerdotum sanctimoniam curandam et augendam convertisti, magnopere cupientes, ut tam apte collocato religionis studio sacrorum administri magis magisque respondeant et ii doctrinae et vitae gemino nitore eximios se praestent; laudamus praeter a diligentiam, quam erga eos consilio et actu demonstras, qui, laribus relictis, huc illuc locandae operae causa commigrant. Utinam inde fructu uberes maturescant exitus, quorum bonam concipis spem.

Gratiae Dei confisus fac iii proposito hoc gratulatione digno firmus perseveres et invicta virtute ea, quae opinione hominum vel adversis loci adiunctis obstant, exsuperes.

Caelestia denique auxilia tibi invocamus, ut arduis rebus non cedens, laetus, actuosus, Dei et Ecclesiae causae, cui te devovisti, maiore usque studio te asseras, et antiquis novas serto tuo promeritorum gemmas adicias.

Quo autem salutarior quintus et vicesimus episcopatus tui natalis contingat, id tibi facultatis facimus, ut, quo volueris die, adstantibus

christifidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate beriedicas, plenaria Indulgentia proposita.

Nihil denique Nobis restat nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque gregi moderationi tuae commisso, Apostolicam Benedictionem libenti volentique animo impertiamus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **v** mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

Habita in Petriana Basilica, die dominica Pentecostes, post sollemnes Vesperas, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus, Romanae Curiae Praelatis permultisque christifidelibus : de Oecumenico celebrando Concilio. *

Venerabili Fratelli e diletti figli!

MOTIVI DI PENA E DI GIOIA

La Nostra prima Pentecoste, celebrata lo scorso anno qui a San Pietro, Ci aveva offerto l'occasione di esprimere motivi di pena e motivi di gioia.

Motivi di pena nel ricordo delle condizioni umilianti e sempre più insidiose, create dai nemici del nome cristiano contro la libertà religiosa dei cattolici — vescovi, clero, fedeli — in alcune nobili e grandi Nazioni.

Motivi di gioia per l'inizio degli studi della Commissione Antipreparatoria del Concilio Ecumenico Vaticano II, che era stata in progetto fin dal 25 di gennaio, confidato ai Signori Cardinali in quel giorno, convenuti come erano con Noi, presso la tomba del glorioso Apostolo delle Genti.

In questo pomeriggio della seconda Pentecoste, che il Signore Ci concede di festeggiare, le prove dolorose della S. Chiesa continuano, ad esercizio di grande pazienza, per i tanti Nostri fratelli e figliuoli lon-

*** Die 5 Iunii mensis a. 1960.**

tani, a cui ogni giorno va il Nostro pensiero. Nè minor pena Ci arrecano il turbamento e le incertezze della presente situazione internazionale.

Ma non meno grande è la consolazione : anzi, questa si accresce della grazia dello Spirito Santo, che Ci fa gustare la felice risposta, già venutaci da tutti i punti della terra, in seguito alla Nostra prima esplorazione, circa la opportunità, la orientazione, il contenuto, i vantaggi e le speranze, che la celebrazione del Concilio Ecumenico offre a benefìcio di tutto il popolo cristiano.

Si direbbe in verità che un'altra volta Paolo e Barnaba, arricchiti di esperienza circa le condizioni delle varie Chiese da loro visitate, siano tornati fra noi, qui alla città di Pietro, la Gerusalemme terrestre, e continuino ad allietarci con le informazioni più sicure e promettenti, *facientes gaudium magnum omnibus fratribus.*[1]

IL CONCILIO ECUMENICO - Suo SVOLGIMENTO IN QUATTRO TEMPI

Della felicità di questo primo assaggio potemmo dare comunicazione — pochi giorni or sono — ai Nostri venerabili Fratelli i Signori Cardinali, componenti il Sacro Collegio, sempre così amabilmente uniti alle Nostre sollecitudini pastorali : e Ci sentiamo incoraggiati a procedere animosamente, sotto gli auspici e per la grazia del Divino Spirito, al passaggio da una Commissione Antipreparatoria e di generale e minuta preinformazione, quale la vedemmo operare finora, alla costituzione di una Commissione Preparatoria, a cui verrà affidato il compito più grave ed importante di tutto disporre e condurre a concreta realizzazione.

Non sono superflue su questo punto alcune informazioni che amiamo comunicarvi con semplicità. Vi diciamo dunque : che un Concilio Ecumenico si svolge in quattro tempi.

1. Una introduzione, o presa di posizione, antipreparatoria e generale : quella fatta sin qui ;

2. Una preparatoria propriamente detta : quella che ora si annunzia ;

3. La celebrazione dell'augusto e generale convegno : il Concilio nella sua più splendente solennità ;

4. Infine, la promulgazione degli *Acta Concilii* : cioè di quanto si è convenuto di constatare, di dichiarare e di proporre in ordine e a sviluppo di pensiero e di vita, a progressiva elevazione di spirito e di

[1] Cfr. *Act. 15,* 3.

attività, a glorificazione di Vangelo di Cristo, applicato **e** vissuto nella Santa Chiesa sua.

Del primo tempo — la antipreparazione già avvenuta — voi aveste, venerabili Fratelli e diletti figli, già un saggio nel *Motu Proprio* comunicatovi ieri sera, nella grande vigilia di Pentecoste : rivelazione di un lavoro condotto con riverente riservatezza, ma riuscito a ricca e consolante constatazione di situazioni personali e locali ben precisate, o felicemente avvistate.

Il secondo tempo che ora si apre, Ci pone innanzi alla costituzione di parecchie Commissioni di lavoro Conciliare, di carattere saggiamente riservato, ma di importanza sostanziale, di impegno grave e sacro specialmente per quante energie saranno chiamate a cooperarvi, qui in Roma e da tutti i punti più lontani della terra, dove la Chiesa Santa di Gesù allarga i suoi vasti padiglioni, o deve limitarsi ancora ad umili tende.

Ciascuna di queste Commissioni — per intanto una diecina **e** gli speciali Segretariati da costituirsi eventualmente in seguito — verrà presieduta da un Cardinale : ed è chiamata a svolgere il suo lavoro, in perfetto riferimento alla Commissione Centrale. Questa ha al suo vertice il Papa, Vescovo di Roma, e Capo della Chiesa universale, a Cui compete, *nomine et facto,* la presidenza e la più alta direzione del Concilio, in esercizio, direbbe San Gregorio Magno, del titolo tanto celebre **e** pur così umile di *Servus Servorum Dei* della più augusta tradizione.

Il terzo tempo, cioè la celebrazione ufficiale del Concilio qui al Vaticano, sarà senza dubbio lo spettacolo più commovente e più solenne, offerto *mundo et angelis et hominibus.*[2] Ma la data della sua celebrazione dipenderà dalla misura e dal progresso della preparazione del secondo tempo, che ora si inizia.

Al quarto tempo, il definitivo, il più pratico e fruttuoso, appartiene la promulgazione degli « Atti Conciliari », cioè le Costituzioni in cui sarà contenuta la *lex credendi,* la *lex supplicandi,* la *lex vivendi.*

DUE PUNTI DEGNI DI RILIEVO - DISTINZIONE E CATTOLICITÀ

A proposito di questo lavoro Conciliare, occorre segnare due punti degni di rilievo.

Primo. - Il Concilio Ecumenico ha una sua propria struttura ed organizzazione, che non può essere confusa con la funzione ordinaria e ca-

[2] ***1 Cor.* 4, 9.**

ratteristisca dei vari Dicasteri o Congregazioni, che costituiscono la Curia Romana, la quale procede, anche durante il Concilio, secondo il corso ordinario delle sue consuete attribuzioni di amministrazione generale della S. Chiesa. Distinzioni dunque precise : altro è il governo ordinario della Chiesa di cui si occupa la Curia Romana, ed altro il Concilio. Questo però non esclude, volta per volta, una cooperazione di illuminata saggezza da parte di ecclesiastici, invitati in vista di una loro personale competenza ben riconosciuta e apprezzata.

Secondo punto. - Il Concilio Ecumenico risulterà dalla presenza e partecipazione di Vescovi e Prelati che saranno la viva rappresentanza della Chiesa Cattolica, sparsa nel mondo intero. Alla preparazione del Concilio darà prezioso contributo una accolta di persone dotte, competen tissime, di ogni regione e di ogni lingua. È questo ormai un principio entrato nello spirito di ogni fedele, appartenente alla Santa Chiesa Romana : di essere cioè e di ritenersi veramente, in quanto cattolico, cittadino del mondo intero, così come Gesù del mondo intero è l'adorato Salvatore : *Salvator mundi.* Un buon esercizio di vera cattolicità è questo, di cui tutti i cattolici devono rendersi conto e farsi come un precetto a luce della propria mentalità, e a direzione della propria condotta nei rapporti religiosi e sociali.

In questi mesi del Nostro Pontificato il Signore Gesù Ci ha dato la grazia di rendere dei buoni servizi a questo criterio di affermazione e di rispetto alla cattolicità della Santa Chiesa.

La creazione di parecchi Cardinali appartenenti a regioni lontane, che non ebbero mai sin qui l'onore della Porpora Romana : la consacrazione, ripetuta per le Nostre stesse mani, sotto queste volte della Basilica Vaticana, di parecchi nuovi Vescovi, in pochi mesi quasi una ventina, di varia stirpe e di vario colore : l'affluire divenuto più facile e frequente, non solo dei prelati e di alte personalità civili, ma di rappresentanti del popolo autentico e genuino, che ogni giorno attendono di vedere e di familiarizzare col Papa, contenti di riceverne parole di benedizione e di incoraggiamento ; numerosi gli appartenenti a gruppi di comunità cristiane separate, e che una voce intima del cuore amabilmente sospinge verso l'accostamento della Nostra umile persona, come a confidarci la gioia intima dell'incontro, e come il pregustamento di qualche cosa di più dolce e misterioso, che la Provvidenza Ci riserva per giorni migliori della Chiesa Santa di Gesù Salvatore di tutto il mondo.

Conviene insistere su questo nuovo solco, che accenna ad aprirsi in più vaste proporzioni, e su questa coltivazione della cattolicità, lieta promessa di frutti nobili e copiosi.

FORME DI COOPERAZIONE AL CONCILIO

Lasciate che vi diciamo che primo mezzo per farci onore da cattolici sinceri o di aspiranti alla perfezione della cattolica unità, è lavorare, *utilmente e con fiducia di abbondantissima messe : alimentando in tutti, clero e laicato, il senso del soprannaturale.*

a) *senso e spirito soprannaturale.*

Diletti figli, questo è grave e importante : *lo spirito soprannaturale.* Niente di comparabile fra un Concilio Ecumenico, e un trattato di politica nazionale o internazionale !

Le due concezioni della vita umana, così dell'individuo come dell'uomo appartenente all'ordine sociale, vita dello spirito e vita del corpo, vita eterna e vita temporale, dovrebbero non difficilmente intendersi fra di loro, pur distinguendosi senza escludersi. Dice bene il Salmo : *Coelum coeli Domino : terram autem dedit filiis hominum.*[3] Ma spesso accade che cielo e terra, vita eterna e vicenda umana, vengano da taluno posti in combattimento ed in esclusione tra loro. La religione, il culto del Signore, la Santa Chiesa li accosta e li unisce. Oh ! La Santa Chiesa Cattolica nella sua triplice espressione di vitalità divina e umana : Chiesa militante, purgante, trionfante : che mistero di verità, di grazia e di salute è questo !

Ma non è superfluo il ripeterlo. La Chiesa si preoccupa innanzitutto dello spirito : le sollecitudini ordinarie della vita quotidiana la toccano pure e le può, e le vuole santificare ; questo però ella compie nell'atto stesso di invitare il cristiano a tenersene in guardia, in quanto lo possono distrarre dalle elevazioni più alte, verso Iddio principio e fine, verso Gesù Salvatore, e tutto ciò che Gesù rappresenta : Vangelo : vita di Cristo in noi : vita nostra in Lui, sì, vita nostra in Cristo Gesù, mite, sofferente, glorioso. Questo significa, diletti Fratelli e figli, disporsi al Concilio con senso di elevazione soprannaturale secondo lo spirito della Santa Chiesa, guardandoci dal confondere il sacro col profano, le intenzioni dell'ordine spirituale e religioso con gli sforzi umani — an-

Ps. 113, 16.

che se degni di rispetto — rivolti unicamente alla ricerca dei piaceri, onori, ricchezze, gloria **e** di altri beni di ordine naturale.

ö) *seguirne lo svolgimento con penetrazione di principi dottrinali, rilievi storici, giustezza di criterio pratico.*

Altra forma di cooperazione ai meriti e ai benefìci del Concilio Ecumenico, è seguire il corso del suo svolgimento con profonda penetrazione di principi dottrinali, di cultura religiosa, di informazioni storiche, da cui lo spirito onesto e ben equilibrato trae giustezza di criterio pratico, e insegnamento prezioso.

L'ideale della vita quaggiù di ogni redento, l'ideale ultimo di ogni società sulla terra, famiglia, nazione, universo intero, soprattutto **e** eminentemente l'ideale della Santa Chiesa cattolica ed apostolica, a cui un Concilio Ecumenico può aspirare e collaborare, è il trionfo di Cristo Gesù. È col crescere di Cristo in noi : *veritatem facientes in caritate,* che noi troviamo il vero definitivo progresso. Oh ! che parole **e** che elevazioni queste di San Paolo agli Efesini : « Lui, il Cristo è il capo. Da Lui discende la virtù su tutto il corpo ben composto e connesso, per l'utile concatenazione delle articolazioni, nella misura di ciascuna delle sue parti, le quali trovano in Lui il proprio accrescimento in una perfezione di amore ».

Parole misteriose queste di San Paolo, che meriterebbero bene di figurare sulle porte del Concilio Ecumenico. Amiamo ripeterle nel loro testo sacro : chi sa di latino dovrebbe apprenderle a memoria : *Veritatem facientes in cantate, crescamus in ilio per omnia, qui est caput Christus : ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mansuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit, in aedificationem sui in caritate.*[1]

Attraverso le singole frasi di cui si compone questa citazione di San Paolo, ci è facile scorgere i punti luminosi da cui dovrebbe risultare la bellezza e lo splendore completo di questa grande affermazione della Chiesa cattolica, come il Concilio Ecumenico, in perfetta organizzazione, sempre pronta, come essa è — la Chiesa —, ai grandi successi del presente e dell'avvenire. Verità e carità : Cristo al vertice e capo del corpo mistico, che è la sua Chiesa, corpo compatto e connesso : per tutte le sue giunture, ciascuna al suo posto, tutto in edificazione ed in progresso di carità fraterna, di pace santa e benedetta.

[1] *Eph.* 4, 15-16.

ALLE SORGENTI DELLA GRAZIA - Lo SPIRITO SANTO

Da questo richiamo dell'Apostolo, delle Genti associato a San Pietro, la pietra fondamentale della Chiesa, quale Gesù lo proclamò, ci è facile elevare il nostro spirito alle sacre sorgenti della grazia, cioè allo Spirito Santo, a cui è dedicata in tutto il mondo l'odierna celebrazione liturgica.

È infatti nella dottrina e nella spirito della Pentecoste che il grande avvenimento del Concilio Ecumenico prende sostanza **e** vita. Nel *Credo Apostolico* due parole bastano ad esaltare la natura **e** la efficacia della irradiazione dello Spirito Santo : *Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem* **é**

Signore in quanto appartiene alla augusta Trinità. *Cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur.*

Signore e vivificatore in quanto penetra della sua virtù i due Testamenti, l'Antico e il Nuovo : in quanto continua e moltiplica la sua operazione di forza, di soavità e di grazia nella Santa Chiesa, che è la sua Sposa benedetta.

La prima operazione dello Spirito Santo nella Chiesa è la scelta e la elezione dei membri che la devono comporre. È tutto l'orizzonte missionario che si schiude innanzi a noi : ed è lo Spirito Santo che lo illumina e l'accende.

La sua luce irrompe dalle prime parole del *Libro degli Atti degli Apostoli.* Dei primi discepoli di Gesù, colonne e fondamento della Chiesa, è detto che egli li aveva scelti *praecipiens apostolis per Spiritum Sanctnm, quos elegit.*[5] Lo stesso giorno della Pentecoste furono tremila gli eietti. Pochi giorni dopo altri cinquemila si aggiunsero per la predicazione di Pietro e di Giovanni sotto il portico del tempio. Dopo i Giudei, ecco la Gentilità che si aggiunge : ecco l'incontro del centurione Cornelio, che riceve il Battesimo con i suoi commilitoni. Dopo queste prime conquiste chi può seguire la marcia impetuosa del Divino Spirito, che precede, accompagna gli evangelizzatori penetrando nelle anime di chi li ascolta e dilatando le tende della Chiesa Cattolica sino agli ultimi confini della terra, trascorrendo per tutti i secoli della storia? Il cammino della Santa Chiesa di Cristo lungo questi suoi venti secoli è talora, è sovente, si può ben dire è quasi sempre segnato di lacrime e di sangue.

[5] *Act.* **1, 2.**

Ma torna sempre vera la testimonianza dei primi scrittori ecclesiastici : *Sanguis martyrum, semen est Christianorum.*[6]

Osservate bene ciò che avviene innanzi ai nostri occhi, ciò che le nostre orecchie ascoltano. In questi ultimi secoli che precedettero l'epoca contemporanea, indubbiamente la natura umana, prona alla prevaricazione dell'errore e del peccato, si è trovata in colluttazione violenta con la grazia spirituale e celeste, di cui la Santa Chiesa conserva pur sempre il deposito sacro. Ma vedete che cosa accade. Nelle nazioni che crebbero e furono grandi per l'azione di lei, a cui devono tutto ciò che ha loro fatto e continua a far più distinto onore, trovò e qua e là ancora incomprensioni, avversità, e persino dure oppressioni contro la propria libertà di culto, di pensiero e di insegnamento.

Non crediate che lo Spirito Santo sia per abbandonarla alla minacciata rovina.

L'umile Successore di San Pietro non può recarsi personalmente a visitare le varie regioni della terra, di cui egli porta la grave sollecitudine : ma tutti i rappresentanti dei varí continenti conoscono la via di Roma, capitale del mondo cattolico, e, giusto come Paolo e Barnaba che vi accennammo a principio di questo colloquio, rivengono qui al Vaticano a narrarci le meraviglie della grazia dell'apostolato, e i prodigi dell'esercizio che sempre prosegue il suo cammino delle virtù teologali e cardinali, delle opere della misericordia che sono il pegno della verace civiltà.

La Santa Chiesa Cattolica in parecchie regioni del mondo incontra dunque gravi e dolorose difficoltà ed avversioni da parte di coloro, i cui padri immediati e gli avi godettero della sua materna affezione. Non crediate che lo Spirito Santo l'abbia abbandonata o stia per abbandonarla. Come si può spiegare se non per il soffio di questo Spirito vivificante il crescere di anno in anno delle vocazioni all'apostolato? Come spiegare questo fervore di accostamento, di cui abbiamo le prove giorno per giorno, dei nostri fratelli separati al centro della unità religiosa : *sdYunam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam?* Questo felice fenomeno del volgersi più frequente delle anime verso Roma come a centro di unità religiosa si compone con l'altro delle regioni già infedeli, ed ora visitate dalla fiamma del Vangelo.

• **Cfr. Tertull. *Apol.* L ; Migne PL 1, 534.**

ELEVAZIONI SPIRITUALI : CLERO E FEDELI DI TUTTA LA CHIESA IN UNIONE DI PREGHIERA CON IL PAPA

Fratelli venerabili, e diletti figliuoli. *Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.*

Le profonde emozioni di cui l'anima Nostra è particolarmente tocca in questi giorni, all'inizio del forte lavoro che Ci attende per il Concilio Ecumenico : il ricordo della pronta e così letificante risposta venutaci dall'alto nella celebrazione del Sinodo Romano, di cui Ci proponiamo di promulgare le costituzioni nella festa dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo : le vibranti manifestazioni di fede, di pietà popolare, di religiosa affezione filiale di cui la Nostra umile persona fu oggetto nelle visite che facemmo nei quartieri popolari del suburbio, nelle domeniche della scorsa Quaresima, avvolgono il Nostro Spirito in un'atmosfera così elevata di abbandono alla grazia dello Spirito Santo, di desiderio di santificazione, così da suggerirci un invito ardente di padre e di pastore per quanti Ci sono più vicini e familiari qui nell'Urbe santa, per quanti fratelli e figli recitano con Noi lo stesso *Credo* apostolico, a volerCi seguire più intimamente in participazione dello stesso sentimento di fervorosa pietà, di opere sincere recanti luce di purezza, grande edificazione di carità é di buon apostolato religioso e sociale.

Confidiamo lungo la via di potervi parlare ancora secondo la opportunità e nel comune intento di ottenere, anche in riferimento alla pace delle anime e delle nazioni, ogni grazia ed ogni benedizione.

MARIA E I SANTI DEL SIGNORE AD INCORAGGIAMENTO E INTERCESSIONE

Maria, la dolce Madre di Gesù Verbo Divino, che per la grazia dello Spirito Santo in lei carne si fece, e divenne così Madre nostra, resti sempre con noi perseverante in preghiera, affinchè lo stesso Spirito Santo continui ad effondere nella vita della Chiesa i suoi doni e ad operare i suoi prodigi a salute del mondo intero.

E i Santi di Dio? Oh ! ognuno dei Santi è un capolavoro di grazia dello Spirito Santo. Qui intorno a S. Pietro vigilano in preghiera per la Santa Chiesa i Santi che ne furono i primi ornamenti, discepoli immediati di Gesù, martiri e pontefici dai grandi nomi ai più modesti : appartenenti a tutte le età e a tutte le regioni del mondo. Talora le reliquie dei loro corpi sono ridotte a poca cosa, ma sempre qui palpita il loro ricordo e la loro preghiera. Anche in una recente occasione Ci accadde di rammentare alcuni tra i più insigni, qui venuti dall'Oriente, dove avem-

mo l'occasione felice di visitare le tracce dei monumenti ancora riconoscibili del loro passaggio : *Yanastasis,* tra di essi, dove tenne i suoi mirabili discorsi *de re Trinitaria* San Gregorio Nazianzeno, le cui spoglie mortali qui riposano sotto l'altare di questa ricca cappella Gregoriana, che si richiama all'altra sontuosa del coro canonicale, che avvolge di preziosa maestà il sepolcro di S. Giovanni Crisostomo : le due voci più autorevoli, la sua e quella del Nazianzeno, ad auspicare, a benedire, ad intercedere per il ritorno delle Chiese di Oriente all'amplesso della Chiesa una, santa, cattolica ed apostolica.

Oh ! che avvenimento prodigioso sarebbe questo, e quale fiore di umana e di celeste carità l'avviamento deciso al ricongiungimento dei fratelli separati dell'Oriente e dell'Occidente nell'unico ovile di Cristo, il Pastore eterno.

Ciò dovrebbe rappresentare uno dei frutti più preziosi del prossimo Concilio Ecumenico Vaticano II alla gloria del Signore sulla terra e nei cieli, alla esultanza universale nella completezza del mistero della Comunione dei Santi.

Oh ! i Santi, i Santi del Signore, che dappertutto ci allietano, ci incoraggiano, ci benedicono.

Voi, dilettissimi figli, Ci comprendete bene se il Nostro cuore di pastore e di padre della cristianità è tocco in queste settimane da particolare emozione e tenerezza nella esaltazione dei nuovi Santi, che per virtù della Apostolica Autorità Ci è consentito di congiungere al corteo degli eletti e privilegiati ascendenti alla partecipazione del trionfo di Cristo.

Questa è buona e felicissima ventura per Noi. Questo santo Vescovo e Cardinale Gregorio Barbarigo, glorificato nella festa della Ascensione, e questo altro San Giovanni de Ribera, Arcivescovo di Valencia, sulla cui fronte porremo l'aureola della più alta esaltazione nella luce della Santissima Trinità, la prossima domenica, Ci richiamano alle parole incoraggianti di San Paolo nell'Areopago di Atene : È il Signore del cielo e della terra che dà a tutti noi la vita, il respiro e ogni altro bene. Noi siamo della sua stessa stirpe. E non dobbiamo però confonderci con l'oro e con l'argento e con la pietra e con tutto ciò che è fattura umana ; ma farci onore nella nostra rassomiglianza con Lui, col Cristo Figliol suo e fratello nostro, datoci a nostra salute e santificazione.

Così sia, diletti figliuoli, ora e sempre ; con intento e sforzo speciale di cristiana perfezione durante questi mesi di preparazione intensa al Concilio Ecumenico, a pace e a benedizione della Chiesa Santa e del mondo intero. Così sia.

II

Christifidelibus, qui e variis Hispaniae dioecesibus Romam convenerant, ut sollemni canonizationi Beati Ioannis de Ribera, Archiepiscopi ~Valentini, interessent. *

Amadísimos peregrinos españoles :

El Señor Nos ha concedido el consuelo de poner esta mañana la aureola de los santos en las sienes de un preclaro Arzobispo español : San Juan de Ribera. Hace algo más de dos semanas, Nos cupo hacerlo al Cardenal de la Iglesia, San Gregorio Barbarigo. Con mano trémula de emoción hemos tomado del jardín de la Iglesia estas dos flores escondidas para ponerlas en el altar a fin de que el perfume de sus virtudes sea estímulo al buen obrar y deleite espiritual para la vida de los fieles.

La corona de Obispos que Nos rodea, las autoridades tan numerosas y los fieles venidos con tanto entusiasmo y fervor de la católica España, Nos están manifestando la palpitación emocionada, unísona a la Nuestra, de ese amadísimo pueblo.

Alégrate, sí, España, al asistir a la apoteosis de uno de los más preclaros representantes de tu *siglo de oro* porque este es un día venturoso para la Iglesia. Alégrate, Sevilla, cuna del nuevo Santo, y tú, Badajoz que disfrutaste de las primicias de su celo pastoral. Alégrate, Salamanca, ilustrada por el docto saber del estudiante y catedrático Santo. Alégrate, Valencia, y envía toda la fragancia de tus vegas y rosaledas a quien tuviste casi medio siglo como Padre y Pastor. ¡ Bendito sea el Señor en sus Santos !

San Juan de Ribera es parte integrante de la magnífica constelación de santos de la fecunda tierra hispánica : Leandro, Isidoro, Teresa de Jesús,, Domingo de Guzmán, Ignacio de Loyola, Francisco Javier, Juan de Dios y Juan de la Cruz, Luis Bertrán, Francisco de Borja, Pedro de Alcántara, el Beato Maestro de Avila y tantos otros bienaventurados participarán hoy de nuestro alborozo ante la glorificación de Ribera.

Hace, sí, más de tres siglos que murió, pero San Juan de Ribera no es sólo de ayer, continúa siendo de hoy y al acercarnos a él Nos parece un santo amable y orientador de nuestro días. Lo dice la Real Capilla del Corpus Christi en Valencia, monumento perenne de su piedad eucaristica que es todavía centro poderoso de espiritualidad. Lo proclama el Colegio del Patriarca, cantera de sacerdotes que han sido o son ornamento

* **Die 12 Iunii mensis a. 1960.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Iunii, in pervigilio festi Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. Ch., anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

[17] *1 Petr.* l, 17-19.
[18] *1 Cor.* 6, 20.
[19] Cfr. *1 Tim.* 2, 4.
[20] Cfr. *Gen.* 1, 26.
[21] *Hebr. 12,* 22-24.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PRIMA ROMANA SYNODUS PROMULGATUR

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitudo omnium Ecclesiarum, quae in universa terra florent, quaeque unius sanctae Christi Ecclesiae partes sunt, tantum abest ut Nos a Romanae dioecesis curis, quae Nostra quidem proprio nomine est, abducat, ut magis eas exacuat et instimulet.

Nam semper illa verba Nostro obversantur animo, quibus S. Leo I, inter praestantes decessores Nostros praestantissimus, suae huius Romae filios compellavit : *Corona mea, sicut Apostolus ait, et gaudium vos estis, si fides vestra, quae ab initio Evangelii in universo mundo praedicata est, in dilectione et sanctitate permanserit. Nam licet omnem Ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat fior er e virtutibus ; vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce jundatos, et Dominus noster Iesus Christus cum omnibus redemit, et beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudivit.*[1]

Neque menti Nostrae non obversatur durior illa S. Bernardi monitio, quae de Romano clero est : *Primo quidem clerum illum ordinatissimum esse decet, ex quo praecipue in omnem Ecclesiam cleri forma processit.*[2]

Quam ob rem, tribus exactis mensibus postquam vicariam Christi in terris potestatem obtinueramus, cum, in Patriarchali Basilica Ostiensi, Paulum Apostolum ad emendatiorem vitam traductum commemoraremus, non solum Concilium Oecumenicum habendum et legum ecclesiasticarum corpus cum nostrorum dierum necessitatibus componendum praenuntiavimus, verum etiam Synodum dioecesanam Romae cogi iussimus : ex qua scilicet, normis elucubratis et sancitis, cleri populique disciplina novos caperet ñervos; Actionis Catholicae et ceterarum apostolatus consociationum sedulitati nova adiceretur flamma; christifideles ad crebriorem Sacramentorum et liturgiae usum participandum permoverentur ; graviores errores et pericula, quae nostra haec peperit

[1] **S. Leo. M. Ser. 11.**

[2] **S. Bernardus, *De consid.*, lib. IV, cap. II.**

aetas, et patefierent et praecaverentur ; pastoralis denique muneris rationes ad nostrorum temporum rationes accommodarentur.

Quod propositum ut exsequeremur, chirographo, cuius initium *Ut huius almae,* die duedevicesimo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono dato, peculiare Consilium constituimus, quod, Nobis proxime moderantibus, eo spectaret, ut argumenta materiamque seligeret et in ordinem digereret, de quibus in Synodo ageretur.

Audito enim venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, dilectissimoque Vicario Generali Nostro ad Romam quod attinet, Consilio huiusmodi venerabilem Fratrem Aloisium Traglia praefecimus, Archiepiscopum tit. Caesariensem in Palaestina eumdemque in Urbe sacras vices gerentem, nuper inter Purpuratos Patres allectum, Nostrumque Provicarium Generalem constitutum ; eiusdemque pariter Consilii membra nominavimus.

Posthaec, Consilii Praeside rogante, egregios quosdam Praesules, parochos, parochorum vicarios, religiososque sodales in octo coetus ascivimus, e Consilio illo pendentes, quorum esset et diligenter quaestiones, quae ad pastorale munus in dioecesi Nostra obeundum magis interessent, expendere, et prima legum synodalium lineamenta adumbrare. De qua inchoata legum forma, ut suam quisque sententiam declararet, eam ad omnes parochos, ad Praepositos Provinciales, ad Moderatores Praesidesque collegiorum adulescentibus instituendis mitti iussimus. Cum his rebus, pariter idoneum degimus Consultorum numerum, qui pro sua quisque peritia in consilium adhiberi possent; pariter Parochorum Collegio praecepimus, ut paucorum virorum coetum deligerent, qui quid ipsi sentirent de inchoatis illis legibus significarent.

Postquam autem synodalium normarum adumbratum est corpus, de eo sententiam rogavimus, praeter Patres Cardinales in Urbe commorantes, et Praesules ministeriis Romanae Curiae praepositos, Consultores etiam synodales, parochorum coetum, aliosque Urbis ecclesiasticos viros : qui omnes pro suo rerum hominumque usu, scriptis redditis, quid ad haec haberent declaraverunt; idque Nobis obtigit certe peracceptum.

Cum autem ex animo Nostro non excidisset Nosmetipsos in primo aetatis flore ad honorificam eam partem vocatos esse, ut scribam Consilii ageremus, cui erat propositum, ut Bergomensem Synodum, mense Maio anno millesimo nongentesimo decimo celebratam, adornaret : qua Synodo Episcopus ille spectatissimus Iacobus Radini-Tedeschi, post

annos sex supra centum et octoginta, in eximia ea carissimaque dioecesi intermissam Synodorum seriem, a Concilio Tridentino imperatam, opportune instauravit; cumque ante oculos Nostros versaretur postrema Patriarchatus Venetiarum Synodus — diebus vicesimo quinto, sexto et septimo mensis Novembris anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo habita — quam magna cum animi Nostri laetitia et indiximus, et moderati sumus et celebravimus — idcirco, rati Synodi leges ad religiosam huius Urbis disciplinam perficiendam maximi momenti instar habituras esse, voluimus ipsi tam recte dispositos tamque prompte susceptos labores quasi praesentes participare, atque adeo nonnullis supremi Consilii praesidere sessionibus.

Quoniam vero, nisi humanis coeptis superna Dei aspirat gratia, ea in cassum cadere necesse est, cum variorum Consiliorum laboribus omnium Romanorum christifidelium preces coniungi curavimus; quibus, quoniam luculenter invitationi responderunt, memorem nunc voluntatem Nostram publice profitemur. Quapropter eam precationem, quam Nos ipsi commendavimus, per omnem pervagatam locum vidimus, in sacrisque aedibus, in seminariis, in asceteriis, inque collegiis latissime in usu habitam. Quas preces quasi privatim ad Deum missas, Nobis concludere in epilogi modum placuit, sive die decimo mensis Ianuarii hoc anno, festo sanctissimae Nazarethanae Familiae, rationibus Synodi illustrandis dicato, sive, antequam Synodus inchoaretur, supplicationibus per septem dies in Basilica Liberiana adhibitis, tutelae implorandae causa Deiparae Mariae Virginis, quam in amplissimo eo clarissimoque templo *Salutem populi Romani* appellant.

Quod gravissimum inceptum postquam collocata in studiis, in laboribus, in precationibus opera, ad exitum denique perductum est, dato die sexto decimo mensis Ianuarii chirographo, cuius initium *Sancti Spiritus,* ingenti cum animi Nostri laetitia, primam Romanam Synodum indiximus, quae exordium caperet die quarto et vicesimo eiusdem mensis, anno scilicet post eandem praenuntiatam Synodum exacto.

Subeunt nunc mentem Nostram, erga Deum, bonorum omnium fontem et oceanum, profecto gratissimam, celeberrimi illi synodales conventus; quorum primus actus est die vicesimo quarto mensis Ianuarii, in Patriarchali Archibasilica Lateranensi; quorum alii in Aedium Vaticanarum aula, quam a *benedictionibus* vocant ; quorum denique postremus, omnium sane frequentissimus, in Vaticana Basilica, apud Petri sepulcrum, Apostolorum principis, primique Romae Episcopi.

In maximis huiusmodi consessibus, qui facti sunt diebus vicesimo

quinto, sexto et septimo mensis Ianuarii, dignissima corona Purpuratorum Patrum, Romae degentium, Episcoporum, Praesulum, et sacerdotum ex utroque ordine astante, post Sacrum in Aede Sixtina factum, orationemque a Nobis institutam, leges synodales publice pronuntiatae sunt.

Quibus absolutis, placuit Nobis, diebus duodetricesimo et undetricesimo mensis Ianuarii, primum Seminariorum et Collegiorum ecclesiasticorum alumnos, deinde omnes cuiusvis ordinis Virgines Deo devotas in templum Ignatianum, ad sepulcra nempe S. Roberti Bellarmini, S. Aloisii Gonzagae, et S. Ioannis Berchmans, qui decus quidem cum ecclesiasticae tum religiosae vitae habentur, convocare, eosque simul, certam Ecclesiae spem, Nostra Patris Pastorisque conscientia freti, ad sanctimoniam cohortari.

Itaque sollemnibus hisce conventibus dimissis, praecepimus ut cum ea quae contra synodales normas in coetibus illis pronuntiatas afferrentur, tum consilia quae de iis darentur, accurate colligerentur; atque adeo eum legum textum, intra congruum temporis spatium, apparari, qui certe et definite promulgari posset. Atque mandatis Nostris, non modo obsequenter, sed etiam summa cura studioque satisfactum est; quemadmodum e relationibus Nostri Provicarii Generalis intelleximus, qui de re tantae prudentiae tantique consilii Nos saepe saepius certiores fecit.

Cum igitur talis momenti opus, ea qua par erat diligentia, absolutum fuerit, cumque leges synodales ita sint elimatae ut promulgari tandem possint, summi et omnipotentis Dei ope implorata, et patrocinio confisi sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum hodie festum agimus, certa scientia, de Nostrae plenitudine potestatis, uti Summus Pontifex et Romanae dioecesis Episcopus, Constitutione hac Nostra has primae Romanae Synodi leges promulgamus, sicut in authentico exemplari latino sonant, Typis Polyglottis Vaticanis edito, iubentes et praecipientes, ut eae hoc anno a die primo proximi mensis Novembris in universa Romana dioecesi, in Basilica Petriana, atque in Civitate Vaticana vim obligandi habere incipiant.

Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis, etiam speciali et individua mentione dignis, atque consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibusvis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, anno millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CURIALIS ECCLESIA S. CAROLI BORROMAEI IN LOCO ((CARMEL)), DIOECESIS MONTEREYENSIS FRESNENSIS, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Oaeruleum mare qua Californianum alluit litus, templum Sancto Carolo Borromaeo consecratum ad se convertit hominum animos, non solum propter loci amoenitatem sed etiam, atque maxime, eo quod sedes est praeclara pietatis. Quae sacra aedes, in loco Carmelo, qui vocatur, intra fines Montereyensis Fresnensis dioecesis, temporibus iis constituta, cum catholica religio in plagam illam inferretur, hoc est saeculo xvii, est iterum iterumque refecta, ut ignis divinus ibidem excitatus auctibus novis aleretur ; eius autem, quod nunc conspicitur, templi lapis auspicalis die VII mensis Iulii anno MDCCLXXXXIII iactus fuit. Eodem in templo est conditus sepulcro Iuniperus Serra, sodalis Franciscalis, qui Apostolus Californiae ob eximia in rem christianam promerita vocatur et in eximiis viris, qui a Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus publica laude feruntur, numerum obtinet. Hoc praeterea sacrarium praecipuis Californiae monumentis propter genus structurae, quo commendatur, est accensitum; ad quod Christifideles frequentes solent accedere, ut Dominicum participent, Almam Deiparam, « Dominam Nostram Bethleemitanam » nominatam, cuius egregia imago est ibi proposita, excolant ac venerentur, saepeque nuptiarum sollemnia celebrent Ecclesiae ritu. Hisce laudibus motus volensque studium pietatis, quod ex hoc proficiscitur templo, firmare et augere, Venerabilis Frater Aloisius Iosephus Willinger, Episcopus Montereyensis Fresnensis, Nos rogavit, ut eandem hanc ecclesiam curialem Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Has vero preces, quibus Dilectus Filius Noster Hamletus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Cicognani, Apostolicus olim in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus Delegatus, amplissime est suffragatus, statuimus libenter admittere. Quae cum ita sint, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum templum Sancto Carolo Borromaeo in loco Carmelo, intra fines dioecesis Montereyensis Fresnensis dicatum, ad honorem ac dignitatem

Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Februarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

SANCTA LUDOVICA DE MARILLAC, VIDUA, CAELESTIS PATRONA OMNIUM OPERIBUS SOCIALIBUS CHRISTIANIS ADDICTORUM DECLARATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnibus mater », ut ait Sanctus Augustinus *{De eat. rud.*, 15; *P.L.*, 40, 328), est caritas, quae in Ecclesia catholica, divino afilante Numine, numquam non viguit neque desinit vigere, universam complectens hominum societatem, maxime eos, qui in difficultatibus versantur domesticae rei, morbo laborant, aliisque quibusvis premuntur aerumnis. Clementissimus igitur Redemptor per Ecclesiam suam haec verba, plena solacii, levationis efficientia, iterat semper : « Misereor super turbam » *(Marc.* 8, 2). Quod his temporibus luculentissime comprobatur, quibus, quo magis, technicae artis inventis mirum in modum adauctis, strages increverunt, propagatae sunt miseriae, eo plura, eiusdem Christi Sponsae impulsione, praebentur remedia, disponuntur auxiliaria instituta. Quae intuentibus expedire Nobis est visum eos, qui huiusmodi socialibus operibus insistunt, peculiari obtegi superno praesidio, quo satius valeant tam salutaria munera obire, et, cum alii subsidia aerumnosis impertita ad humana tantum velint pertinere con-

silia, ad verae caritatis rationem iidem revocentur. Inter eos autem, qui huius virtutis exercitatione praestiterunt, singulari est laude ferenda Sancta Ludovica de Marillac, inclita auctor, una cum Sancto Vincentio a Paulo, Puellarum a Caritate. Haec enim, caelesti quodam igne incensa, suas partes esse duxit hominibus omni ope destitutis, infirmis sive in valetudinariis sive domi decumbentibus, infantibus expositis, pueris derelictis et expertibus eruditionis, senibus carentibus solacio, viris datis ad remum, mente misere captis, omnibus demum se male habentibus opitulari matremque se praebere pientissimam. Ut autem par esset tot tantorumque onerum moli, Sancta Ludovica adiumento usa est matronarum in Vincentianos coetus ascriptarum, ac praesertim socio labore Puellarum a Caritate, quas ad eiusmodi gerenda officia rite instituit. Haec agens praenuntia fuit et, ut temporibus illis, iam effectrix operum eorum, quae, socialia christiana appellata, praeclare invaluisse diximus temporibus nostris. Hanc ob causam dilectus filius Supremus Congregationis Missionis Moderator submisse Nos rogavit, ut Sanctam Ludovicam de Marillac, cuius a piissimo obitu tertium saeculum mox revolvetur, eorum omnium, qui opera socialia christiana quoque modo exercent, caelestem renuntiaremus Patronam. Quibus precibus plurimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Religiosarum Sodalitatum Generales Praepositi amplissime sunt suffragati atque etiam ex omnibus fere orbis terrarum partibus illustrissimi viri atque mulieres supplicationes suas addidere. Nos autem, quo sumus animo in eos benevolo, qui, christiana moti caritate, aerumnosis fletum abstergeré nituntur, votis huiusmodi statuimus libenter obsecundare. Itaque, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Caietano Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Cicognani, Episcopo Tusculano, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Ludovicam de Marillac, Viduam, caelestem apud Deum *Patronam* omnium operibus socialibus christianis addictorum constituimus ac declaramus, cunctis adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam

secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Februarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

SANCTUS IOANNES BOSCO, CONF., DIOECESIS RIVADAVIAE PATRONUS PRAECIPUUS RENUNTIATUR.

IOANNES PP, XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Expedit sane dioeceses, quae Apostolicae Sedis providenti consilio recens sunt constitutae, peculiari foveri praesidio superno, quo ampliora iis praebeantur incrementa populusque fidelis, qui earum finibus continetur, ad altiora confirmetur persequenda, passim serpentibus malis prohibeatur. Itaque ex animi quoque Nostri sententia Ordinarius dioecesis Rivadaviae, anno MDCCCCLVii conditae, Nos rogavit, ut Sanctum Ioannem Bosco iurisdictionis suae caelestem apud Deum renuntiaremus Patronum. Hic enim inclitus Cáeles, quo incensus erat apostolico ardore, ad incolas eiusdem regionis olim miserat Evangelii nuntios, qui eos ad veritatem libertatemque filiorum Dei studiose per ducerent. Itaque tanti viri memoria a populo, quem diximus, religiose colitur gratisque animis celebratur. Nos vero fore confisi, ut, Ioanne Bosco tuente, res catholica ea in dioecesi magnopere vigescat, precibus huiusmodi libenter statuimus concedere. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ioannem Bosco, Confessorem, totius dioecesis Rivadaviae praecipuum apud Deum *Patronum* confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque

plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit,

Datum Boma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Februarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

DELEGATIO APOSTOLICA IN SCANDIA ERIGITUR PRO NORVEGIA, SUETIA, DANIA, PINNIA, ISLANDIA.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Apostolici muneris sarcina, Nostris imposita umeris, postulat, ut nomen christianum propagandum vel constabiliendum curemus omnibus in locis, maxime vero in iis regionibus, quae verae religionis sunt expertes et a Petri Cathedra, scilicet catholicae unitatis Sede, divulsae. Ad quod plurimum conferunt Apostolicae Legationes, quae e translaticio Romanorum Pontificum more variis in orbis terrarum partibus, pro rerum ac temporum opportunitate, sunt constitutae. Hac pastorali sollicitudine impulsis expedire Nobis visum est pro Civitatibus Europae Septemtrionalis, pro Norvegia nempe, Suetia, Dania, Finnia, Islandia, Apostolicam erigi Delegationem ; e cuius sede, ut probe speramus, spiritualia commoda et incrementa in regiones easdem proficiscentur. Itaque, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Delegationem Apostolicam in Scandia* constituimus, cuius iurisdictioni Norvegiam, Suetiam, Daniam, Finniam atque Islandiam subicimus, et sedem Códaniae, in urbe principe Regni Daniae, collocamus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex

nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

MEDIOLANENSIS ARCHIEPISCOPUS ((PRO TEMPORE)) CONSTITUITUR PATRONUS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religio bonaeque artes ut pro venerentur, praeclarum Ecclesiae lumen Fridericus Cardinalis Borromaeus, Mediolanensis Archiepiscopus, Ambrosianam Bibliothecam condidit, instruxit, locupletavit; quod opus temporum successu permagnis est auctum incrementis summaque ornatum claritudine, scilicet amplissima quaedam palaestra effectum, ubi homines doctrinis dediti, imprimis sacrorum administri, exercerent ingenia. Itaque ex hoc studiorum domicilio plurimi percepti sunt fructus ab ipsis veritatis cultoribus, plurima profecta commoda in christianam societatem ac litteratorum rem publicam. Sedes autem Apostolica, ingeniorum nobilium altrix, fautrix artium politiorum, Ambrosianam hanc doctrinarum veluti officinam praecipua benevolentia semper est prosecuta opportunisque confirmavit praesidiis. Cum igitur preces ad Nos essent admotae, ut eidem altiorum disciplinarum domicilio constitueremus Patronum, Nos, Decessorum Nostrorum tenentes institutum, qui sollemne habuerunt ad studiorum sedes vigilem propensumque convertere animum, iisdem supplicationibus libenter decrevimus obsecundare. Quod munus ei placuit mandari, qui pro tempore Ambrosianam Cathedram obtineret, eo vel magis, quod Paulus PP. V, Decessor Noster, curatores insignis huius Bibliothecae studio, auctoritati et gratiae Archiepiscopi Mediolanensis voluisset commendatos atque statuisset, ut singulis bienniis eandem pro potestate praesens ille inviseret. Quae cum ita sint, Nos certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, perpetuum in modum constituimus atque decernimus, ut *Mediolanensis* pro tempore *Archiepiscopus* sit Bibliothecae Ambrosianae *Patronus.* Con-

trariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eflâcaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

AD EMUM P. D. ERNESTUM TIT. S. SABINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM RUPPINI, ARCHIEPISCOPUM PANORMITANUS, A SUSCEPTO SACERDOTIO QUINQUAGESIMUM ANNUM IMPLENTEM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Mox quinquagesima anniversaria memoria tibi, Dilecte Fili Noster, illucescet, ex quo, iuvenili florens aetate, sacerdotium suscepisti, atque exspectata et iusta tibi causa erit, cur sueto effusior es Deo agas gratias, quod vitae semitam adhuc a te emensam — longum mortalibus aevum — supernorum beneficiorum copia exornavit.

In gratulationum minumque concentu, quo, hoc felicitatisi eventu, multi bene precabuntur, vox Nostra tibi gregique curae tuae commisso pii gaudii quasi sertum imponit, existimationis et studii Nostri aperta erga te index et nuntia. Novimus te multiplici sedulitate et labore exercuisse ingenii et voluntatis aciem, atque, erga Ecclesiam flagranti amore motum, eius maiori bono et decori consuluisse. Cumprimis id tibi laudi cedit quod in Pontificiis Athenaeis Lateranensi et a Propaganda Fide diu Sacras Litteras tradidisti atque, cum a secretis esses Sacri Consilii Seminariis studiorumque Universitatibus praepositi, de apta iuventutis in spem Ecclesiae succrescentis institutione deque ecclesiasticis scholis celsi ordinis temperandis egregie meritus es. Panormitanae autem archidioecesi moderandae praefectus et paulo post in Purpuratorum Patrum collegium ascitus, devovendi te studio et adsidua navitate prae-

gravi pastorali munere functus es et nunc quoque perfungens. Praesertim alacritatem et diligentiam in re sacra fovenda palam testantur duo abs te exaedificata Seminaria, ecclesiasticum Institutum a S. Arsiensi Curione nuncupatum, multae aedes sacrae a solo excitatae, templo principi adauctus decor, inopibus et miseris allevandis multiplici opere providae sollicitudines allatae. Singulari memoria hoc etiam dignum est, quod Siculo plenario Concilio praefuisti, Marialem Conventum et Dioecesanam Synodum uberi fructu celebrasti.

Dei adiutorio fretus, fac ut tam nobilis religionis flamma, nedum interquiescat, alia utilia incepta et profutura animet consilia. Perge te divinis rebus vigili studio dare, perge Sacras Litteras penitus amanterque colere. Nos huius rei causa caelestia tibi precamur solacia et auxilia, itemque valde cupimus, ut, corporis et animi viribus firmus, humili amore antiquis nova addas promerita.

Ut autem quinquagesimus suscepti sacerdotii tui anniversarius dies salutarior contingat, id tibi facultatis facimus, ut, postquam sollemni ritu sacris operatus fueris, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus christifidelibus benedicas, proposita plenaria Indulgentia, quam ut sibi acquirant, sueta Ecclesiae iis servanda erunt praescripta. Tibi denique, Dilecte Fili Noster, sollertique Antistiti Auxiliari tuo, gregique universo, cui sacer pastor consulis, Apostolicam Benedictionem, praecipuae caritatis Nostrae pignus, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xni mensis Iunii anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIO

*in Basilica Vaticana habita, post primas Vesperas festi SS. Apostolorum Petri et Pauli, cum publice lecta esset Constitutio Apostolica, qua prima Romana Synodus promulgata est, cumque Emus Dnus Cardinalis Clemens Micara, vicaria potestate Urbis Antistes, Cleri ac populi Romani nomine, Beatissimo Patri grates iterasset**

Signor Cardinale,

Allorché il senso vivo della Nostra precipua responsabilità pastorale di *Episcopus Romanus* Ci suggerì di assumere personalmente il compito immediato ed intero di convocare, secondo i sacri canoni, il Sinodo Diocesano, di dirigerne la preparazione, di fissare le Costituzioni, Ci fu motivo di commossa edificazione la vostra delicatezza del sapervi ritrarre dalla funzione ordinaria, in questa parte, di Nostro Vicario Generale, pur seguendoci in convenevole misura con la amabilità della vostra presenza e dei vostri consigli sempre tanto cari e preziosi.

Ora, ad azione sinodale compiuta, ed a celebrata promulgazione della nuova legislazione diocesana, il nobile ricomparire della vostra persona nell'atto di ricevere dalle Nostre mani il volume delle *Sacrae Constitutiones,* ed in ripresa felice della interezza delle vostre ordinarie attribuzioni : e le vostre così preziose ed elette espressioni, in rappresentanza delle voci del clero e delle voci del popolo fedele, aggiungono corona di esultanza per tutto ciò che il Signore si è degnato operare in Noi, e nella nostra famiglia diocesana, già in questi primi venti mesi di grande benedizione del Nostro umile episcopato.

Il richiamo poi che le vostre parole ci fanno alle ragioni ed agli interessi della grande opera che qui solennemente si conchiude non poteva essere più felice. « Opera in vero tutta intesa a far sì che Roma per il suo fervore spirituale, per il suo attaccamento alla fede degli Apostoli viva sempre più in armonia col suo carattere sacro, con la sua missione e con la sua responsabilità — come voi diceste bene — di centro del mondo cristiano », *civitas sacerdotalis et regia per sacram beati Petri sedem, caput orbis effecta.*[1]

Anche la testimonianza che voi Ci rinnovate, Signor Cardinale, della gratitudine lieta ed edificante di tutto il popolo Romano per que-

* Die 28 Iunii mensis a. 1960.

[1] S. Leo M. *Sermo I in Nat. App. Petri et Pauli.*

sto primo dono del Sacro Sinodo, che la grazia del Signore Ci concesse di offrire a tutti i Nostri diocesani, è certo motivo di umile ma sincero compiacimento : di compiacimento e anche di incoraggiamento, ad osare con fiducia, a moltiplicare le sollecitudini che la *caritas Christi (quae) urget nos,*[2] pur con ealma, se vuoisi, ma giorno per giorno, secondo le Nostre forze, infaticabilmente Ci accende nel cuore a servizio delle anime e delle famiglie, a letizia degli occhi e dei cuori.

Più gradita ancora — lasciatecelo dire — Ci è l'attestazione, Signor Cardinale, dell'impegno solenne che tutti insieme i figli di Roma prendono per bocca vostra, di assecondare gli inviti della Santa Madre Chiesa alla fedeltà alle leggi divine ed ecclesiastiche, con prontezza di obbedienza, con generosità di azione, e, quando occorra, anche con nobiltà di sacrificio.

Gli articoli del Sinodo Nostro Romano sono certo copiosi : e riguardano una molteplicità di titoli e di argomenti disposti sopra un raggio dei rapporti più vari, benché attingenti uno stesso principio fondamentale di ordine, di disciplina, di elevazione spirituale e religiosa. A chi li legge, però, uno per uno e anche tutti insieme nel loro complesso con rispetto e con attenzione, essi danno chiarezza e visioni inattese, circa la direzione da darsi alla propria condotta nel servizio di Dio, nel ministero delle anime, e, per i laici, nella cooperazione delle proprie energie alPazione del sacerdozio, che è quanto dire alla vita e santificazione completa della Chiesa, considerata nella sua struttura sociale sino alla perfezione di Corpo mistico di Cristo. Talora, a ricercarne la bellezza e l'intima connessione, più che alcunché di arido e di pesante, rivelano tocchi di elevazione così delicata, da farne risultare come una inaspettata salmodia, che dà chiarezza allo spirito, e quiete e dolcezza al cuore.

Anché l'eccellente latino in cui gli articoli sono redatti contribuisce alla percezione immediata e suadente del loro contenuto.

Tra i salmi del Salterio Davidico che diffondono, nell'anima del recitante il Breviario Domenicale, tanto riposo ed abbandono, è celeberrimo il salmo 118 : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

S. Ambrogio ce ne diede una *esposizione* che è un incanto, un poema grandioso di accordi tra la legge del Signore e la corrispondenza del cristiano perfetto. Leggere e rivedere i vari titoli del Sinodo Nostro, e farci seguire come in sottovoce dalle note che vagamente si intrecciano nel lungo salmo Davidico del mattino domenicale o dei giorni liturgicamen-

[2] Cfr. *2 Cor.* 5, 14.

te più solenni dell'anno ecclesiastico, credete — come Ci piace dirlo non solo a quanti apparteniamo al ceto sacerdotale, ma a tutti i cari Nostri fedeli componenti, secondo le parole di S. Pietro,[3] il *regale sacerdotium,* la *gens sancta,* il *populus acquisitionis* — questo significa gustare veramente la propria appartenenza alla famiglia, alla Chiesa, al mistico Corpo di Cristo.

Il Sinodo dice ordine, armonia, pace e vero godimento, perchè è vera bellezza spirituale di quaggiù, riverbero delle bellezze ineffabili, che ci attendono nelle regioni celesti.

Ed in questa luce di verità, di disciplina, di ordine perfetto, torna l'accordo del trinomio che amiamo sovente ricordare : *lex credendi, lex supplicandi, lex agendi :* legge del credere, legge del pregare, legge del fare.

Questa la regola d'oro della vita cattolica, individuale e collettiva : questa è la fonte di ogni consolazione : la via sicura, lungo la quale il fedele raggiunge sempre le sue mete.

La Chiesa di Cristo è tempio materiale, che si moltiplica dovunque quattro pietre si congiungono per comporre un altare. La Chiesa è soprattutto tempio spirituale, dove ogni cristiano sa di avere il suo posto : sa di averlo, ed è cosciente del suo dovere di tenerlo con onore, con dignità, con garbo. Beato chi comprende queste cose, e si assicura, rispettandole, i beni eterni.

Diletti figliuoli, sacerdoti e laici, cristiani noi siamo e cattolici. Facciamo onore alle nostre origini sacre e alla nostra storia e tradizione religiosa. Sappiamo rinunziare a certe sinuosità del nostro piccolo *io,* in cui amiamo nascondere le deficienze della nostra cultura religiosa, a certe bizzarrie del nostro gusto personale pretenzioso di tutto giudicare, ciò che l'Autorità della S. Chiesa, ricca di secolare esperienza e di materna saggezza, crede opportuno disporre così nei rapporti delle strutture materiali ed esteriori, edifici sacri, riti, devozioni, ma soprattutto nella interpretazione della legge del Signore, segnata nei due Testamenti e nel magistero e ministero vivente del Pastore Universale — per umile che sia la sua persona — vivificato dalla realtà e dalla grazia di una promessa e di una assistenza divina, che nell'ordine della dottrina di fede e di costumi non può fallire. Le alte parole del grande poeta cristiano restano sempre vere per ciò che basta all'universale salvamento

[3] Cfr. *1 Petr.* 2, 9.

dalla piovra di innumerevoli errori, che scorazzano per il mondo e seducono gli incauti :

8 e mala cupidigia altro vi grida
Uomini siate e non pecore matte.[4]

L'invito : siate uomini e non pecore matte, pasciute di vento, diviene ammonimento a generale correzione. Purtroppo in ogni secolo la tentazione fa la prova anche di anime rette, ma facili all'incantesimo dell'errore e del male. Per questo la Chiesa va incontro ai suoi figli in ógni tempo, in forme adatte di richiamo, di ammonimento, di incoraggiamento.

Non diversamente il lungo salmo 118 prende fine. È il riassunto dell'ordinaria vicenda umana che attraversa i secoli. Benedette le nostre anime, esposte anch'esse alla tentazione, ma pronte a rimettersi sul buon cammino.

Ecco, o Signore, — conchiude *il* suo canto il Salmista — le mie vie sono innanzi a Te. Io bramo la mia salvezza da Te, o Signore, poiché la tua legge è la mia meditazione e la mia delizia. Viva l'anima mia e Ti lodi : i tuoi giudizi mi soccorrano. E se io vo errando come pecorella smarrita, cerca il tuo servo : perchè i tuoi precetti non li voglio dimenticare. *Vivat anima mea et laudet Te et decreta tua adiuvent me.*[5]

Venerabili Fratelli; diletti figli!

Questa celebrazione del primo Sinodo Romano fu certo una bella azione. Il Signore benedica a quanti cooperarono al suo successo. La esecuzione delle costituzioni sinodali impegna tutti e ciascuno gli appartenenti al clero Romano : essa vuole essere un avviamento alla celebrazione di portata ben più vasta in riferimento alla Chiesa universale, cioè il Concilio Vaticano Secondo, la cui aspettativa è trepidazione ansiosa di tanti cuori retti e desiderosi del trionfo del regno pacifico di Cristo nel mondo.

La legislazione canonica attuale[6] ci concede dieci anni di fedele esecuzione degli ordinamenti attuali, prima di imporci un altro Sinodo Romano.

Nella gioia del fervore presente, gradite l'augurio che Ci piace mandare innanzi per questi dieci anni di buona attività religiosa, che permetta a tutti i figli di Roma di godere della grande dignità a loro conferita

« *Par.* V, 79-80.
[5] *Ps.* 118, 175.
[6] O. I. O. Lib. II, p. I, c. III : *De Synodo Dioecesana.*

dalla tradizione dei due Principi dell'apostolato Pietro e Paolo, il cui nome è grazia, potenza e gloria della Chiesa universale.

Poiché questo è ciò che costituisce la grandezza dei figli di Roma, più ancora che lo splendore artistico delle basiliche e dei monumenti dei passati secoli, la fedeltà alla tradizione evangèlica, all'insegnamento dei suoi Pontefici, all'esempio dei suoi Santi, che fanno di questa città il punto di convegno e di religiosa esaltazione per quanti qui godono riunirsi dai confini dell'universo.

Maria, *regina Apostolorum, et salus populi Romani,* sia madre e regina propizia e potente ad esaltazione e santificazione del clero, a difesa e a protezione del popolo cristiano di Roma, e del mondo.

Ed ora sciogliamo le labbra e i cuori al solenne *Te Deum* di ringraziamento per il Sinodo Romano compiuto, e per la volontà del clero e del popolo dischiuse a nuovi orizzonti di fervore e di buon apostolato religioso in luce di verità e di santità e di pace.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic lier editati tuae : et rege eos et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus Te.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

SACRIS PRAESULIBUS ET CHRISTIFIDELIBUS CONGI, CUM EA REGIO SUI IURIS ESSE COEPIT.*

Okers Fils de VEtat du Gongo,

Accueillant avec une bienveillance paternelle la demande de vos Evêques, Nous sommes profondément heureux de vous adresser ce Radiomessage à l'occasion de votre indépendance politique et de l'accession de votre noble Pays à la souveraineté. Chaque fois en effet que les événements Nous donnent l'occasion de Nous tourner vers Nos Fils de l'Afrique, Notre cœur se remplit d'une douce joie.

Mais aujourd'hui, en ce 30 juin 1960, c'est tout spécialement à votre intention que Nous prenons la parole, Chers Congolais fiers de votre jeune indépendance. Nous voulons ainsi parfaire le gage de bienveillance que Nous vous avons donné en vous envoyant, pour Nous

***Die 30 Iunii mensis a. 1960.**

représenter, la personne, très chère à Notre cœur et justement appréciée par vous tous, de Notre Vénérable Frère Pierre Sigismondi, Archevêque de Neapolis et Secrétaire de la Sacrée Congrégation *de Propaganda Fide.*

Tout ce que Nous affirmions, il y a peu de temps, au sujet du Continent Africain, Nous l'appliquons maintenant au Peuple Congolais : « Il Nous plaît seulement de vous exprimer... Notre grande satisfaction de voir se réaliser progressivement les accessions à la souveraineté : l'Eglise s'en réjouit et fait confiance à la volonté de ces jeunes Etats de prendre la place qui leur revient dans le concert des Nations ». [1] Sa joie et sa confiance trouvent un motif particulier dans la vitalité de la communauté catholique congolaise. Voilà près de cinq siècles que le Congo a reçu le don, précieux entre tous, de la foi chrétienne ; peu après, son roi Alphonse demanda la baptême et eut à cœur d'envoyer à Notre Prédécesseur Léon X, nouvellement élu, une mission d'hommage dirigée par son propre fils, le prince Henri, que le Pape fit consacrer Evêque et qui rentra dans son pays, accompagné de zélés missionnaires. Après des vicissitudes, la graine, semée alors et lancée à nouveau avec largesse au siècle dernier, produit aujourd'hui des fleurs riches en promesses et des fruits bien doux au cœur du Chef de l'Eglise : ainsi, Nous avons pu, il y a six mois, transformer les territoires de mission en diocèses; le nombre et la qualité du clergé local Nous ont permis de prendre dans ses rangs trois premiers Evêques; les séminaires sont nombreux et remplis; les militants des divers Mouvements de l'Action Catholique se lèvent un peu partout comme une moisson prometteuse. Le culte divin est célébré, Nous le savons, dans toute la beauté de ses rites liturgiques et la majesté de ses chants; les œuvres éducatives, hospitalières et charitables sont très florissantes. Et dans le domaine de la culture religieuse supérieure, Notre Prédécesseur immédiat eut la consolation de procéder a l'érection canonique de l'université « Lovanium » qui répond au besoin urgent de formation des élites congolaises.

Ce sont là pour le Père Commun des fidèles autant de motifs de confiance. Or une nouvelle étape commence pour le Congo : sur un pied d'égalité et dans l'honneur, l'estime et la bonne foi réciproques, va s'engager un dialogue fécond entre votre peuple et la Nation généreuse que les circonstances d'un passé immédiat ont liée à votre destin. Vos représentants en ont manifesté le ferme désir et Nous le constatons avec satisfaction. Une gracieuse coutume de chez vous consiste à

[1] **Nuntius Radioph. christifidelibus Africae datas:** ***A. A. S.,*** **LU (1960), p. 475.**

échanger des cadeaux en signe d'accord : à ceux qui vous ont apporté la foi catholique ou transmis les bienfaits de la civilisation, vous aurez à cœur de donner en retour votre amitié, et de la manifester par une loyale et fructueuse collaboration. Ce faisant, vous montrerez à la fois la grandeur de votre âme, un juste sens des réalités et vous assurerez un bon avenir à votre Patrie.

Mais Nous savons toutes les difficultés du chemin. « Si Dieu ne bâtit la maison, c'est en vain qu'y travaillent les maçons »[2] dit la Sainte Ecriture. C'est pourquoi Nous vous demandons instamment d'unir vos prières à la Nôtre et de supplier Dieu, Maître tout puissant des peuples, de protéger le Congo. Que les fidèles, les familles, les paroisses fassent donc monter vers le Ciel de ferventes supplications! Que les enfants dans les écoles, les malades dans les hôpitaux, les âmes consacrées dans leurs monastères prient généreusement pour le Congo, pour l'instauration d'une véritable vie civique et politique, pour l'union et la fécondité des familles, pour le bonheur de chacun et pour l'éloignement de tout mal ! Que Dieu étende toujours davantage la foi dans les âmes congolaises en sorte que le seul et unique Sauveur, Jésus, soit connu et aimé; ce Jésus, « en dehors duquel il n'y a pas de salut »,[3] qui se continue dans l'Eglise catholique, et qui appelle à la vie éternelle tous les hommes sans distinction aucune.

Vous prierez enfin pour que l'union de votre Peuple demeure et se consolide. Lorsque Nous conférions de Nos mains la consécration episcopale à un fils très aimé du Congo, Notre Vénérable frère Joseph Busimba, Evêque de Goma, Nous avons prononcé sur sa personne l'invocation suggestive : *Accipe Spiritum Sanctum* — Reçois le Saint-Esprit ; Nous vous disons de même : recevez l'esprit de sagesse et d'intelligence, l'esprit de conseil et de force, l'esprit de piété.

Et maintenant Nous voulons adresser à Nos Frères les Evêques et à Nos Fils les prêtres une parole d'encouragement dans la langue traditionnelle de l'Eglise Latine, avant de vous donner à tous Notre Bénédiction.

« Quam pulchri super montes pedes adnuntiantis et praedicantis pacem, adnuntiantis bonum, praedicantis salutem, dicentis Sion : Regnabit Deus tuus ! ».[4]

[2] *Ps.* 126, 1.
[3] *Act.* 4, 12.
[4] *Is.* 52, 7.

Haec suavissimo solacii verba ad vos pertinent, Venerabiles Fratres et dilecti filii, qui, singulari Christi caritate moti, plures annos in istis regionibus desudatis, ut eas pacis bonis salutisque divitiis donetis.

Paterno animo vos alloquimur, gregum istorum Antistites ac Pastores, quos « Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo ».[5] Consalutamus pariter utriusque cleri paciferas militias, quae inenarrabili sollicitudine praegravibus sacris muneribus alacri vos devovendi studio perquam probandi fungimini! Ac vos potissimum caritate prosequimur, autochthoni cleri innumera laetaque germina, futurae Ecclesiae prosperitatis secura spes columenque firmissimum !

Vos omnes publica sollemnique gratulatione honestamus, utpote qui, fraterno foedere coniunctis laboribus, optime de Sancta mereamini Ecclesia, eamque perpetua stabilitate mansuram tueamini.

Pergite, Venerabiles Fratres et dilecti filii, mutuam adiutricem consociare operam. Pergite fortiter incepta persequi fortius, ut in terra ista, Deo tot nominibus cara, Evangelii lex altiores usque radices agat, quae numquam evellantur. *Regnabit Deus tuus!*

Id postulat hodiernae laetitiae eventus, id patriae istius haud defectura tranquillitas requirit. Ubi enim mansuetus hominum rex Christus colitur, ibi domestica viget concordia, mores integri floreñt, divinae humanaeque leges servantur castissime, omniumque ordinum cives alta pace fruuntur.

Haec vobis ominamur, ut cum populo vestro omnibus semper secundis ac prosperis rebus abundetis.

Confiant donc à Dieu toutes vos intentions par P intercession de la très douce et pure Vierge Marie, Mère de Dieu et Notre Mère, ainsi que par celle du glorieux Apôtre Paul que Nous fêtons aujourd'hui, Nous vous accordons de grand cœur, en gage des faveurs divines que Nous appelons en une large effusion sur votre Pays, une paternelle Bénédiction Apostolique.

[5] *Act.* 20, 28.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die SO Aprilis I960. — Titulari episcopali Ecclesiae Cidramenae R. D. Anastasium Granados García, canonicum Capituli metropolitani et Cancellarium Curiae archiepiscopalis Toletanae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Henrici S. R. E. Cardinalis Pia et Deniel, Archiepiscopi Toletani.

die 5 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Iosephi in Costarica R. P. D. Carolum Humbertum Rodríguez et Quirós, e clero eiusdem archidioecesis, Antistitem Urbanum.

die 6 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Bucaramanguensi R. D. Hectorem Rueda Hernández, Cancellarium Curiae dioecesis Succursensis et Sancti Aegidii.

die 10 Maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippopolitanae in Thracia Exc. P. D. Aemilium Arsenium Blanchet, hactenus Episcopum titularem Leriensem.

die 18 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Garrianensi R. D. Georgium Giraldo, sodalem Congregationis Iesus et Mariae, rectorem Seminarii dioecesis Pastopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Aemilii Botero González, Episcopi Pastopolitani.

die 23 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Barcinonensi in Venezuela R. D. Angelum Pérez Cisneros, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, parochum in oppido vulgo Los Teques, intra fines archidioeceseos Caracensis.

die 10 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mustitanae R. D. Vincentium Aducci, parochum oppidi vulgo Olavarria in dioecesi Azulensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Anunciati Serafini, Episcopi Mercedensis.

die 15 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Parentinae et Polensi, Exc. P. D. Carolum Nezic, hactenus Episcopum titularem Pomariensem.

—[1] Cathedrali Ecclesiae Lavantinae, Exc. P. D. Maximilianum Drzecnik, hactenus Episcopum titularem Abrittenum.

die 23 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bybliensi R. D. Stephanum Dèsmazières, parochum ad S. Ioannis Baptistae in civitate vulgo Roubaix, dioecesis Insulensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Pauli Mariae S. R. E. Cardinalis Richaud, Archiepiscopi Burdigalensis.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Altunensi-Iohnstoniensi Exc. P. D. Iosephum Carroll McCormick, hactenus Episcopum titularem Ruspensem.

-r- Abbatiae « nullius dioecesis » S. Petri apud Muenster R. P. Hieronymum Ferdinandum Weber, e Congregatione Americana Casinensi O. S. B.

die 27 Iunii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Phullitanae, Exc. P. D. Gulielmum Mariam Mutsaerts, hactenus Episcopum Buscoducensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cypselensi, Exc. P. D. Ioannem Petrum Huibers, hactenus Episcopum Harlemensem.

die 2 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sitensi, R. D. Iacobum Ward, Vicarium Generalem archidioecesis Glasguensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Donaldi Alfonsi Campbell, Archiepiscopi Glasguensis.

II

PADERBORNENSIS - MONASTERIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Concrediti gregis spirituali bono apprime studentes, Exdmi PP. DD. Laurentius Jaeger, Archiepiscopus Paderbornensis, et Michael Keller, Episcopus Monasteriensis, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut suarum dioecesium fines aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Emi ac Revmi D. Aloisii Iosephi S. R. E. Cardinalis Muench, iam in Germania Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationes aeternae animarum saluti cessuras, vigore specialium facultatum sibi a S Simo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia PP. XXIII tributarum, oblatis precibus annuere dignata est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto :

1. ab archidioecesi Paderbornensi separat partem territorii municipiorum quae vulgo appellantur *Henrichenburg* et *RecJclinghausen* et exstat sub iurisdictione Archiepiscopi Paderbornensis, illamque perpetuo adnectit dioecesi Monasteriensi, ita ut integra territoria praedictorum municipiorum *Henrichenburg* et *RecJclinghausen,* prouti nunc lege civili circumscribuntur, ad dioecesim Monasteriensem pertineant;

2. vicissim a dioecesi Monasteriensi distrahit partem territorii municipiorum vulgo nuncupatorum *Castrop-Rauxel* et *Herne,* quae est sub iurisdictione Episcopi Monasteriensis, illamque perpetuo adsighat archidioecesi Paderbornensi, ita ut integra territoria praedictorum municipiorum *Castrop-Rauxel* et *Herne,* prouti nunc lege civili terminantur, ad archidioecesim Paderbornensem pertineant.


c) festum Ssmae Trinitatis, celebrandum dominica prima post Pen tecosten ;

d) festum D. N. Iesu. Christi Regis, celebrandum dominica ultima mensis octobris ;

e) festa Domini I classis quae, in calendariis particularibus, dominicae II classis nunc assignantur.

Haec festa locum tenent dominicae occurrentis cum omnibus iuribus et privilegiis : de dominica, proinde, nulla fit commemoratio.

18. Dominicae post Epiphaniam quae, superveniente Septuagesima, impediuntur, transferuntur post dominicam XXIII post Pentecosten, hoc ordine :

a) si dominicae post Pentecosten fuerint 25, dominica XXIV erit quae inscribitur dominica VI post Epiphaniam;

b) si dominicae fuerint 26, dominica XXIV erit quae inscribitur V post Epiphaniam ; et XXV, quae inscribitur VI ;

c) si dominicae fuerint 27, dominica XXIV erit quae inscribitur IV post Epiphaniam; XXV, quae inscribitur V; et XXVI, quae inscribitur VI ;

d) si dominicae fuerint 28, dominica XXIV erit quae inscribitur III post Epiphaniam; XXV, quae inscribitur IV; XXVI, quae inscribitur V ; et XVII, quae inscribitur VI.

Ultimo tamen loco semper ponitur ea quae in ordine est XXIV post Pentecosten, omissis, si opus sit, ceteris, quae aliquando locum habere non possunt.

19. Dominica prima mensis ea intellegitur, quae prima occurrit in mense, scilicet a die primo ad septimum mensis; dominica autem ultima, quae diem primum mensis sequentis proxime praecedit.

Item ad computandam primam dominicam mensium augusti, septembris, octobris et novembris, ratione lectionum Scripturae occurrentis, ea dicitur prima dominica mensis, quae cadit a die primo ad septimum mensis.

20. Dominica I Adventus ea est, quae cadit die 30 novembris vel est ipsi proximior.

CAPUT IV

DE FERIIS

21. Nomine feriae intelleguntur singuli dies hebdomadae, praeter dominicam.

22. Feriae sunt primae, secundae, tertiae aut quartae classis.

23. ***Feriae I classis*** sunt :

a) feria IV cinerum ;

b) omnes feriae Hebdomadae sanctae.

Hae feriae festis quibuslibet praeferuntur, et nullam admittunt commemorationem, nisi unam privilegiatam.

24. ***.Feriae II classis*** sunt :

a) feriae Adventus a die 17 ad diem 23 decembris ;

b) feriae Quatuor Temporum Adventus, Quadragesimae et mensis septembris.

Hae feriae praeferuntur festis particularibus II classis; si vero impediuntur, commemorari debent.

25. ***Feriae III classis*** sunt :

a) feriae Quadragesimae et Passionis, a feria V post cineres usque ad sabbatum ante dominicam II Passionis inclusive, superius non nominatae, quae praeferuntur festis III classis;

b) feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, superius non nominatae, quae cedunt festis III classis.

Hae feriae, si impediuntur, commemorari debent.

26. Omnes feriae, numeris 23-25 non nominatae, sunt ***feriae IV classis;*** quae, si impediuntur, numquam commemorantur.

27. Officium feriae incipit a Matutino et explicit per se post Completorium ; Officium vero sabbati, excepto Officio sabbati sancti, explicit post Nonam.

CAPUT V
DE VIGILIIS

28. Nomine vigiliae intellegitur dies liturgicus, qui aliquod festum praecedit, et rationem habet praeparationis ad illud.

Vigilia Paschatis vero, cum non sit dies liturgicus, modo sibi proprio, seu pervigilio, celebratur.

29. Vigiliae sunt primae, secundae aut tertiae classis.

30. ***Vigiliae I classis*** sunt :

a) vigilia Nativitatis Domini quae, in occurrentia, locum tenet dominicae IV Adventus, de qua, proinde, milia fit commemoratio;

b) vigilia Pentecostes.

Hae vigiliae festis quibuslibet praeferuntur, et nullam admittunt commemorationem.

31. ***Vigiliae II classis*** sunt :

a) vigilia Ascensionis Domini;

b) vigilia Assumptionis B. Mariae Virg. ;

c) vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistae;

d) vigilia Ss. Petri et Pauli Apostolorum.

Hae vigiliae praeferuntur diebus liturgicis III et IV classis; et, si impediuntur, commemorantur, iuxta rubricas.

32. ***Vigilia III classis*** est vigilia S. Laurentii.

Haec vigilia praefertur diebus liturgicis IV classis ; et, si impeditur, commemoratur, iuxta rubricas.

33. Vigilia II aut III classis penitus omittitur, si occurrat in dominica quavis, aut in festo I classis, vel si festum cui praemittitur in alium diem transferri aut ad commemorationem reduci contingat.

34. Oflicium vigiliae incipit a Matutino et explicit quando initium habet Officium festi subsequentis.

CAPUT VI
DE FESTIS ET CALENDARIO

A) ***De natura et proprietate festorum***

35. Nomine festi intellegitur dies liturgicus in quo cultus publicus Ecclesiae peculiari modo ad mysteria Domini recolenda, vel ad B. Mariam Virg., aut Angelos, aut Sanctos vel Beatos venerandos dirigitur.

36. Festa sunt primae, secundae aut tertiae classis.

37. Ratio celebrationis festorum haec est :

a) festa I classis inter dies solemniores adnumerantur, quorum Officium incipit a I Vesperis, die praecedenti;

b) festa II et III classis Officium habent quod per se decurrit a Matutino ad Completorium ipsius diei;

c) festa vero Domini II classis I Vesperas acquirunt, quoties, in occurrentia, locum tenent dominicae II classis.

38. ***Festa*** sunt ***universalia*** aut ***particularia;*** particularia autem sunt ***propria*** aut ***indulta.***

39. Festa ***universalia*** ea sunt quae a Sancta Sede in calendario Ecclesiae universae inscribuntur.

Haec festa ab omnibus, qui ritum romanum sequuntur, celebrari debent, iuxta rubricas.

40. Festa ***particularia*** ea sunt quae ex iure aut ex indulto Sanctae Sedis in calendariis particularibus inscribuntur.

Haec festa ab omnibus, qui illo calendario tenentur, celebrari debent, iuxta rubricas, et nonnisi ex speciali Sanctae Sedis indulto e calendario expungi vel gradu mutari possunt.

41. Festa particularia, ***ipso iure*** in calendario inscribenda, sunt festa propria :

a) cuiusque nationis et regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis (n. 42) ;

b) cuiusque dioecesis seu territorii ecclesiastici cui praeficitur ((Ordinarius loci » (n. 43) ;

c) cuiusque loci seu oppidi vel civitatis (n. 44) ;

d) cuiusque ecclesiae aut oratorii publici vel semipublici, quod locum tenet ecclesiae (n. 45) ;

e) cuiusque Ordinis seu Congregationis (n. 46).

42. ***Festa propria cuiusque nationis et regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis*** sunt :

a) festum Patroni principalis rite constituti (I classis) ;

b) festum Patroni secundarii rite constituti (II classis).

43. ***Festa propria cuiusque dioecesis seu territorii ecclesiastici cui praeficitur ((Ordinarius loci*** » sunt :

a) festum Patroni principalis rite constituti (I classis) ;

b) anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis (I classis) ;

c) festum Patroni secundarii rite constituti (II classis) ;

d) festa Sanctorum et Beatorum, qui in Martyrologio vel eius Appendice rite sunt inscripti, qui ad dioecesim peculiares habent relationes, ut sunt originis, commorationis longioris, obitus (II vel III classis, aut commemoratio).

44. ***Festa propria cuiusque loci seu oppidi vel civitatis*** sunt :

a) festum Patroni principalis rite constituti (I classis) ;

b) festum Patroni secundarii rite constituti (II classis).

45. ***Festa propria cuiusque ecclesiae aut oratorii publici vel semipublici, quod locum tenet ecclesiae,*** sunt :

a) anniversarium Dedicationis, si sint consecrata (I classis) ;

b) festum Tituli, si sint consecrata aut saltem solemniter benedicta (I classis) ;

c) festum Sancti, in Martyrologio vel eius Appendice rite descripti, cuius corpus ibi asservatur (II classis) ;

d) festum Beati, item in Martyrologio vel eius Appendice rite descripti, cuius corpus ibi asservatur (III classis).

46. ***Festa propria cuiusque Ordinis seu Congregationis*** sunt :

a) festum Tituli (I classis) ;

b) festum Fundatoris canonizati (I classis) vel beatificati (II cl.) ;

c) festum Patroni principalis rite constituti totius Ordinis seu Congregationis, in universo Ordine vel Congregatione ; aut Patroni principalis item rite, constituti cuiusque provinciae religiosae, in singulis provinciis (I classis) ;

d) festum Patroni secundarii, ut supra (II classis);

e) festa Sanctorum et Beatorum, qui illius Ordinis vel Congregationis sodales fuerunt (II vel III classis, aut commemoratio).

47. Festa particularia ***indulta*** sunt festa quae, ex indulto Sanctae Sedis, in calendariis particularibus inscribuntur.

B) ***De calendario et festis in eo inscribendis***

48. Calendarium est ***universale*** aut ***particulare*** seu proprium.

49. ***Calendarium universale*** est calendarium in usum Ecclesiae universae, quod Breviario ac Missali romano praeficitur.

50. ***Calendarium particulare*** seu proprium est dioecesanum aut religiosum ; et conficitur inserendo calendario universali festa particularia.

Huiusmodi autem calendarium particulare perpetuum conficiendum est respective ab Ordinario loci aut a supremo Religionis Moderatore de consilio sui Capituli vel Consilii generalis, et approbari debet a S. Rituum Congregatione.

51. ***Calendarium dioecesanum*** habet quaelibet dioecesis et quodlibet aliud territorium ecclesiasticum cui praeficitur « Ordinarius loci ».

52. In i calendario ***dioecesano,*** praeter festa universalia, inscribi debent :

a) festa propria (n. 42) et indulta universae nationi et regioni seu provinciae sive ecclesiasticae sive civili;

1)) festa propria (n. 43) et indulta universae dioecesi.

53. Super huiusmodi calendario ***dioecesano*** conficitur:

a) calendarium cuiusque loci, addendo festa propria (n. 44) et indulta ;

b) calendarium cuiusque ecclesiae aut oratorii, item addendo festa loci propria (n. 44) et indulta, atque festa ipsi ecclesiae propria (n. 45) et indulta ;

c) calendarium Congregationum religiosarum seu Institutorum iuris pontificii, quae ad recitationem divini Officii non obligantur; et Congregationum iuris dioecesani, addendo festa loci propria (n. 44) et indulta; necnon et alia ipsis propria (nn. 45 et 46) et indulta.

54. ***Calendarium religiosum*** habent :

a) Ordines regulares, et Moniales ac Sorores eiusdem Ordinis, necnon Tertiarii eidem aggregati in communi viventes et vota simplicia emittentes ;

b) Congregationes religiosae seu Instituta utriusque sexus, iuris pontificii, et sub regimine unius praesidis generalis constituta, si ad recitationem divini Officii, ex quovis capite, tenentur.

55. In calendario ***religioso,*** praeter festa universalia, inscribi debent festa propria (n. 46) et indulta ipsi Ordini seu Congregationi.

56. Super huiusmodi calendario ***religioso*** conficitur :

a) calendarium cuiusque provinciae religiosae, addendo festa propria (n. 46) et indulta;

b) calendarium cuiusque ecclesiae aut oratorii, item addendo festa propria (n. 45) et indulta, necnon et alia de quibus numero sequenti : quod calendarium vocatur etiam domus religiosae.

57. In singulis dioecesibus et locis, Religiosi, ii etiam qui alium ritum ac romanum sequuntur, celebrare tenentur, una cum clero dioecesano :

a) festum Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, loci seu oppidi vel civitatis (I classis) ;

b) anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis (I classis) ;

c) alia festa actu feriata, si quae sint, eodem gradu quo in calendario dioecesano inscribuntur.

58. Religiosi, in celebrandis festis Sanctorum Ordinis seu Congregationis, quoad diem et Officium magis proprium, clero dioecesano se conformare tenentur, sicubi iidem Sancti tamquam Patroni principales (n. 57 ***a)*** recoluntur.

Item, si festa Sanctorum aut Beatorum alicuius Ordinis seu Congregationis gradu superiore aut Officio magis proprio a clero alicuius dioecesis vel loci celebrantur, ibidem etiam a Religiosis eiusdem Ordinis seu Congregationis eodem gradu superiore aut Officio magis proprio celebrari possunt, dummodo eadem festa, in utroque calendario, eodem die inscripta sint.

C) ***De festorum die proprio***

59. Festa in calendaria iam inducta eo die celebrentur, quo nunc in calendariis inscripta inveniuntur.

60. Pro novis festis ***universalibus*** inducendis, haec serventur :

a) festa Sanctorum ordinarie diei natalicio assignentur, diei nempe quo Sanctus aeternae vitae natus est; hoc die ex qualibet causa impedito, eadem festa assignentur diei a S. Sede determinando, qui proinde habebitur tamquam dies quasi-natalicius ;

b) pro ceteris festis, dies a S. Sede assignabitur.

61. Pro novis festis ***particularibus*** inducendis, haec serventur :

a) festa propria Sanctorum vel Beatorum, ordinarie, diei natalicio assignentur, nisi sit impeditus aut aliter a S. Sede dispositum sit. Festa tamen alicuius loci vel ecclesiae propria, quae etiam in calendario universali vel dioecesano vel religioso gradu quidem inferiore inscribuntur, eodem die celebranda sunt ac in calendario universali vel dioecesano vel religioso ;

b) si dies natalicius ignoretur, festa assignentur, cum approbatione S. Sedis, diei qui, in calendario perpetuo dioecesano vel religioso, sit IV classis ;

c) si vero dies natalicius perpetuo impediatur pro universa dioecesi vel Religione vel ecclesia propria, festa in tali calendario particulari, si sint I vel II classis, assignentur proximiori diei sequenti qui non sit I vel II classis; si sint III classis, assignentur proximiori diei, qui ab aliis festis et Officiis paris aut superioris gradus liber exsistat;

d) festa particularia indulta inscribantur in calendario die a S. Sede in concessione assignato.

62. Sancti vel Beati qui in calendario, ex quavis ratione, unico festo inscribuntur, semper simul celebrantur prout in Breviario habetur, quoties eodem gradu sunt colendi, etsi unus aut aliqui eorum sint magis proprii.

Proinde :

a) si unus aut aliqui ex his Sanctis festo I classis essent colendi, fit Officium de his tantum, omissis sociis;

b) si unus aut aliqui ex his Sanctis vel Beatis essent magis proprii et gradu superiore essent colendi, fit integrum Officium de magis propriis, cum commemoratione sociorum. /

CAPUT VII
DE OCTAVIS

A) *De octavis in genere*

63. Octava est celebratio summorum festorum per octo dies continuos protracta.

64. Celebrantur tantum octavae Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, exclusis omnibus aliis, sive in calendario universali sive in calendariis particularibus.

65. Octavae sunt I aut II classis.

B) *De octavis I classis*

66. Octavae I classis sunt octavae Paschatis et Pentecostes. Dies infra has octavas sunt I classis.

C) *De octava II classis*

67. Octava II classis est octava Nativitatis Domini. Dies infra octavam sunt II classis ; dies autem octavus est I classis.

68. Octava Nativitatis Domini modo peculiari ordinatur, scilicet :

a) die 26 decembris, fit festum S. Stephani Protomart. (II classis) ;

b) die 27 decembris, fit festum S. Ioannis Ap. et Evang. (II classis) ;

c) die 28 decembris, fit festum Ss. Innocentium Mart. (II classis) ;

d) die 29 decembris, fit commemoratio S. Thomae Episcopi et Mart. ;

e) die 31 decembris, fit commemoratio S. Silvestri I Papae et Conf. ;

f) ex festis particularibus ea tantum admittuntur quae sunt I classis et in honorem Sanctorum qui in calendario universali his diebus inscribuntur, etsi tantum ad modum commemorationis ; cetera transferuntur post octavam.

69. De dominica infra octavam Nativitatis Domini, quae scilicet a die 26 ad 31 decembris occurrit, semper fit Officium cum commemoratione festi forte occurrentis, iuxta rubricas, nisi dominica incidat in festum I classis : quo in casu, fit de festo cum commemoratione dominicae.

70. Normae peculiares pro ordinandis Officio et Missa infra octavam Nativitatis Domini inveniuntur in rubricis Breviarii et Missalis.

CAPUT VIII

DE ANNI TEMPORIBUS

A) *De tempore Adventus*

71. Tempus sacri Adventus decurrit a I Vesperis dominicae I Adventus usque ad Nonam inclusive vigiliae Nativitatis Domini.

B) *De tempore natalicio*

72. Tempus natalicium decurrit a I Vesperis Nativitatis Domini usque ad diem 13 ianuarii inclusive.

Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit :

a) tempus Nativitatis, quod decurrit a I Vesperis Nativitatis Domini usque ad Nonam inclusive diei 5 ianuarii;

b) tempus Epiphaniae, quod decurrit a I Vesperis Epiphaniae Domini usque ad diem 13 ianuarii inclusive.

C) *De tempore Septuagesimae*

73. Tempus Septuagesimae decurrit a I Vesperis dominicae in Septuagesima usque post Completorium feriae III hebdomadae Quinquagesimae.

D) *De tempore quadragesimali*

74. Tempus quadragesimale decurrit a Matutino feriae IV cinerum usque ad Missam Vigiliae paschalis exclusive.

Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit :

a) tempus Quadragesimae, quod decurrit a Matutino feriae IV cinerum usque ad Nonam inclusive sabbati ante dominicam I Passionis ;

b) tempus Passionis, quod decurrit a I Vesperis dominicae I Passionis usque ad Missam Vigiliae paschalis exclusive.

75. Hebdomada a dominica II Passionis seu in palmis usque ad Sabbatum sanctum inclusive dicitur ***Hebdomada sancta;*** tres autem ultimi dies eiusdem hebdomadae nomine ***Tridui sacri*** designantur.

. E) *De tempore paschali*

76. Tempus paschale decurrit ab initio Missae Vigiliae paschalis usque ad Nonam inclusive sabbati in octava Pentecostes.

Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit :

a) tempus Paschatis, quod decurrit ab initio Missae Vigiliae paschalis usque ad Nonam inclusive vigiliae Ascensionis Domini ;

b) tempus Ascensionis, quod decurrit a I Vesperis Ascensionis Domini usque ad Nonam inclusive vigiliae Pentecostes ;

c) octavam Pentecostes, quae decurrit a Missa vigiliae Pentecostes usque ad Nonam inclusive sabbati sequentis.

F) *De tempore ((per annum »*

77. Tempus « per annum » decurrit a die 14 ianuarii usque ad Nonam sabbati ante dominicam in Septuagesimo, et a I Vesperis festi Ssmae Trinitatis, id est dominicae I post Pentecosten, usque ad Nonam inclusive sabbati ante dominicam I Adventus.

CAPUT IX

DE SANCTA MARIA IN SABBATO

78. In sabbatis, in quibus occurrit Officium de feria IV classis, fit de sancta Maria in sabbato.

79. Officium sanctae Mariae in sabbato incipit a Matutino et explicit post Nonam.

CAPUT X

DE LITANIIS MAIORIBUS ET MINORIBUS

A) *De Litaniis maioribus*

80. Litaniae maiores assignatae sunt diei 25 aprilis; si vero eo die occurrit dominica Paschatis vel feria II post Pascha, transferuntur in sequentem feriam III.

81. De Litaniis maioribus nihil fit in Officio, sed tantum in Missa. Earum autem commemoratio non est habenda commemoratio « de Tempore ».

82. Iuxta ecclesiarum et locorum condiciones et consuetudines, cuius rei iudex est Ordinarius loci, hoc die fit processio, in qua dicuntur Litaniae Sanctorum (quae tamen non duplicantur) cum suis precibus.

83. Si autem processio fieri nequit, locorum Ordinarii instituant peculiares supplicationes, in quibus dicantur Litaniae Sanctorum et aliae preces in processione fieri solitae.

84. Omnes qui ad recitationem divini Officii obligantur, processioni vero aut aliis peculiaribus supplicationibus, de quibus numero praecedenti, non intersunt, tenentur dicere, hoc die, Litanias Sanctorum cum suis precibus, lingua latina.

85. Si Litaniae Sanctorum cum suis precibus, iuxta locorum consuetudinem, in processione vel aliis peculiaribus supplicationibus, lingua vernacula, una cum fidelibus dicuntur, ii qui ad recitationem divini Officii obligantur, et his supplicationibus rite intersunt, non tenentur has preces lingua latina iterare.

86. Missa de Rogationibus regulariter dicenda est expleta processione, iuxta ea quae in nn. 346-347 statuuntur. Convenit autem ut Missa de Rogationibus dicatur etiam post peculiares supplicationes, quae locum tenent processionis, etsi horis vespertinis peragantur.

B) *De Litaniis minoribus seu de Rogationibus*

87. Litaniae minores seu Rogationes, per se, assignantur feriis II, III et IV ante festum Ascensionis Domini.

Ordinariis autem locorum facultas tribuitur eas transferendi ad alios

tres dies continuos magis opportunos iuxta regionum diversitatem aut consuetudinem aut necessitatem.

88. De Litaniis minoribus nihil fit in Officio, sed tantum in Missa quae connectitur cum processione aut aliis peculiaribus supplicationibus.

89. Ad processionem aut alias peculiares supplicationes et Missam aut commemorationem quod attinet, serventur quae supra de Litaniis maioribus statuta sunt (nn. 81-83 et 86).

90. Litaniae Sanctorum cum suis precibus, his diebus, dicuntur tantum in processione aut aliis supplicationibus (cfr. n. 85). Proinde, qui ad recitationem divini Officii obligantur, processioni vero aut aliis peculiaribus supplicationibus non. intersunt, non tenentur dicere, his diebus, Litanias Sanctorum cum suis precibus.

CAPUT XI

DE PRAECEDENTIA DIERUM LITURGICORUM

91. Praecedentia dierum liturgicorum, sublatis quibuslibet aliis titulis vel normis, unice regitur ex sequenti

TABELLA DIERUM LITURGICORUM
SECUNDUM ORDINEM PRAECEDENTIAE DISPOSITA

Dies liturgici I classis

1. Festum Nativitatis Domini, dominica Resurrectionis et dominica Pentecostes (I classis cum octava).
2. Triduum sacrum.
3. Festa Epiphaniae et Ascensionis Domini, Ssmae Trinitatis, Corporis Christi, Cordis Iesu et Christi Regis.
4. Festa Immaculatae Conceptionis et Assumptionis B. Mariae Virg.
5. Vigilia et dies octavus Nativitatis Domini.
6. Dominicae Adventus, Quadragesimae et Passionis, et dominica in albis.
7. Feriae I classis superius non nominatae, nempe : IV cinerum et II, III et IV Hebdomadae sanctae.
8. Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, quae tamen locum cedit dominicae occurrente
9. Vigilia Pentecostes.

10. Dies infra octavas Paschatis et Pentecostes.
11. Festa I classis Ecclesiae universae superius non nominata.
12. Festa I classis ***propria,*** nempe :
    1) Festum Patroni principalis rite constituti : ***a)*** nationis, ***b)*** regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, ***c)*** dioecesis.
    2) Anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis.
    3) Festum Patroni principalis rite constituti loci seu oppidi vel civitatis.
    4) Festum et anniversarium Dedicationis ecclesiae propriae, aut oratorii publici vel semipublici, quod locum tenet ecclesiae.
    5) Titulus ecclesiae propriae.
    6) Festum Tituli Ordinis seu Congregationis.
    7) Festum Fundatoris canonizati Ordinis seu Congregationis.
    S) Festum Patroni principalis rite constituti Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae.
13. Festa ***indulta*** I classis, primum mobilia, deinde fixa.

Dies liturgici II classis

14. Festa Domini II classis, primum mobilia, deinde fixa.
15. Dominicae II classis.
16. Festa II classis Ecclesiae universae, quae non sunt Domini.
17. Dies infra octavam Nativitatis Domini.
18. Feriae II classis, nempe : Adventus a die 17 ad diem 23 decembris inclusive, et feriae Quatuor Temporum Adventus, Quadragesimae et mensis septembris.
19. Festa ***propria*** II classis, nempe:
    1) Festum Patroni secundarii rite constituti : ***a)*** nationis, ***b)*** regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, c) dioecesis, ***d)*** loci seu oppidi vel civitatis.
    2) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 43 ***d.***
    3) Festa Sanctorum alicui ecclesiae propria (n. 45 ***c).***
    4) Festum Fundatoris beatificati Ordinis seu Congregationis (n. 46 ***b).***
    5) Festum Patroni secundarii rite constituti Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae (n. 46 ***d).***
    6) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 46 e.
20. Festa ***indulta*** II classis, primum mobilia, deinde fixa.
21. Vigiliae II classis.

Dies liturgici III classis

22. Feriae Quadragesimae et Passionis, a feria V post cineres usque ad sabbatum ante dominicam II Passionis inclusive, exceptis feriis Quatuor Temporum.

23. Festa III classis, in calendariis particularibus inscripta, et quidem primum festa ***propria,*** nempe :
    1) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 43 ***d.***
    2) Festa Beatorum alicui ecclesiae propria (n. 45 ***d).***
    3) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 46 ***e*** ; deinde festa ***indulta,*** primum mobilia, deinde fixa.

24. Festa III classis, in calendario Ecclesiae universae inscripta, primum mobilia, deinde fixa.

25. Feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, exceptis feriis Quatuor Temporum.

26. Vigilia III classis.

Dies liturgici IV classis

27. Officium sanctae Mariae in sabbato.

28. Feriae IV classis.

CAPUT XII

DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA

92. ***Occurrentia*** dicitur occursus duorum vel plurium Officiorum uno eodemque die.

Occurrentia autem dicitur ***accidentalis,*** quando dies liturgicus mobilis et dies liturgicus fixus certis solummodo annorum intervallis simul occurrunt; ***perpetua*** vero quando duo dies liturgici quotannis simul occurrunt.

93. Effectus occurrentiae est, ut Officium diei liturgici gradus inferioris Officio gradus superioris cedat : quod fieri potest per minus nobilis omissionem, aut commemorationem, aut translationem, aut repositionem, prout numeris sequentibus indicatur.

94. Commemoratio die fixo statuta non transfertur vel reponitur cum festo fcransferendo vel reponendo, sed fit suo die vel omittitur, iuxta rubricas.

CAPUT XIII

DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA ACCIDENTALI EORUMQUE TRANSLATIONE

05. Ius translationis in alium diem ob occurrentiam accidentalem cum die liturgico, qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, competit solummodo festis I classis. Alia festa, ab Officio gradus superioris accidentaliter impedita, aut commemorantur aut, eo anno, penitus omittuntur, iuxta rubricas.

Si vero duo festa eiusdem Divinae Personae aut duo festa eiusdem Sancti vel Beati simul occurrunt, .fit de festo, quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, et aliud omittitur.

96. Festum I classis impeditum a die qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, transfertur in proximum sequentem diem qui non sit I vel II classis.

Attamen :

a) festum Annuntiationis B. Mariae Virg., quando est transferendum post Pascha, transfertur, tamquam in sedem propriam, in feriam II post dominicam in albis ;

b) Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, quando occurrit cum dominica, transfertur, tamquam in sedem propriam, in feriam II sequentem.

97. Si ***eodem die*** plura festa I classis simul occurrant, ipso die celebratur festum, quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum ; et alia transferuntur secundum ordinem quo in eadem tabella praecedentiae inscripta sunt.

98. Item, si plura festa I classis transferri contingat, quae ***diebus subsequentibus*** occurrunt, servetur ordo quo in tabella praecedentiae inscribuntur ; in paritate autem Officium prius impeditum praecedit.

99. Festa translata sunt eiusdem gradus ac in sede propria.

CAPUT XIV

DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA PERPETUA EORUMQUE REPOSITIONE

100. Ius repositionis in alium diem, ob occurrentiam perpetuam cum die liturgico, qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, competit omnibus festis I et II classis, necnon festis particularibus III classis extra Adventum et Quadragesimam occurrentibus, quae in tota dioecesi vel in toto Ordine seu Congregatione vel in propria ecclesia impediuntur.

Festa autem III classis Ecclesiae universae, in aliquo calendario particulari, et festa III classis dioeceseos vel Ordinis seu Congregationis, in aliquibus tantum ecclesiis perpetuo impedita, perpetuo aut commemorantur aut penitus omittuntur, iuxta rubricas.

101. Festa reponenda, si sint I vel II classis, assignentur proximiori diei sequenti qui non sit I vel II classis ; si sint III classis, assignentur proximiori diei sequenti, qui ab aliis Officiis paris aut superioris gradus liber exsistat.

102. Dies in quem festa perpetuo impedita reposita sunt, habetur tamquam dies proprius, in quo festum repositum celebratur sub eodem gradu ac in sede propria.

CAPUT XV

DE CONCURRENTIA DIERUM LITURGICORUM

103. Concurrentia dicitur concursus Vesperarum diei liturgici currentis cum I Vesperis diei liturgici subsequentis.

104. In concurrentia praeferuntur Vesperae diei liturgici classis superioris, et alterae commemorantur vel non, iuxta rubricas.

105. Quando vero dies liturgici, quorum Vesperae concurrunt, sunt eiusdem classis, dicuntur integrae secundae Vesperae de Officio curenti et fit commemoratio sequentis, iuxta rubricas.

CAPUT XVI.

DE COMMEMORATIO^J.BUS

106. Quae hic de commemorationibus statuuntur, valent tam pro Missa quam pro Officio, sive in occurrentia sive in concurrentia.

107. Commemorationes sunt aut ***privilegiatae*** aut ***ordinariae.***

108. Commemorationes ***privilegiatae*** fiunt in Laudibus et in Vesperis necnon in omnibus Missis ; commemorationes vero ***ordinariae*** fiunt tantum in Laudibus, in Missis conventualibus et in omnibus Missis lectis.

109. Commemorationes ***privilegiatae*** sunt commemorationes :

a) de dominica;

6) de die liturgico I classis ;

c) de diebus infra octavam Nativitatis Domini;

d) de feriis Quatuor Temporum' mensis septembris ;

e) de feriis Adventus, Quadragesimae et Passionis;

/) de Litaniis maioribus, in Missa.

Omnes aliae commemorationes sunt commemorationes ***ordinariae.***

110. In Officio et Missa S. Petri semper fit commemoratio S. Pauli, et vicissim. Haec commemoratio dicitur ***inseparabilis;*** et duae orationes adeo in unam coalescere censentur ut, in numero orationum computando, pro unica habeantur. Proinde :

a) in Officio S. Petri aut S. Pauli, oratio alterius Apostoli additur, ad Laudes et ad Vesperas, sub unica conclusione, orationi diei, absque antiphona et versu ;

b) in Missa 8. Petri aut S. Pauli, oratio alterius Apostoli additur, sub unica conclusione, orationi diei;

c) quoties vero oratio unius Apostoli addenda est ***ad modum commemordtionis,*** huic orationi additur altera immediate, ante omnes alias commemorationes.

111. Ratio admittendi commemorationes haec est :

a) in diebus liturgicis I classis et in Missis in cantu non conventualibus, nulla admittitur commemoratio, praeter unam privilegiatam;

b) in dominicis II classis, una tantum admittitur commemoratio, scilicet de festo II classis, quae tamen omittitur si commemoratio privilegiata facienda sit;

c) in aliis diebus liturgicis II classis, una tantum admittitur commemoratio, scilicet aut una privilegiata aut una ordinaria ;

d) in diebus liturgicis III et IV classis, duae tantum admittuntur commemorationes.

112. Ad commemorationes et orationes quod attinet, haec insuper serventur :

a) Officium, Missa aut commemoratio de aliquo festo vel mysterio unius Divinae Personae excludit commemorationem aut orationem de alio festo vel mysterio eiusdem Divinae Personae;

b) Officium, Missa aut commemoratio de dominica excludit commemorationem aut orationem de festo vel mysterio Domini, et vicissim ;

c) Officium, Missa aut commemoratio de Tempore excludit aliam commemorationem de Tempore;

d) item, Officium, Missa aut commemoratio de B. Maria Virg. aut de aliquo Sancto vel Beato excludit aliam commemorationem aut orationem in qua eiusdem B. Mariae Virg., vel Sancti aut Beati intercessio imploretur : quod tamen non valet de oratione dominicae vel feriae, in qua fit invocatio eiusdem Sancti.

113. Commemoratio de Tempore fit primo loco. In admittendis et ordinandis aliis commemorationibus, servetur ordo tabellae praecedentiae.

114. Quaelibet commemoratio, quae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum superet, omittitur.

CAPUT XVII

DE CONCLUSIONE ORATIONUM

115. Conclusio orationum tam in Missa quam in Officio haec est :

a) si oratio dirigitur ad Patrem, concluditur : ***Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regndt in imitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen;***

b) si oratio dirigitur ad Patrem, sed in eius principio fit mentio Filii, concluditur : ***Per eundem Dominum nostrum,*** etc. ut supra ;

c) si oratio dirigitur ad Patrem, sed in fine ipsius fit mentio Filii, concluditur : ***Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum,. Amen;***

d) si oratio dirigitur ad Filium, concluditur : ***Qui vivis et regnas***

cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen;

e) si in oratione facta est mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur : ***...in unitate eiusdem Spiritus Sancti,*** etc.

116. Servandae sunt etiam aliae peculiares conclusiones in libris liturgicis quandoque notatae.

CAPUT XVIII

DE COLORIBUS PARAMENTORUM

A) *De coloribus paramentorum in genere*

117. Paramenta altaris, celebrantis et ministrorum debent esse coloris convenientis Officio et Missae diei aut alteri Missae celebrandae, secundum usum Romanae Ecclesiae, quae quinque coloribus uti consuevit : albo, rubro, viridi, violaceo et nigro.

Indulta tamen et consuetudines legitimae circa usum aliorum colorum in suo robore manent.

Sicubi vero in regionibus Missionum, ex probata et originali traditione gentis indigenae, significatio unius vel alterius coloris liturgici Ecclesiae Romanae cum significatione quae illis populis congenita est non congruit, Conferentiae episcopali eiusdem regionis, vel maioris territorii, si ita magis conveniat, facultas datur, ut in locum coloris inepti alium colorem ma^gis aptum substituant; hoc tamen non fiat inconsulta S. Rituum Congregatione.

118. Ad colorem paramentorum in Missis votivis lectis IV classis quod attinet, ea quae n. 323 traduntur, recolantur.

B) *De colore albo*

119. Colore albo utendum est in ***Officio et Missa de Tempore :***

a) a festo Nativitatis Domini usque ad expletum tempus Epiphaniae ;

b) a Missa Vigiliae paschalis usque ad Missam vigiliae Pentecostes exclusive.

120. Adhibetur color albus in ***Officio et Missa de festis :***

a) Domini, exceptis festis de mysteriis et instrumentis Passionis;

b) B. Mariae Virg., etiam in benedictione et processione candelarum die 2 februarii;

c) Ss. Angelorum;

d) Omnium Sanctorum (1 novembris) ;

e) Sanctorum non Martyrum;

/) S. Ioannis Ap. et Ev. (27 decembris) ; Cathedrae S. Petri (22 februarii) ; Conversionis S. Pauli (25 ianuarii) ; Nativitatis S. Ioannis Baptistae (24 iunii).

121. Colorem album requirunt ***Missae votivae :***

a) quae respondent festis, de quibus numero praecedenti;

b) de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote;

c) de coronatione Summi Pontificis, et de anniversariis Summi Pontificis et Episcopi dioecesani;

d) «. Pro Sponsis ».

122. Demum adhibetur color albus, feria V Hebdomadae sanctae, in Missa Chrismatis et in Missa in Cena Domini ; necnon, a diacono, pro cantu praeconii paschalis et, a celebrante, ad renovationem promissionum baptismatis in Vigilia paschali.

C) *De colore rubro*

123. Rubro colore utendum est in ***Officio et Missa de Tempore*** a Missa vigiliae Pentecostes usque ad Nonam sabbati sequentis.

124. Item adhibetur color ruber in ***Officio et Missa de festis :***

a) mysteriorum et instrumentorum Passionis Domini;

b) Sanctorum Apostolorum et Evangelistarum, in eorum die natalicio, excepto festo S. Ioannis (27 decembris);

c) Commemorationis S. Pauli Apostoli (30 iunii) ;

d) Commemorationis omnium Ss. Summorum Pontificum;

e) Sanctorum Martyrum, quorum colitur aut martyrium, aut inventio, aut translatio;

/) Sanctarum Reliquiarum.

125. Colorem rubrum requirunt ***Missae votivae :***

a) de Passione Domini;

b) de Spiritu Sancto;

c) de Mysteriis et Sanctis, de quibus numero praecedenti :

d) pro eligendo Summo Pontifice.

126. Demum adhibetur color ruber, dominica II Passionis seu in palmis, ad benedictionem et processionem ramorum.

D) ***De colore viridi***

127. Color viridis adhibetur ***in Officio et Missa de Tempore :***

a) a die 14 ianuarii usque ad sabbatum ante Septuagesimam ;

b) a feria II post dominicam I post Pentecosten, usque ad sabbatum ante Adventum.

Excipiuntur feriae Quatuor Temporum mensis septembris et vigiliae II et III classis, extra tempus paschale.

E) ***De colore violaceo***

128. Color violaceus adhibetur ***in Officio et Missa de Tempore :***

a) a dominica I Adventus usque ad vigiliam Nativitatis Domini inclusive ;

b) a dominica in Septuagesima usque ad Vigiliam paschalem, exceptis : benedictione et processione ramorum in dominica II Passionis ; Missa siye Chrismatis sive in Cena Domini feria V Hebdomadae sanctae ; Actione liturgica feria VI in Passione et Morte Domini usque ad Communionem exclusive; necnon cantu praeconii paschalis, pro diacono, et renovatione promissionum baptismatis, pro celebrante, in Vigilia paschali;

c) in feriis .Quatuor Temporum mensis septembris;

d) in vigiliis II et III classis, extra tempus paschale.

129. ***Missae Motivae,*** quae colorem violaceum requirunt, sunt :

a) Pro Fidei propagatione;

b) Pro Ecclesiae defensione;

c) Pro unitate Ecclesiae;

d) Tempore belli;

e) Pro pace;

/) Pro vitanda mortalitate;

g) Pro remissione peccatorum;

it) Pro peregrinantes et iter agentibus ;

i) Pro infirmis;

I) Ad postulandam gratiam bene moriendi;

m) Pro quacumque necessitate.

130. Adhibetur color violaceus etiam :

a) ad processionem et Missam in Litaniis maioribus et minoribus ;

b) ad benedictionem cinerum;

c) ad Communionem in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini;

d) in Missis de Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, quae celebrantur tempore expositionis Ssmi Sacramenti pro oratione Quadraginta Horarum.

131. Paramenta ***coloris rosacei*** adhiberi possunt, dominica III Adventus et dominica IV Quadragesimae, sed in Officio et Missa diei dominici tantum.

F) ***De colora nigro***

132. Nigro colore utendum est :

a) in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini, usque ad Communionem exclusive ;

b) in Officiis ac Missis defunctorum, excepto casu de quo supra, n. 130 ***d.*** '

CAPUT XIX

DE USU ET QUALITATE PARAMENTORUM

133. In Missa, sacerdos celebrans semper utitur pianeta seu casula.

134. Episcopus, et alii qui usu Pontificalium gaudent, si solemniter celebrant, planetam induunt super dalmaticam et tunicellam.

Item, planetam super dalmaticam et tunicellam induit Episcopus, etiam in Missa lecta :

a) in consecratione Episcopi;

b) in collatione sacrorum Ordinum ;

c) in benedictione Abbatis ;

d) in benedictione Abbatissae;

e) in benedictione et consecratione Virginum;

/) in consecratione ecclesiae et altaris.

Attamen Episcopus aliique de quibus supra, ex rationabili causa, a sumenda tunicella et dalmatica subter planetam abstinere possunt.

135. Pluviale adhibetur :

a) in Officio Laudum et Vesperarum, quando solemniter dicuntur ;

b) in benedictionibus,quae fiunt ad altare;

c) in processionibus;

d) in absolutione super cadaver aut super tumulum;

e) in Missa pontificali, a presbytero assistente;

/) ad ((orationes solemnes » in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini;

g) in Vigilia paschali.

136. Cum celebrans utitur pluviali, numquam adhibet manipulum ; et si pluviale haberi non potest, in benedictionibus quae fiunt ad altare, sacerdos stat in alba cum stola, sine pianeta et manipulo.

137. Dalmatica et tunicella utuntur diaconus, respective subdiaconus, quando sacerdoti ministrant :

a) in Missa;

b) in benedictionibus ad altare;

c) in processionibus.

Attamen cum sacerdos celebrans stat sine pluviali, etiam ministri stant sine dalmatica et tunicella.

Planetae plicatae et stola latior amplius non adhibentur.

PARS SECUNDA

RUBRICAE GENERALES BREVIARII ROMANI

CAPUT I

NORMAE GENERALES

138. Horae canonicae Breviarii romani sunt : Matutinum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae et Completorium.

Ex his Matutinum, Laudes et Vesperae dicuntur ***Horae maiores;*** Prima, Tertia, Sexta, Nona et Completorium ***Horae minores*** appellantur. Completorium vero a rubricis plerumque separatim consideratur.

139. Obligatio dicendi divinum Officium comprehendit omnes Horas canonicas cursus quotidiani.

110. Officium divinum absolvitur aut ***in choro,*** aut ***in communi,*** aut ***a solo.***

Dicitur autem ***in choro,*** si absolvitur a communitate per leges ecclesiasticas choro obligata; ***in communi*** vero, si idem fit a communitate, quae choro non est adstricta.

111. Normae quae sequuntur valent tam pro absolutione divini Officii ***in choro*** vel ***in communi*** (etsi fìat a duabus vel tribus personis tantum) quam pro absolutione ***a solo,*** nisi aliter expresse caveatur.

CAPUT II

DE TEMPORE DICENDI HORAS CANONICAS

142. Horae canonicae Officii divini ordinantur, ex earum constitutione, ad sanctificationem diversarum horarum diei naturalis. Praestat, proinde, sive ad diem revera sanctificandum sive ad ipsas Horas cum fructu spirituali recitandas, ut in earum absolutione, tempus servetur quod proxime accedat ad tempus verum uniuscuiusque Horae canonicae.

143. Attamen ad satisfaciendum obligationi divini Officii recitandi, sufficit ut omnes Horae canonicae intra spatium vigintiquatuor horarum diei dicantur.

144. ***Matutinum,*** ex iusta causa, horis postmeridianis diei praecedentis anticipare licet, non tamen ante horam quartamdecimam.

145. ***Laudes,*** cum sint precatio matutina, ***in choro*** et ***in communi*** primo mane dicuntur : quod convenienter servatur etiam in recitatione ***a solo*** facta.

146. ***Vesperae,*** etiam tempore Quadragesimae et Passionis, ***in choro*** et ***in communi,*** horis postmeridianis dicuntur : quod convenienter servatur etiam in recitatione ***a solo*** facta.

147. ***Completorium,*** ab omnibus qui ad recitationem divini Officii obligantur, praesertim autem in familiis religiosis, valde opportune dicitur tamquam ultima precatio in fine diei, etiam si, ob iustam causam, Matutinum diei sequentis iam anticipatum fuerit.

Hoc in casu, ***Pater noster,*** alias dicendum post versum ***Adiutorium nostrum,*** omittitur et eius loco, ***in choro*** et ***in communi,*** fit examen conscientiae per rationabile tempus protractum ; deinde dicuntur ***Confiteor*** et reliqua, more solito ; quod convenienter servatur etiam in recitatione ***a solo*** facta.

CAPUT III

DE CALENDARIO ADHIBENDO IN RECITATIONE DIVINI OFFICII

148. Officium divinum absolvendum est iuxta calendarium proprium vel, eo deficiente, iuxta calendarium Ecclesiae universae, prout numeris sequentibus indicatur.

149. ***Beneficiarii*** sequi tenentur calendarium suae ecclesiae (n. 53 ***b).***

150. ***Clerici dioecesani*** sequi debent calendarium ecclesiae vel oratorii cui stabiliter sunt addicti (n. 53 ***b)*** ; vel, si nulli ecclesiae vel oratorio sint stabiliter addicti, aut si extra suam dioecesim diutius versentur, calendarium suae dioecesis, additis festis loci in quo domicilium habent (n. 44), aut calendarium loci in quo commorantur.

151. ***Religiosi*** utriusque sexus ***choro adstricti*** servant calendarium suae domus (n. 56 ***b);*** aut, quando choro intersunt in alia domo sui Ordinis, calendarium illius domus in qua actu versantur.

152. ***Religiosi*** calendarium proprium habentes, sed ***choro non adstricti,*** servant calendarium suae domus (n. 56 ***b)*** ; aut, si in alia domo suae Congregationis seu Instituti Officium in communi recitant, calendarium illius domus in qua actu versantur.

153. ***Religiosi qui calendarium proprium non habent,*** servant calendarium suae ecclesiae (n. 53 ***b),*** additis tamen festis propriis et indultis (n. 46).

154. In seminariis et collegiis clericorum dioecesanis, Religiosis commissis, pro absolutione divini Officii in communi, sive a clericis sive a Religiosis qui una cum clericis Officium in communi dicunt, adhibendum est calendarium loci (n. 53 a), additis festis ecclesiae seminarii vel collegii (n. 45), data insuper facultate adiungendi festa Tituli necnon sancti Fundatoris Religiosorum quibus regimen seminarii commissum est.

155. In seminariis et collegiis clericorum interdioecesanis, regionalibus, nationalibus et internationalibus, pro absolutione divini Officii in communi, adhibendum est calendarium Ecclesiae universae, additis festis Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, oppidi seu civitatis, anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis dioecesis et aliis festis actu feriatis, si quae sint, necnon festis ecclesiae seminarii vel collegii (n. 45).

Si autem huiusmodi seminariorum regimen Religiosis commissum sit, calendarium Ecclesiae universae adhibendum est etiam a Religiosis qui una cum clericis Officium in communi absolvunt, data tamen facultate addendi festa tituli Ordinis seu Congregationis necnon sancti Fundatoris Religiosorum quibus regimen seminarii commissum est.

156. In collegiis et domibus interprovincialibus, nationalibus et internationalibus Religiosorum, pro absolutione divini Officii in choro vel in communi, adhibendum est calendarium proprium Ordinis seu Congregationis universae (n. 55), additis tantum festis propriae ecclesiae (n. 45) necnon festis de quibus n. 57.

157. Quivis tamen clericus dioecesanus, aut quivis religiosus utriusque sexus, Officio divino quolibet titulo adstrictus, qui Officio participat ***in choro*** vel ***in communi*** iuxta aliud calendarium aut alium ritum quam suum, hoc modo suo muneri, quoad hanc partem Officii, satisfacit.

Item cum quis Vesperis votivis alicuius solemnitatis externae participat, suo muneri, quoad hanc partem Officii, satisfacit, dummodo praedictae Vesperae integrae et servatis rubricis celebratae fuerint.

CAPUT IV

DE ORDINANDO DIVINO OFFICIO

A) De ordinando divino Officio in genere

158. De extensione divini Officii pro singulis diebus liturgicis, supra dictum est, numeris scilicet **13, 27, 34, 37.**

159. De qualitate divini Officii recitandi, et de ratione sumendi singulas Horarum partes, iuxta dierum liturgicorum diversitatem, infra nn. **165-rfr** dicetur.

160. Ratio dicendi singulas Horas habetur in Ordinario divini Officii.

161. ***Matutinum cum tribus Nocturnis,*** scilicet ***novem psalmorum cum novem lectionibus*** habent :

a) festa I et II classis;
b) feriae Tridui sacri ;
c) dies octavus Nativitatis Domini;
d) Commemoratio omnium Fidelium defunctorum.

162. ***Matutinum cum unico Nocturno novem psalmorum et trium lectionum*** habent :

a) dominicae omnes, praeter dominicas Paschatis et Pentecostes;
b) omnes feriae, exceptis feriis Tridui sacri;
c) omnes vigiliae;
d) festa III classis;
e) dies infra octavam Nativitatis Domini;
/) Officium sanctae Mariae in sabbato.

163. ***Matutinum cum unico Nocturno trium psalmorum et trium lectionum*** habent dominicae Paschatis et Pentecostes et dies infra earum octavas.

164. Festa quae non habent I Vesperas et, ob quamlibet causam, iuxta rubricas eas acquirunt, omnia sumunt e II Vesperis, iis tantum exceptis, quae forte pro I Vesperis propria ponuntur.

B) ***De Officio dominicali***

165. ***Officium dominicale*** competit diebus dominicis, in quibus non occurrat festum quod ipsi dominicae praeferatur.

Habent tamen peculiarem ordinationem Officii :

a) dominicae Paschatis et Pentecostes;

b) dominica infra octavam Nativitatis Domini.

166. Officium dominicale ordinatur hoc modo :

a) Ad I Vesperas : omnia ut in Ordinario et Psalterio, sabbato praecedenti, iis exceptis quae propria assignantur.

b) Completorium subsequens : de sabbato.

c) Ad Matutinum: invitatorium et hymnus ut in Ordinario vel Psalterio ; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni, ut in Psalterio dominicae ; absolutio ***Exaudi,*** benedictiones ***Ille nos, Divinum auxilium, Per evangelica dicta;*** lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, de Scriptura occurrenti (n. 220 ***a)*** ; lectio tertia de homilia in Evangelium diei (n, 220 ***b)*** ; hymnus ***Te Deum,*** qui omittitur in dominicis Adventus, et a dominica in Septuagesima usque ad dominicam II Passionis; quo in casu, dicitur tertium responsorium.

d) Ad Laudes : antiphonae, nisi propriae assignentur, ^de Psalterio ; psalmi e Psalterio dominicae, e I vel II schemate, iuxta diversitatem temporum (n. 197); capitulum, hymnus et versus, lit in Ordinario vel Psalterio aut Proprio de Tempore; reliqua ut in Proprio de Tempore.

e) Ad Primam: antiphona, nisi propria habeatur, et psalini e Psalterio de dominica; capitulum et reliqua ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore.

/) Ad Tertiam, Sextam et Nonam : omnia ut in Ordinario et Psalterio, iis exceptis quae propria assignantur.

g) Ad II Vesperas : omnia ut in Ordinario et Psalterio, iis exceptis quae propria assignantur.

h) Completorium : de dominica.

O) ***De Officio festivo***

167. ***Officium festivum*** competit festis I classis ; et ordinatur hoc modo :

a) Ad I Vesperas : omnia e Proprio vel Communi,

fr); ***Completorium*** subsequens : de dominica.

c) ***Ad Matutinum :*** omnia e Proprio vel Communi ; et dicitur hymnus ***Te Deum.***

d) Ad Laudes : omnia e Proprio vel Communi, cum psalmis de dominica, primo loco.

e) Ad Primam : antiphona prima e Laudibus; psalmi 53, 118^1 et 118^2; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore.

f) Ad Tertiam, Sextam et Nonam : antiphonae secunda, tertia et quinta e Laudibus, per ordinem; psalmi de dominica; reliqua e Proprio vel Communi.

g) Ad II Vesperas : omnia e Proprio vel Communi.

h) Completorium : de dominica.

D) *De Officio semifestivo*

168. ***Officium semifestivum*** competit festis II classis; et ordinatur hoc modo :

a) Ad Matutinum, Laudes et Vesperas : omnia ut in Officio festivo.

b) Ad Primam : antiphona et psalmi e Psalterio, de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore.

c) Ad Tertiam, Sextam et Nonam : antiphonae et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; reliqua de festo, ut in Proprio vel Communi.

d) Completorium : de dominica,

E) *De Officio ordinario*

169. ***Officium ordinarium*** competit festis III classis necnon Officio sanctae Mariae in sabbato; et ordinatur hoc modo :

a) Ad Matutinum : invitatorium et hymnus e Proprio vel Communi; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni e Psalterio de currenti hebdomadae die, nisi propria aut de Communi assignentur (n. 177); lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, de Scriptura, ut n. 221 ***a*** indicatur; lectio tertia de festo (n. 221 ***o)***; et dicitur hymnus ***Te Deum.***

b) Ad Laudes et ad Vesperas : antiphonae et psalmi ut in Psalterio de currenti hebdomadae die, nisi propria aut de Communi assignentur (n. 177); reliqua ut in Proprio vel Communi.

c) Ad Primam : antiphona et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore.

d) Ad Tertiam, Sextam et Nonam : antiphonae et psalmi ut in Psalterio de currenti hebdomadae die; reliqua de festo, ut in Proprio vel Communi.

e) Completorium : de currenti hebdomadae die.

F) *De Officio feriali*

170. ***Officium feriale*** competit omnibus feriis et vigiliis, exceptis :

a) Triduo sacro;

b) vigilia Nativitatis Domini.

171. Officium feriale ordinatur hoc modo :

a) Ad Matutinum : invitatorium et hymnus e Psalterio vel Ordinario, iuxta diversitatem temporum; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni e Psalterio, de currenti hebdomadae die; ***in feriis,*** tres lectiones de Scriptura occurrenti vel de homilia in Evangelium diei cum suis responsoriis ; ***in vigiliis,*** tres lectiones propriae de homilia cum responsoriis de feria currenti.

Hymnus ***Te Deum*** dicitur tantum in feriis temporis natalicii et paschalis; aliis temporibus dicitur tertium responsorium.

b) Ad Laudes et ad Vesperas : omnia ut in Psalterio, de currenti hebdomadae die, et in Ordinario, iuxta diversitatem temporum, iis exceptis quae propria assignantur. In feriis, sumitur oratio propria si habeatur, secus de dominica praecedenti, nisi alia assignetur ; in vigiliis autem dicitur oratio propria.

c) Ad Primam : antiphona, nisi propria assignetur, et psalmi e Psalterio, de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore.

d) Ad Tertiam, Sextam et Nonam : antiphona, nisi propria assignetur, et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario, iuxta diversitatem temporum ; oratio ut ad Laudes.

e) Completorium : de currenti hebdomadae die.

G) *De quibusdam peculiaritatibus in ordinando Officio divino*

172. ***In dominicis Paschatis et Pentecostes,*** et diebus infra earum octavas, ad Horas minores, dicuntur psalmi de dominica, ad Primam tamen ut in festis, scilicet psalmi 53, 118^{1} et 118^{2}.

173. ***In Triduo sacro, in vigilia Nativitatis Domini, et in Officiis defunctorum,*** Officium ordinatur iuxta speciales rubricas quae, suis locis, in Breviario inveniuntur.

174. ***In festis Domini II classis,*** quae in dominicis Septuagesimae, Sexagesimae aut Quinquagesimae occurrant, ad Horas minores sumuntur antiphonae e Laudibus, ut in Officio festivo, retentis tamen, ad Primam, psalmis de dominica, scilicet psalmis 117, 118^1 et 118^2.

175. ***Diebus infra octavam Nativitatis Domini,*** liberis a festis Sanctorum, Officium ordinatur hoc modo :

a) ***Matutinum*** habet novem psalmos cum tribus lectionibus. Invitatorium, hymnus, antiphonae et psalmi dicuntur ut in festo Nativitatis; versus, ut in tertio Nocturno festi; tres vero lectiones de Scriptura occurrenti cum suis responsoriis, ut singulis diebus indicatur.

b) Ad Laudes : omnia ut in festo Nativitatis Domini.

c) Ad Horas minores dicuntur antiphonae et psalmi de die currenti, ut in Psalterio ; reliqua ut in festo Nativitatis.

d) Ad Vesperas, excepto die 31 decembris, antiphonae et psalmi sumuntur e II Vesperis diei Nativitatis; a capitulo autem fit de octava, ut in festo, nisi faciendum sit de sequenti dominica aut de sequenti festo I plassis.

e) Completorium : de dominica.

176. ***In*** *dominica* ***infra octavam Nativitatis Domini,*** Officium ordinatur eodem modo ac aliis diebus infra octavam (n. 175), retentis iis quae propria habentur.

Ad lectiones vero Matutini quod attinet, haec serventur :

a) si dominica die 26, 27 aut 28 decembris occurrit, lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, sumuntur e primo Nocturno diei Nativitatis, modo in n. 221 indicato ; tertia vero de homilia in evangelium diei (n. 220 ***b) ;***

b) si aliis diebus occurrit, lectiones prima et secunda dicuntur de Scriptura occurrenti, et tertia de homilia in evangelium diei, ut in Officio dominicali (n. 220).

177. In festis III classis, tam universalibus quam particularibus, quae ad certas Horas habent aut antiphonas proprias et psalmos de Communi, aut antiphonas proprias et psalmos specialiter assignatos, serventur rubricae particulares quae, in Breviario, suis locis occurrunt.

CAPUT V

DE DIVERSIS OFFICII PARTIBUS

A) *De initio et fine Horarum*

178. Horae canonicae sive ***in choro,*** sive ***in communi*** sive ***a solo,*** inchoantur absolute hoc modo :

a) Matutinum a versu ***Domine, labia mea aperies;***

b) Laudes, Horae minores et Vesperae, a versu ***Deus, in adiutorium meum intende;***

c) Completorium a versu ***Iube, domne (Domine), benedicere.***

179. Item Horae canonicae sive ***in choro,*** sive ***in communi,*** sive ***a solo,*** absolvuntur hoc modo :

a) Matutinum (si a Laudibus separetur), ***Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae :*** versu ***Fidelium animae;***

b) Prima, benedictione ***Dominus nos benedicat;***

c) Completorium, benedictione ***Benedicat et custodiat.***

180. In officio Tridui sacri et defunctorum, Horae inchoantur et absolvuntur ut in Breviario notatur. Item, Matutinum festi Epiphaniae Domini modo proprio inchoatur.

B) *De conclusione Officii*

181. Cursus quotidianus. divini Officii concluditur, post Completorium, antiphona B. Mariae V. cum suo versu ac oratione, et cum versu ***Divinum auxilium,*** exceptis Officiis Tridui sacri et defunctorum.

C) *De invitatorio*

182. Invitatorium cum psalmo 91, ***Venite, exsultemus,*** dicitur, modo in Ordinario descripto, in initio Matutini cuiusque Officii, exceptis Officiis Tridui sacri, et festi Epiphaniae Domini.

9

183. In fine invitatorii, tempore paschali, additur ***Alleluia,*** nisi iam habeatur.

184. Ratio sumendi invitatorium, iuxta diversitatem dierum liturgicorum, habetur supra, ubi agitur de ordinando Officio (nn. 165-177).

D) *De hymnis*

185. Hymni dicuntur in qualibet Hora, loco in Ordinario indicato. Omittuntur vero in Matutino Epiphaniae Domini, a Matutino feriae V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum.

186. Ad Horas minores et ad Completorium semper dicuntur hymni in Ordinario pro iisdem Horis assignati, praeterquam in festo Pentecostes et infra octavam, ad Tertiam.

187. Hymni proprii, certis Horis assignati, numquam ad aliam Horam transferuntur.

188. Quilibet hymnus semper dicitur sub conclusione quae ipsi in Breviario assignatur, exclusa quavis conclusionis mutatione ratione festi vel Temporis.

189. Officium commemoratimi numquam doxologiam propriam inducit in fine hymnorum Officii diei.

E) *De antiphonis*

190. Antiphonae dicuntur ad omnes Horas ante et post psalmos et cantica, una vel; plures iuxta diversitatem Officii et Horarum, ut suis locis indicatur.^ Omittuntur vero, ad Horas minores et ad Completorium : in Triduo, sacro, in dominica et per octavam Paschatis, et in Officio defunctorum diei 2 novembris.

191. Antiphonae dicuntur semper integrae ante et post psalmos et-cantica, ad omnes Horas, tam maiores quam minores.

Asteriscus, qui post prima antiphonae verba notatur, indicat eousque intonationem esse producendam.

192. Antiphonae propriae certis Horis assignatae, si dici nequeunt", non transferuntur, sed omittuntur.

193. Antiphona ***ad Magnificat*** in I Vesperis dominicae primae mensis augusti, septembris, octobris et novembris ea est, quae in Breviario ante dominicam primam cuiusque mensis invenitur, et respondet libro sacrae Scripturae in dominica legendo.

194. Ad Vesperas feriae VI, tempore paschali, pro antiphona ***ad Magnificat*** resumitur antiphona ***ad Magnificat*** e II Vesperis dominicae praecedentis.

195. In fine antiphonarum, tempore paschali, additur ***Alleluia,*** nisi iam habeatur. A Septuagesima autem usque ad Sabbatum sanctum, ***Alleluia,*** si forte in antiphonis occurrat, omittitur.

F) *De psalmis et canticis*

196. Psalmi, ad singulas Horas, sumuntur secundum normas de ordinando Officio iuxta diversitatem dierum liturgicorum (nn. 165-177).

197. Ad Matutinum feriae IV et, singulis hebdomadae diebus, ad Laudes, in Psalterio, duplex ponitur psalmorum schema.

Alterum psalmorum schema adhibetur :

a) in dominicis temporis Septuagesimae, Quadragesimae et Passionis;

6) in omnibus feriis temporis Adventus, Septuagesimae, Quadragesimae et Passionis, Quatuor Temporum septembris, et in vigiliis II et III classis extra tempus paschale.

Reliquis diebus, sumitur primum psalmorum schema.

198. Quando psalmus vel canticum incipit per eadem verba quibus constat antiphona, haec verba omittuntur, et psalmus vel canticum inchoatur ab eo verbo ante quod desinit antiphona, dummodo post antiphonam non sit addendum ***Alleluia.***

199. Psalmus, qui in Hora cui specialiter assignatur dici nequit, non transfertur, sed omittitur.

200. Cantica ***Benedictus, Magnificat*** et ***Nunc dimittis*** dicuntur suo loco, ut in Ordinario indicatur.

201. In fine psalmorum et canticorum, excepto cantico ***Benedicite,*** dicitur ***Gloria Patri,*** quod omittitur per Triduum sacrum.

In Officio defunctorum tamen, loco versus ***Gloria Patri*** dicitur versus ***Requiem aeternam,*** ut suo loco notatur.

202. Asteriscus in versibus psalmorum et canticorum denotat pausam cantus vel recitationis ***in choro*** et ***in communi*** servandam.

G) *De symbolo atkanasidno*

203. Symbolum athanasianum dicitur solummodo in festo Ssmae Trinitatis, ad Primam, expletis psalmis, ante antiphonae repetitionem.

H) *De versibus*

204. Versus dicuntur ad Matutinum post repetitam antiphonam ultimi psalmi cuiusque Nocturni. Ad Laudes vero et ad Vesperas versus dicitur post hymnum; ad Horas minores et ad Completorium post responsorium breve.

205. In Triduo sacro, versus dicitur in singulis Nocturnis et Laudibus tantum ; in festo et per octavam Paschatis in solo Nocturno ; in Officio defunctorum ad singulos Nocturnos, Laudes et Vesperas, ut suis locis notatur.

206. Tempore paschali versibus additur ***Alleluia,*** nisi iam habeatur. Excipiuntur versus qui in Ordinario sine ***Alleluia*** ponuntur.

207. Ratio sumendi versus, iuxta diversitatem Officiorum et Horarum, habetur supra, ubi agitur de ordinando divino Officio (nn. 165-177).

I) *De ab solutionibus et benedictionibus ante lectiones*

208. Absolutio et benedictiones dicuntur, ad Matutinum, ante lectiones cuiusque Nocturni, prout in Ordinario indicatur. Omittuntur in Officiis Tridui sacri et defunctorum.

209. In Matutino Officii S. Mariae in sabbato ponuntur absolutio et benedictiones propriae ; item exstant benedictiones propriae in III Nocturno Matutini Nativitatis Domini.

210. Benedictiones propriae invariabiles habentur ante lectionem brevem ad Primam et ad Completorium.

L) *De lectionibus ad Matutinum*

I - De lectionibus in genere

211. In fine cuiusque Nocturni dicuntur tres lectiones. Proinde Officia cum tribus Nocturnis habent novem lectiones ; Officia vero cum uno Nocturno tres.

212. Nomine « Scripturae occurrentis » designantur lectiones sacrae Scripturae primo vel unico Nocturno assignatae et certo ordine per singulos dies in Proprio de Tempore dispositae.

213. Lectiones de Scriptura occurrenti, si die assignato dici nequeunt, omittuntur, etsi agatur de initiis librorum, excepto initio Epistolae I ad Corinthios, quod, cum die 13 ianuarii occurrit dominica I post Epiphaniam, sabbato praecedenti legitur.

214. Officia commemorata non habent lectionem in Officio diei.

215. Lectiones de Scriptura leguntur cum titulo libri sacri e quo sumuntur, nisi aliter expresse notetur ; item lectiones de sermone vel tractatu vel documento pontificio, cum titulo et nomine auctoris; similiter praeponitur nomen auctoris lectionibus de homilia in Evangelium diei.

216. In fine cuiusque lectionis dicitur : ***Tu autem, Domine, miserere nobis,*** cui respondetur ***Deo gratias :*** quae conclusio omittitur in Officiis Tridui sacri et defunctorum.

II - De lectionibus Officii trium Nocturnorum

217. Tres lectiones ***primi Nocturni*** sunt de Scriptura, et quidem :

o) ***in Officio festivo et semifestivo,*** aut propriae aut specialiter assignatae aut de Communi;

b) in Officiis Tridui sacri, propriae.

218. Tres lectiones ***secundi Nocturni*** sunt :

a) in Officio festivo et semifestivo, de vita Sancti, aut de sermone vel tractatu diei assignato, ut in Proprio vel in Communi;

Si vero una vel duae tantum lectiones propriae aut assignatae habeantur, numerus ternarius completur lectionibus de Communi.

b) in Officiis Tridui sacri, de sermone diei assignato.

219. Tres lectiones ***tertii Nocturni*** sunt :

a) in Officio festivo et semifestivo, de homilia in Evangelium diei ;

b) in Officiis Tridui sacri, de Epistolis B. Pauli Apostoli, ut in Proprio.

III - De lectionibus Officii unius Nocturni

220. ***In Officio dominicali,*** ordo trium lectionum hic est :

a) Lectio prima et secunda dicuntur de Scriptura occurrenti, ut in Proprio.

Prima autem lectio Sacrae Scripturae ea est, quae in Breviario nunc ut prima notatur ; altera vero efficitur ex secunda et tertia in unam coniunctis, omisso r esponsor io intermedio.

Z>) ***Lectio tertia*** dicitur de homilia in Evangelium diei; et sumitur ea quae nunc in Breviario ponitur tamquam prima tertii Nocturni.

221. ***In Officio ordinario,*** ordo trium lectionum hic est :

a) Lectio prima et secunda dicuntur de Scriptura ; et quidem ordinarie de Scriptura occurrenti, nisi propriae vel specialiter assignatae habeantur.

Prima autem lectio Sacrae Scripturae ea est, quae in Breviario ut prima notatur ; altera vero efficitur ex secunda et tertia in unam coniunctis, omisso responsoria intermedio.

b) Lectio tertia dicitur de festo, scilicet propria, quae antea communiter vocabatur « contracta » ; qua deficiente, dicuntur lectiones propriae (olim secundi Nocturni) simul coniunctae. Si vero festum careat lectionibus propriis, pro tertia lectione sumitur quarta de Communi.

222. ***In Officio feriali,*** ordo trium lectionum hic est :

a) si agitur de Officio ***vigiliae*** vel ***feriae cum homilia,*** tres lectiones dicuntur de homilia in Evangelium diei ;

b) si agitur de Officio ***feriae sine homilia,*** leguntur tres lectiones de Scriptura occurrenti, prout in Breviario exhibentur.

IV - De quibusdam peculiaritatibus circa lectiones

223. Lectiones Officii defunctorum modo proprio ordinantur, ut suis locis notatur.

224. Per octavas Paschatis et Pentecostes dicuntur tres lectiones de homilia in Evangelium diei.

225. Superveniente dominica in Septuagesima, lectiones dominicis et feriis post Epiphaniam assignatae, quae locum habere non possunt, eo anno penitus omittuntur. Idem valet de lectionibus dominicarum post Pentecosten, et de lectionibus feriarum, easdem dominicas sequentium, quae impediuntur superveniente prima dominica mensis augusti ; necnon de lectionibus mensium augusti, septembris, octobris et novembris quae impediuntur superveniente prima dominica mensis sequentis, vel prima dominica Adventus.

M) ***De responsoriis post lectiones Matutini***

I - De responsoriis in genere

226. Post quamlibet lectionem dicitur responsorium, praeterquam post ultimam, quando dicendus est hymnus ***Te Deum.***

227. Responsoria adeo cum lectionibus connectuntur, ut eadem ratione ac lectiones sumenda sint, nisi aliter expresse caveatur.

228. Responsoria quae suo die dici nequeunt, non transferuntur, sed omittuntur.

229. Tempore paschali, in fine cuiuslibet responsorii, ante versum, additur ***Alleluia,*** nisi iam habeatur ; minime vero additur ***Alleluia*** post versum.

230. In fine ultimi responsorii cuiusque Nocturni, post repetitam ultimam partem responsorii, dicitur ***Gloria Patri,*** et deinde iterum'resumitur eadem ultima pars responsorii, nisi suo loco aliter notetur.

Attamen, in Officio temporis Passionis, in ultimo responsorio cuiusque Nocturni omittitur ***Gloria Patri,*** et eius loco resumitur integrum responsorium ab initio usque ad versum exclusive.

In Officio defunctorum autem, loco ***Gloria Patri,*** in ultimo responsorio cuiusque Nocturni, dicitur ***Requiem aeternam.***

231. Peculiaritates in dicendis responsoriis forte occurrentes, suis locis indicantur.

II - De responsoriis in Officiis trium Nocturnorum

232. Responsoria ***trium Nocturnorum*** hac ratione ordinantur :

a) in Officio festivo et semifestivo, dicuntur propria aut de Communi ;

b) in Officiis Tridui sacri, dicuntur propria.

III - De responsoriis in Officiis unius Nocturni

233. ***In Officio dominicali,*** responsoria hoc modo ordinantur :

a) primum, est responsorium quod ponitur post primam lectionem ;

o) secundum, est responsorium quod post tertiam lectionem olim inveniebatur. In fine huius responsorii omittitur ***Gloria Patri*** et repetitio ultimae partis responsorii, quando dicendum est tertium responsorium ;

c) tertium, quando dicendum occurrit, est responsorium quod post tertiam lectionem de homilia exstabat.

234. ***In Officio ordinario*** cum lectionibus de Scriptura occurrenti, responsoria hoc modo ordinantur :

a) primum, est responsorium quod ponitur post primam lectionem ;

b) secundum, est responsorium quod post tertiam lectionem invenitur.

235. ***In Officio ordinario*** cum lectionibus de Scriptura propriis vel specialiter assignatis, responsoria dicuntur propria aut de Communi, eodem ordine ac supra (n. 234).

236. ***In Officio feriali,*** sive fiat de feria sive de vigilia, dicuntur responsoria de feria currenti, prout habentur in Proprio de Tempore.

N) ***De hymno*** Te Deum

237. Hymnus ***Te Deum*** dicitur ad Matutinum, post ultimam lectionem, loco noni vel tertii responsorii:

a) in dominica in albis, in dominica Pentecostes, et in Matutino dominicae Eesurrectionis, quod recitatur ab iis qui Vigiliae paschali non interfuerunt ;

b) in dominicis II classis, exceptis dominicis in Septuagesima, in Sexagesima et in Quinquagesima ;

c) in omnibus festis ;

d) per octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes;

e) in Officio feriali temporis natalicii et temporis paschalis;

/) in vigiliis Ascensionis et Pentecostes;

g) in Officio sanctae Mariae in sabbato.

238. Omittitur vero hymnus ***Te Deum :***

a) in Officiis de Tempore a dominica I Adventus usque ad vigiliam Nativitatis Domini inclusive; et a dominica in Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum inclusive ;

b) in vigiliis II et III classis, excepta vigilia Ascensionis Domini ;

c) in omnibus feriis per annum ;

d) in Officio defunctorum.

239. Quando hymnus ***Te Deum*** omittitur, eius loco dicitur nonum vel tertium responsorium.

O) *De capitulis, et de lectione brevi ad Primam*

240. Capitulum dicitur ad omnes Horas, Matutino excepto, expletis psalmis cum suis antiphonis; ad Completorium autem post hymnum. Omittitur a Laudibus feriae V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum,.

241. Ad Primam semper dicitur capitulum ***Regi saeculorum;*** et ad Completorium ***Tu autem in nobis.*** Ad alias Horas sumitur ex Ordinario vel Psalterio, e Proprio vel Communi, iuxta Officiorum diversitatem (nn. 165-177).

242. Lectio brevis ad Primam dicitur semper de Tempore, prout in Ordinario.

P) *De responsoriis brevibus Horarum minorum*

243. Responsoria brevia dicuntur ad Horas minores et ad Completorium post capitulum ; omittuntur vero a feria V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum.

244. Ad'Primam, in responsorio ***Christe, Fili Dei vivi,*** versus ***Qui sedes*** mutatur iis in Officiis et anni temporibus pro quibus proprius assignatur ; numquam tamen dicitur versus proprius festi commemorati.

Responsorium breve Completorii numquam mutatur. Ad Tertiam, Sextam et Nonam responsoria brevia sumuntur ex eodem loco ac capitula.

245. Quomodo responsoria brevia dicenda sint, sive extra tempus paschale sive tempore paschali, sive in Officio feriali temporis Passionis, in Ordinario indicatur. Extra tempus paschale, quamvis in aliquibus festis addenda sint duo ***Alleluia*** in fine responsorii brevis ante versum ad Tertiam, Sextam et Nonam, non ideo addenda sunt etiam ad Primam et ad Completorium.

Q) *De orationibus*

246. Oratio dicitur in fine cuiuslibet Horaie, loco in Ordinario indi-, cato. Excipitur Matutinum, quando una cum Laudibus recitatur.

247. Orationi praemittitur, in recitatione ***in choro*** vel ***in communi, Dominus vobiscum,*** cui respondetur ***Et cum spiritu tuo.*** In recitatione ***a solo*** facta, et ab iis qui in ordine diaconatus non sunt constituti, dicitur, nisi iam praecedat, ***Domine, exaudi orationem meam*** et respondetur

Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicitur ***Oremus,*** et subiungitur oratio.

Et sic in recitatione ***d solo,*** loco ***Dominus vobiscum,*** semper dicitur ***Domine, exaudi orationem meam,*** ut supra.'

248. Ad Primam et ad Completorium oratio numquam mutatur, nisi in Officio Commemorationis omnium Fidelium defunctorum et, in Triduo-sacro, ad Primam. Ad alias Horas, sumitur oratio quae ponitur ad Laudes; in feriis Quadragesimae et Passionis tamen, ad Vesperas, exstat oratio propria.

249. Oratio Officii diei semper dicitur sub sua conclusione, salvo praescripto n. 110 ***a.*** Orationes vero, quae ad commemorationes pertinent, concluduntur in ultima tantum; attamen ***Oremus*** dicitur ante quamlibet orationem. •

R) ***De commemorationibus***

250. Commemorationes fiunt iuxta normas in rubricis generalibus,, nn. 106-114, datas.

251. Commemorationes ponuntur post orationem Officii diei ; et fiunt per antiphonam quae ponitur respective ad ***Benedictus yel ad Magnificat"*** in Officio commemorato, per versum qui eam praecedit et per orationem,,, salvo praescripto ri. 110 ***c.***

252. Ad faciendam commemorationem Officii dominicae, feriae et vigiliae Ascensionis, antiphona et versus sumuntur e Proprio de Tempore, Psalterio vel Ordinario, oratio autem e Proprio de Tempore;; ad faciendam commemorationem vero octavae Nativitatis vel Officii Sanctorum, antiphona, versus et oratio sumuntur e Proprio vel Communi ; ad faciendam demum commemorationem vigiliae II et III classis,,, antiphona et versus sumuntur e Psalterio, oratio autem e Proprio.

253. In faciendis commemorationibus, haec animadvertantur :

a) in eadem Hora numquam bis repetatur eadem antiphona;

b) in eadem commemoratione antiphona et versus numquam constent iisdem verbis.

254. Si in Laudibus una tantum facienda est commemoratio, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi unde sumpta sunt in Officio diei, pro commemoratione sumuntur antiphona ac versus e I Vesperis.

255. Si in Laudibus duae faciendae sunt commemorationes, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi :

a) pro prima commemoratione, sumuntur antiphona et versus e Laudibus ;

b) pro altera, antiphona et versus e I Vesperis.

256. Si in Laudibus duae faciendae sunt commemorationes, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi unde sumpta sunt in Officio diei :

a) pro prima commemoratione, sumuntur antiphona et versus e I Vesperis ;

b) pro altera, antiphona et versus e II Vesperis.

257. Ad ea quae nn. 253-256 habentur, animadvertatur :

a) si antiphona eadem sit in I et II Vesperis, pro altera commemoratione sumitur antiphona e Laudibus, vel demum prima antiphona tertii Nocturni;

b) textus antiphonae adhiberi potest, in eadem Hora, tamquam versus pro altera commemoratione, sumenda ex eodem Communi;

c) antiphona ***Euge, serve bone,*** quae ponitur ad Laudes de Communi Confessoris Pontificis, censetur identica cum simili antiphona, quae habetur ad Laudes de Communi Confessoris non Pontificis.

258. Item, si eadem sit oratio festi de quo fit Officium et eius de quo fit commemoratio, oratio pro commemoratione mutatur in alteram de eodem vel simili Communi.

259. Antiphonae et versus propria, si in una Hora pro commemoratione adhiberi nequeunt, non transferuntur, sed omittuntur.

S) ***De precibus***

260. Preces dicuntur tantum in Officiis de Tempore, et quidem :

a) in Laudibus et Vesperis feriae IV et VI temporis Adventus, Quadragesimae et Passionis;

b) in Laudibus et Vesperis feriae IV et VI Quatuor Temporum mensis septembris;

c) in Laudibus sabbatorum Quatuor Temporum, excepto sabbato infra octavam Pentecostes.

CAPUT VI

DE RATIONE SIGNO CRUCIS SE MUNIENDI, STANDI, GENUFLECTENDI ET SEDENDI IN RECITATIONE DIVINI OFFICII

261. Quae hic dicuntur de signo crucis et de corporis situ in recitatione divini Officii, valent pro recitatione ***in choro*** vel ***in communi;*** convenit vero ut hi qui ***a solo*** divinum Officium recitant, iis quae de signo crucis dicuntur se conforment.

262. Normae peculiares quae ad hebdomadarum et cantores spectant, in caeremoniarum libris inveniuntur ; proinde hic ea tantum indicantur quae « chorales » in genere respiciunt.

263. Omnes signant se signo crucis a fronte ad pectus et ab humero sinistro ad dexteram :

a) in principio omnium Horarum, cum dicitur ***Deus, in adiutorium ;***

b) ad versum ***Adiutorium nostrum;***

c) ad absolutionem ***Indulgentiam*** post ***Confiteor*** in Completorio;

d) in principio canticorum ***Benedictus, Magnificat*** et ***Nunc dimittis ;***

e) ad benedictionem in fine Primae et Completorii;

f) ad versum ***Divinum auxilium,*** in fine divini Officii.

261. Signo crucis os sibi signant in principio Matutini, ad verba ***Domine, labia mea aperies.***

265. Signo crucis pectus sibi signant ad verba ***Converte nos*** in Completorio.

266. Omnes stant :

a) in principio cuiusque Horae, donec primus versus primi psalmi inchoatus sit;

b) dum dicuntur hymni, et cantica evangelica;

c) ad Matutinum etiam ad invitatorium cum suo psalmo et ab expleta ultima antiphona cuiusque Nocturni usque ad primam benedictionem ante lectiones inclusive; et dum legitur textus Evangelii ante homiliam ;

d) ad Laudes et ad Vesperas etiam ab expleta antiphona post ulti-

mum psalmum usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad preces aut ad orationem, iuxta rubricas ;

e) ad Primam, ab expleta antiphona usque ad finem, praeterquam ad lectionem Martyrologii, nisi genuflectendum sit ad orationes;

/) ad Tertiam, Sextam et Nonam, ab expleta antiphona usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad orationem ;

g) ad Completorium, ab expleta antiphona post psalmos usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad orationem ;

h) ad intonationem antiphonarum in Matutino, Laudibus et Vesperis cantatis, iuxta consuetudinem ;

i) ad antiphonam finalem B. Mariae Virg., post Completorium, sabbato et dominica, etiam si non fit Officium de dominica, et toto tempore paschali.

267. Omnes genua flectunt :

a) ad verba ***Venite, adoremus et procidamus,*** etc. in psalmo ***Venite, exsultemus*** in initio Matutini;

b) ad versum ***Te ergo quaesumus*** in hymno ***Te Deum ;***

c) ad preces, quando dicendae sunt ;

d) in Officio feriali Adventus, Quadragesimae et Passionis necnon Quatuor Temporum mensis septembris, et de .vigiliis II et III classis, excepta vigilia Ascensionis, in omnibus Horis ad orationem et commemorationes forsan sequentes ; hebdomadarius autem stat ;

e) ad antiphonam finalem B. Mariae Virg., post Completorium, praeterquam sabbato et dominica et toto tempore paschali; hebdomadarius autem stat dum dicit orationem;

/) in quibusdam aliis peculiaribus adiunctis, quae suis locis notantur.

268. Omnes sedent :

a) in omni Hora, incepto primo versu primi psalmi, donec antiphona ultimi psalmi repetita sit ;

b) ad lectiones cum suis responsoriis ad Matutinum, praeterquam dum legitur textus evangelii ante homiliam ;

c) dum legitur Martyrologium, ad Primam, nisi aliter statuatur. '

PARS TERTIA

RUBRICAE GENERALES MISSALIS ROMANI

CAPUT I

NOTIONES ET NORMAE GENERALES

269. Sacrosanctum Missae Sacrificium, iuxta canones et rubricas celebratum, est actus cultus publici, nomine Christi et Ecclesiae Deo redditi. Denominatio proinde « Missae privatae » vitetur.

270. Missa cum Officio divino summum totius christiani cultus constituit; Missa proinde per se cum Officio diei concordare debet.

Dantur tamen etiam Missae extra ordinem Officii, scilicet votivae aut defunctorum.

271. Missarum species duae sunt : ***Missa in cantu*** et ***Missa lecta.***

Missa dicitur ***in cantu,*** si sacerdos celebrans partes ab ipso iuxta rubricas cantandas revera cantu profert ; secus dicitur ***lecta.***

Missa in cantui porro, si celebratur cum assistentia ministrorum sacrorum, appellatur ***Missa solemnis;*** si celebratur absque ministris sacris, vocatur ***Missa cantata.***

Missa solemnis demum, quae ab Episcopo vel ab aliis facultatem habentibus celebratur cum solemnitatibus in libris liturgicis statutis, dicitur ***Missa pontificalis.***

272. Missa natura sua postulat, ut omnes adstantes, secundum modum sibi proprium, eidem participent.

Varios autem modos, quibus fideles sacrosancto Missae Sacrificio actuose participare possunt, ita oportet moderari, ut periculum cuiusvis abusus amoveatur, et praecipuus eiusdem participationis finis obtineatur, plenior scilicet Dei cultus et fidelium aedificatio.

De hac fidelium actuosa participatione fusius actuni est in ***Instructione de Musica sacra et sacra Liturgia*** a S. Rituum Congregatione data die 3 septembris anni 1958.

273. Rubricae quae sequuntur valent tam pro Missis in cantu quam pro Missis lectis, nisi aliter expresse caveatur.

CAPUT II

DE CALENDARIO ADHIBENDO IN MISSAE CELEBRATIONE

274. Missa dicenda est iuxta calendarium, aut ecclesiae vel oratorii in quo Missa celebratur, aut loci, aut ipsius sacerdotis celebrantis, aut Ecclesiae universae, prout infra exponitur.

275. ***In ecclesia vel oratorio publico,*** quilibet sacerdos, tam dioecesanus quam religiosus, celebrare tenetur iuxta calendarium ipsius ecclesiae vel oratorii publici.

Idem servetur ***in oratorio semipublico principali*** seminarii, domus religiosae, collegii, nosocomii, carceris et similium.

276. ***In oratoriis secundariis*** seminarii, domus religiosae, collegii, nosocomii, carceris et similium, quilibet sacerdos sequi potest aut calendarium ipsius oratorii aut proprium.

277. ***In oratoriis privatis,*** et cum celebrat super altare portatile extra locum sacrum, quilibet sacerdos sequi potest aut calendarium loci (n. 53 ***a)*** aut proprium.

278. De festis Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, oppidi seu civitatis, necnon de anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis et aliis festis actu feriatis, si quae sint, quilibet sacerdos Missam celebrare debet, etiamsi secus calendarium proprium sequi posset.

279. Oratorium flxe constitutum ***in navibus*** est oratorium publicum ; et in eo adhiberi debet calendarium Ecclesiae universae. Cum autem quis celebrat extra huiusmodi oratorium, super altare portatile, adhibere potest vel.calendarium Ecclesiae universae vel calendarium proprium. Idem facere potest qui legitime celebrat in itinere aereo, fluviali vel viae ferreae.

»

280. In seminariis et collegiis clericorum dioecesanis, Religiosis commissis; necnon in seminariis et collegiis clericorum interdioecesanis, regionalibus, nationalibus et internationalibus, etiam Religiosis commissis, idem adhibetur calendarium, quod praecipitur pro recitatione divini Officii in communi (nn. 154-155).

281. In collegiis et domibus interprovincialibus, nationalibus et internationalibus Religiosorum, adhibendum est calendarium proprium Ordinis seu Congregationis universae (n. 55), additis tantum festis de quibus n. 57.

282. Calendarium ***dioecesanum,*** additis festis loci et ecclesiae vel oratorii propriis, adhiberi debet :

a) in ecclesiis cathedralibus, etsi Religiosis sint commissae;

b) in ecclesiis et oratoriis propriis cleri dioecesani, etsi chorum Religiosorum adnexum habeant, qui cum ecclesia per crates tantum communicat ;

c) in ecclesiis et oratoriis Religiosorum utriusque sexus, qui calendarium proprium non habent, additis tamen festis ipsis propriis et indultis ;

d) in ecclesiis et oratoriis Religiosorum, quae clero dioecesano commissa sunt, aut adnexum habent chorum Canonicorum ; non autem si ecclesia vel oratorium alicui sacerdoti in particulari est commissum ;

e) in ecclesia et oratorio principali seminarii, etsi Religiosis sit commissum, data tamen facultate addendi festa de quibus n. 154.

283. Calendarium ***religiosum,*** additis festis de quibus n. 57 atque festis ecclesiae vel oratorii propriis, adhiberi debet :

a) in ecclesiis et oratoriis principalibus Religiosorum, qui calendarium proprium habent, etsi sint paroecialia;

b) in ecclesiis et oratoriis cleri dioecesani, quae Religiosis commissa sunt, aut ipsis Religiosis inserviunt pro publica divini Officii recitatione, etsi sint paroecialia ; non autem si ecclesia vel oratorium alicui Religioso in particulari est commissum ;

c) in ecclesiis et oratoriis Tertiariorum utriusque sexus, etsi solum Officium parvum B. Mariae Virg. recitent;

d) in oratoriis secundariis seminarii Religiosis commissi, si haec oratoria ipsis Religiosis tantum inserviunt.

284. Sacerdos qui celebrat in ecclesia vel oratorio ubi ritus diversus viget, stare debet calendario ipsius ecclesiae vel oratorii quoad festa eorumque gradum, commemorationes et collectam imperatam. In ordinanda autem Missa, sumere debet partes variabiles proprias illius ritus, retentis caeremoniis et Ordinario proprii ritus.

CAPUT III

DE MISSA CONVENTUALI

285. Nomine Missae conventualis intellegitur Missa quae ab iis, qui per leges Ecclesiae choro adstringuntur, in coniunctione cum Officio divino quotidie celebranda est.

286. Singulis diebus una tantum dicenda est Missa conventualis, quae cum Officio in choro recitato concordare debet, exceptis diebus de quibus infra nn. 289-294.

Obligatio tamen alias Missas in choro celebrandi, ex piis fundationibus vel alia legitima causa, firma manet.

287. Missa conventualis dicenda est ***-post*** Tertiam, nisi communitatis moderator, gravi de causa, eam post Sextam vel Nonam dicendam esse censuerit.

In vigilia Pentecostes, Missa conventualis dicitur post Nonam.

288. Missa conventualis per se solemnis esse debet, vel saltem cantata. Ubi vero per leges particulares vel per peculiaria indulta a solemnitate Missae in choro dispensatum fuerit, convenit ut, Missae conventuali lectae chorales participationem liturgicam directam praestent, partes saltem Ordinarii Missae recitando. Porro iidem chorales prohibentur quominus, inter Missam conventualem, Horas canonicas choraliter prosequantur.

289. In omnibus feriis IV classis, nisi aliter praescribatur, loco Missae conventualis Officio conformis, dici potest, cum commemoratione feriae occurrentis :

a) aut Missa quae respondet commemorationi in Officio diei forte occurrenti ;

b) aut Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata ;

c) aut una ex Missis votivis quae in Missali, pro Missa con ventuali, per hebdomadam disponuntur ; '

d) aut quaelibet alia Missa, quae tamquam votiva celebrari permittitur.

290. ***Missa conventualis pro defunctis*** sacerdotibus, benefactoribus et aliis, excepto tempore natalicio et paschali :

a) dici debet, quolibet mense, excepto mense novembri, prima feria IV classis;

b) dici potest, qualibet hebdomada, prima feria IV classis.

Sumitur Missa « quotidiana » cum oratione ***Deus, veniae largitor.***

291. In diebus Litaniarum tam maiorum quam minorum, ubi fit processio, aut fiunt aliae peculiares supplicationes, Missa conventualis dici debet de Rogationibus (nn. 346-347).

292. In die coronationis Summi Pontificis, et in anniversariis eiusdem Summi Pontificis et Episcopi dioecesani, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, pro Missa conventuali dicitur Missa de ipsis anniversariis, iuxta nn. 362-363.

293. In anniversario Episcopi proxime defuncti, necnon in anniversario quod infra octiduum omnium Fidelium defunctorum celebratur pro animabus omnium Episcoporum et ecclesiae cathedralis Canonicorum defunctorum, in ipsa ecclesia cathedrali pro Missa conventuali di citur Missa de iisdem anniversariis.

294. In anniversariis omnium defunctorum alicuius Capituli aut Ordinis seu Congregationis ad chorum obligatae, pro Missa conventuali dicitur Missa de iisdem anniversariis.

295. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, pro Missa conventuali adhibenda est Missa quae prima inscribitur hoc die; et chorales illi soli interesse tenentur.

296. In festo Nativitatis Domini, in choro dicuntur duae Missae conventuales, scilicet una in nocte et altera in die.

297. Cum Episcopus Missam solemniter celebrat, vel eidem assistit; aut cum in choro canitur Missa Officio non conformis, ratione alicuius solemnitatis externae, chorales huic Missae tantum interesse tenentur, etsi pro benefactoribus non applicetur, servata tamen lege de applicanda alia Missa per eum ad quem spectat.

CAPUT IV

DE MISSA IN DOMINICIS ET FERIIS

298. Omnes dominicae, sive I sive II classis, propriam Missam habent. Attamen dominicae post Epiphaniam, quae transferuntur inter dominicam XXIII et XXIV post Pentecosten, sumunt antiphonas ad Introi-

tum, ad Offertorium et ad Communionem, necnon graduale et ***Alleluia*** cum suo versu a dominica XXIII post Pentecosten, retentis orationibus, Epistola et Evangelio propriis.

299. Item propriam Missam habent omnes feriae temporis Quadragesimae et Passionis necnon Quatuor Temporum Adventus et septembris. In reliquis feriis dicitur Missa dominicae praecedentis, e qua pariter sumuntur orationes, quoties feria est commemoranda, nisi a rubricis aliter provisum sit.

300. In sabbatis Quatuor Temporum et in sabbato « Sitientes », Missa in qua Ordines sacri conferuntur dicenda est de sabbato, etiam festo I vel II classis occurrente.

CAPUT V

DE MISSIS FESTIVIS

301. Missa de festo, ***sensu proprio,*** intellegitur Missa de Mysterio, Sancto vel Beato quae celebratur secundum ordinem Officii.

302. ***Sensu*** autem ***latiore,*** dicuntur quoque Missae de festo :

a) Missa de festo III classis ab alio festo eiusdem gradus impedito ;

b) Missa de commemoratione in Officio diei occurrente ;

c) Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata.

303. Missae festivae numero praecedenti recensitae omnibus iuribus liturgicis gaudent, ac si festum cum integro Officio celebraretur. Attamen :

a) Missa de festo III classis impedito dici potest suo die, solummodo si etiam festum impediens sit III classis ;

b) Missa de commemoratione in Officio diei occurrente, et Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata, dici potest tantum si occurrit dies liturgicus IV classis.

304. Missae quae dicuntur festivae sensu latiore prohibentur in ecclesiis unam tantum Missam habentibus :

a) quoties urgeat onus Missae conventualis cui per alium sacerdotem satisfieri nequeat, nisi Missa, iuxta n. 289, tamquam conventualis dici possit;

b) quoties diebus Litaniarum dicenda sit, iuxta rubricas, Missa de Rogationibus.

305. Ad formulam autem Missae festivae eligendam extra Missam conventualem, haec serventur :

a) pro festis quae in Proprio Sanctorum habentur, sumitur Missa, quae, suo die, in Missali indicatur. Attamen, loco Missae de Communi, sumi potest, ad libitum sacerdotis celebrantis, Missa propria de eodem festo, si habetur, inter Missas pro aliquibus locis ;

b) pro festis quae in Proprio Sanctorum non habentur, sumitur Missa de Communi. Quoties in eodem Communi plures exstant formulae, electio fit ad libitum sacerdotis celebrantis. In singulis autem Communibus Epistolae et Evangelia, quae habentur sive in ipsis Missis sive ad' calcem totius Communis, sumi possunt in qualibet Missa de eociem. Communi.

CAPUT VI

DE MISSIS VOTIVIS

A) ***De Missis votivis in genere***

306. Nomine Missae votivae intellegitur Missa quae dicitur extra ordinem Officii vel còmmemorationum diei currentis, aut non est de Mysterio, vel Sancto eo die in Martyrologio elogium habente.

307. Missa votiva potest esse :

a) de mysteriis Domini ;

b) de Beata Maria Virgine ;

c) de Angelis;

d) de Sanctis;

e) ad diversa.

308. Tamquam Missae votivae, ***de mysteriis Domini,*** celebrari possunt :

a) in Ecclesia universa :

1) de Ssma Trinitate;
2) de Ssmo Nomine Iesu ;
3) de Ssmo Corde Iesu;
4) de pretiosissimo Sanguine D.N.I.C. ;
5) de Christo Rege;

6) de Ssmo Eucharistiae Sacramento;
7) de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote;
8) de sancta Cruce;
9) de Passione Domini;
10) de sancta Familia Iesu, Mariae, Ioseph;
11) de Spiritu Sancto;

b) in singulis ecclesiis, praeter Missas supra memoratas, omnes Missae de festis Domini quae in calendariis particularibus inscribuntur, et aliae Missae votivae specialiter concessae.

Celebrari tamen nequeunt, tamquam votivae, Missae quae referuntur ad mysteria vitae Domini.

309. ***De Beata Maria Virgine*** celebrari possunt, tamquam votivae :

a) in ecclesia universa, Missae quae pro sancta Maria in sabbato, iuxta temporum diversitatem, in Missali assignantur, necnon omnes Missae de festis B. Mariae Virg. quae in calendario universali inscribuntur;

b) in singulis ecclesiis, praeter Missas supra memoratas, omnes Missae de festis B. Mariae Virg. quae in calendariis particularibus inscribuntur, et aliae Missae votivae specialiter concessae.

Partes variandae iuxta diversa anni tempora, in his Missis deficientes, sumuntur e Communi festorum B. Mariae Virg.

Celebrari tamen nequeunt, tamquam votivae, Missae quae referuntur ad mysteria vitae eiusdem B. Mariae Virginis, excepta Missa de eiusdem Immaculata Conceptione.

310. ***De Angelis*** celebrari possunt, tamquam votivae :

a) Missae de singulis festis Ss. Angelorum ;

b) Missa votiva de Ss. Angelis feriae III assignata.

311. ***De Sanctis*** celebrari possunt, tamquam votivae, Missae de quolibet Sancto canonizato elogium habente in Martyrologio romano, vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata.

312. ***Missae votivae de Beatis*** permittuntur, ex Apostolico Indulto, unice in triduo quod in eorum honorem celebratur intra annum a beatificatione.

313. ***Missae votivae « ad diversa »*** habentur in Missali, vel eius Appendice pro aliqua ecclesia approbata, pro peculiaribus circumstantiis vel necessitatibus celebrandae.

314. Pro Missa votiva de mysteriis Domini sumitur Missa de respectivo festo, nisi expresse indicetur aliam esse adhibendam ; aut peculiaris Missa votiva.

315. Pro Missa votiva de B. Maria Virg., de Angelis et de Sanctis sumitur Missa de respectivo festo, si in Missali habetur, sive in Proprio Sanctorum sive inter Missas pro aliquibus locis, nisi alia Missa tamquam votiva in Missali expresse indicetur.

Quodsi festum in Missali desit, sumitur Missa de Communi. Quoties in eodem Communi plures exstant formulae, electio fit ad libitum sacerdotis celebrantis. In singulis autem Communibus, Epistolae et Evangelia, quae habentur sive in ipsis Missis sive ad calcem totius Communis, sumi possunt in qualibet Missa de eodem Communi.

Serventur tamen rubricae de mutandis nonnullis partibus vel verbis, iuxta anni tempora et iuxta qualitatem mere votivam huius Missae.

316. Pro aliqua peculiari necessitate, sumitur Missa votiva propria, si habetur in Missali ; ea vero deficiente, sumitur « Missa pro quacumque necessitate », adhibitis, loco orationum huius Missae, orationibus necessitati occurrenti convenientibus, si inter ((Orationes diversas » inveniuntur.

317. Quaevis Missa votiva de mysteriis Domini, de B. Maria Virg. vel Sancto, prohibetur quoties occurrit dies liturgicus I vel II classis in quo fit Officium de eadem Persona. Tunc, loco Missae votivae, dicenda est Missa de Officio occurrenti. Occurrente vero die liturgico III vel IV classis, eligi potest aut Missa de Officio diei aut Missa votiva, exclusa alterius commemoratione.

318. Oratio Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi Missae diei, solummodo si Missa votiva est I aut II classis, et modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus.

De Missa votiva III classis impedita nihil fit in Missa de Officio occurrenti.

319. In admittendis et ordinandis orationibus in Missis votivis, serventur ea quae infra pro singulis Missarum votivarum classibus statuuntur (nn. 330 ***b,*** 343 ***b,*** 386 ***b,*** 389 ***b).***

320. De hymno angelico et de symbolo in Missis votivis dicitur suis locis, cum agitur de singulis Missarum votivarum classibus, et infra, nn. 431-432, et 475-476.

321. Sequentia, si qua habetur, in Missis votivis omittitur.

322. Praefatio dicitur quae cuique Missae votivae propria est; qua deficiente, dicitur praefatio de Tempore aut communis, iuxta normas generales.

323. Color paramentorum, in Missis votivis, debet esse cuique Missae conveniens; sed in Missis votivis lectis IV classis non conventualibus, adhiberi potest etiam color Officii diei, servato tamen colore violaceo et nigro unice pro Missis quibus per se competit.

324. Nisi in rubricis particularibus aliud statuetur, Missa votiva potest esse aut in cantu aut lecta.

325. Missae votivae sunt I, II, III aut IV classis ; de singulis agitur numeris sequentibus.

326. Quaevis Missa votiva prohibetur in ecclesiis unam tantum Missam habentibus :

a) quoties urgeat onus Missae conventualis, cui per alium sacerdotem satisfieri nequeat, exceptis Missis votivis, quae certis diebus pro Missa conventuali dici possunt (n. 289) aut debent (nn. 290-294) ;

b) die 2 februarii, si fiat benedictio candelarum;

c) in Litaniis maioribus et minoribus, si dicenda sit Missa de Rogationibus (n. 346).

327. Quoties, in rubricis aut in peculiari indulto, aliqua Missa indicatur tamquam votiva alicuius classis, ordinanda est iuxta normas et privilegia, quae pro eadem classe Missarum votivarum statuuntur.

B) ***De Missis votivis I classis***

I - De Missis votivis I classis in genere

328. Nomine Missae votivae I classis intellegitur Missa votiva quae celebrari permittitur omnibus diebus liturgicis, iis tantum exceptis qui sub nn. 1-8 in tabella praecedentiae recensentur, salvo praescripto n. 332.

329. Missae votivae I classista rubricis generalibus praevisae, sunt:

a) Missae de Dedicatione, in actu consecrationis ecclesiae (nn. 331-334);

b) Missae ***in cantu*** de Ssmo Eucharistiae Sacramento, in solemnioribus celebrationibus Congressus eucharistici (n. 335) ;

c) Missae ***in cantu*** de mysteriis Domini, B. Maria Virg., Sancto vel Beato, occasione celebrationis extraordinariae (n. 340 ***a)***.

330. Privilegia Missarum votivarum I classis sunt :

a) dicuntur cum ***Gloria*** et *Creerò ;*

b) excludunt omnes commemorationes non privilegiatas, et collectam ab Ordinario loci imperatam ;

c) oratio Missae votivae impeditae additur sub unica conclusione orationi Missae diei currentis, modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, 3 et S in tabella praecedentiae recensitus ;

d) si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis.

II - De Missis Dedicationis in actu consecrationis ecclesiae

331. Ecclesiarum consecratio, quamvis omni die de iure neri possit, opportunius tamen fit dominicis et festis diebus. Prohibetur vero in vigilia et festo Nativitatis Domini, in festis Epiphaniae et Ascensionis Domini, Corporis Christi, diebus a dominica II Passionis seu in palmis usque ad dominicam Resurrectionis inclusive, in dominica Pentecostes, necnon die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum.

332. Missa de Dedicatione in actu consecrationis ecclesiae vel oratorii est pars totius ritus consecrationis; proinde celebrari debet quoties ecclesia vel oratorium consecratur, etiam diebus quibus reliquae Missae votivae I classis .prohibentur.

333. In Missa de Dedicatione in actu consecrationis ecclesiae additur, sub unica conclusione, oratio de Mysterio vel Sancto in cuius honorem ecclesia vel oratorium est consecratum, et nulla alia admittitur commemoratio, ne privilegiata quidem.

334. Aliae Missae quae in ecclesia vel oratorio, die consecrationis, expleto ritu, celebrantur, dici possunt de Dedicatione, tamquam votivae I classis.

III - De Missis in Congressibus eucharisticis

335. Singulis diebus Congressus eucharistici dioecesani, regionalis, nationalis et internationalis, Missa principalis, dummodo sit ***in cantu,*** celebrari potest de Ssmo Eucharistiae Sacramento, tamquam votiva I classis.

336. In ceteris publicis celebrationibus eorundem Congressuum, Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento celebrari potest tamquam votiva II classis.

337. Singuli sacerdotes qui Congressui eucharistico intersunt, celebrare possunt Missam de Ssmo Eucharistiae Sacramento, tamquam votivam III classis.

IV - De Missis votivis in quibusdam celebrationibus extraordinariis

338. Privilegia hac paragrapho indicata spectant ad Missas :

a) in triduo vel octiduo quod in honorem alicuius Sancti vel Beati, intra annum a canonizatione vel beatificatione, celebratur ;

b) in quibusdam celebrationibus extraordinariis, per triduum vel octiduum perductis, occasione v. gr. saecularis recurrentiae. Excluduntur tamen celebrationes extraordinariae in honorem Beatorum.'

339. Ad celebrationes peragendas, de quibus numero praecedenti, requiritur peculiare indultum Sanctae Sedis.

340. Singulis diebus harum celebrationum permittitur :

a) unica Missa in cantu de mysterio Domini, B. Maria Virg., Sancto vel Beato in cuius honorem celebrationes peraguntur, tamquam votiva *1* classis ;

b) omnes Missae lectae/ ut sujfra, tamquam votivae II classis.

C) *De Missis votivis II classis*

I - De Missis votivis II classis in genere

341. Nomine Missae votivae II classis intellegitur Missa votiva quae celebrari permittitur omnibus diebus liturgicis II, III et IV classis.

Missa tamen pro Sponsis et Missa pro gratiarum actione in 25° vel 50° anniversario a celebratione matrimonii prohibentur omnibus diebus dominicis.

342. Missae votivae II classis, a rubricis generalibus praevisae, sunt :

a) Missa in solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris (n. 345) ; ^

b) Missa Rogationum in Litaniis tam maioribus quam minoribus (nn. 346-347) ;

c) Missae votivae occasione orationis Quadraginta Horarum aut alterius expositionis Ssmi Sacramenti (nn. 348-355);

d) Missae de solemnitate externa festorum (nn. 356-361) ;

e) Missa in die coronationis Summi Pontificis et in anniversariis Papae et Episcopi dioecesani (nn. 362-365) ;

/) Missa pro re gravi et publica simul causa (nn. 366-368);

g) Missa ((Pro Fidei propagatione » (n. 369) ;

h) Missae in quibusdam occasionibus peculiaribus (nn. 370-372) ;

i) Missa votivae in sanctuariis (nn. 373-377) ;

I) Missa votiva pro Sponsis et Missa pro gratiarum actione in 25° et 50° anniversario a celebratione matrimonii (nn. 378-382).

313. Privilegia Missarum votivarum II classis sunt :

a) dicuntur cum *G-loria,* nisi adhibeatur color violaceus paramentorum ; sed sine *Credo,* nisi ratione dominicae aut octavae occurrentis dicendum sit;

b) admittunt unam tantum commemorationem, et excludunt collectam ab Ordinario loci imperatam ;

c) oratio Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi Missae diei, modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus, salvo praescripto n. 380 ;

d) si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis.

344. Missae votivae II classis reguntur normis generalibus n. 343 memoratis; quae autem sunt cuique Missae propria, infra indicantur.

II - De Missa -votiva in solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris

345. In solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris, expleto ritu, dicitur, tamquam votiva II classis, Missa de Mysterio vel Sancto in cuius honorem ecclesia vel oratorium est benedictum, vel altare est consecratum.

III - De Missa Rogationum in Litaniis tam maioribus quam minoribus

346. In Litaniis tam maioribus quam minoribus (nn. 80-90), in ecclesiis in quibus fit processio vel, de mandato Ordinarii loci, peculiares celebrantur supplicationes (n. 83), dicitur, tamquam votiva II classis, Missa de Rogationibus (cfr. n. 86).

347. Missa Rogationum, vel Missa diei quae locum tenet Missae votivae impeditae, habetur tamquam pars totius actionis liturgicae; et

dicitur regulariter expleta processione, vel expletis aliis peculiaribus supplicationibus.

IV - De Missis votivis occasione orationis Quadraginta Horarum aut alterius expositionis Ssmi Sacramenti

348. Ad exponendum et reponendum Ssmum Sacramentum pro oratione Quadraginta Horarum, sive continua sive interrupta, in ipso altari expositionis celebratur, *in cantu,* tamquam votiva II classis, Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

349. Die medio expositionis, in altari ubi Ssmum Sacramentum non est expositum, celebrari potest *in cantu,* tamquam votiva II classis, aut Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento, aut alia Missa votiva peculiaribus necessitatibus loci accommodata.

350. Diebus quibus Missae votivae IV classis a rubricis permittuntur, convenit ut Missae quae celebrantur in ecclesia in qua habetur oratio Quadraginta Horarum, sint de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

351. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum :

a) expositio Ssmi Sacramenti sequatur, repositio vero praecedat Missam in cantu, vel principalem ;

b) tempore expositionis, Missae de Officio diei dicuntur cum paramentis violaceis, et extra altare expositionis.

352. Die 2 februarii, feria IV cinerum et in dominica II Passionis seu in palmis, si fit benedictio candelarum, aut respective cinerum vel palmarum, Ssmum Sacramentum, pro adoratione Quadraginta Horarum expositum, tempore benedictionis et processionis vel impositionis cinerum, aut transfertur ad aliud altare in quo adoratio continuari possit absque detrimento pietatis fidelium, aut deponitur, et adoratio resumitur, expleta benedictione et processione vel cinerum impositione cum Missa. Quod convenienter servatur etiam in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, pro Missa principali diei et sequenti absolutione ad tumulum.

353. Ad exponendum Ssnium Sacramentum pro publica adoratione, quae per unum diem protrahitur, dici potest, tamquam votiva II classis, Missa de Ssiho Eucharistiae Sacramento.

354. Ad exponendum vero Ssmum Sacramentum pro publica adoratione, quae per aliquas tantum horas protrahitur, dicitur Missa de die, sine commemoratione Ssnìi Sacramenti.

Diebus tamen, quibus permittuntur Missae votivae IV classis, convenientius dicitur Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

355. In Missis quae durante adoratione, ex indulto, ad altare expositionis celebrantur, additur, sub unica conclusione, oratio de Ssmo Eucharistiae Sacramento, modo ne occurrat dominica, nec Officium, Missa aut commemoratio fiat de Christo Domino.

V - De Missis votivis in solemnitate externa festorum

356. Nomine solemnitatis externae alicuius festi intellegitur celebratio ipsius festi absque Officio, in bonum fidelium, vel die quo festum impeditur, vel in dominica quando ipsum festum occurrit infra hebdomadam, vel alio statuto die.

357. Solemnitas externa alicui festo aut ipso iure competit, aut peculiari indulto conceditur.

358. Solemnitas externa ipso iure competit dumtaxat :

a) festo Ssmi Cordis Iesu, in dominica III post Pentecosten;

6) festo B. Mariae Virg. a Rosario, in dominica I mensis octobris;

c) festis I aut II classis, quae cum quadam peculiari actione liturgica sunt connexa, si eadem actio liturgica, approbante Sancta Sede, in dominicam transfertur, pro ea tantum Missa, quae coniunctim cum praedicta actione.' liturgica celebratur ;

d) festo Patroni principalis, rite constituti;

e) anniversario Dedicationis propriae ecclesiae;

/) festo Tituli propriae ecclesiae;

g) festo Tituli Ordinis seu Congregationis;

h) festo Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis;

i) festis I et II classis, quae cum peculiari populi concursu celebrantur : cuius rei iudex est loci Ordinarius.

359. Solemnitas externa, si ipso iure competit, nec supra, n. 358, pro quibusdam solemnitatibus externis aliter statuatur, fieri potest aut ipso die quo festum impeditur, aut in dominica immediate praecedenti vel immediate sequenti Officium festi impediti, iuxta rubricas.

Si vero peculiari indulto conceditur, solemnitas externa diei definito assignatur.

360. De festo cuius fit solemnitas externa, celebrari potest una Missa in cantu et altera lecta, vel duae Missae lectae, tamquam votivae II classis, excepto casu de quo n. 358 *c.*

361. Solemnitates externae per peculiare indultum quibusdam dioecesibus, ecclesiis vel familiis religiosis iam antea concessae, in vigore manent, ea tamen restrictione quod diebus liturgicis I classis prohibeantur, et numquam plures quam duae Missae de eadem solemnitate celebrari possint.

VI - De Missa votiva in die coronationis Summi Pontificis et in anniversariis Papae et Episcopi dioecesani

362. *In die coronationis Summi Pontificis ;*
in anniversario coronationis Summi Pontificis;
in anniversario aut electionis aut consecrationis aut translationis Episcopi dioecesani (semel scilicet, die ab ipso Episcopo eligendo), pro Missa conventuali, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, dicitur Missa votiva propria, ad modum Missae votivae II classis.

363. Si autem haec Missa votiva impeditur, haec serventur :

a) si anniversarium coronationis Summi Pontificis *perpetuo* impeditur pro universa Ecclesia ; aut si anniversarium Episcopi perpetuo impeditur pro universa dioecesi, fixe reponitur in proximiorem diem similiter non impeditum. Pariter reponitur anniversarium Episcopi dioecesani, si eodem die occurrat dies coronationis Summi Pontificis vel eiusdem anniversarium ;

b) si *accidentaliter* tantum impediuntur a die sub nn. 1, 2, 3, et 8 in tabella praecedentiae recensito, transferuntur in proximum diem qui non sit I classis.

364. Iisdem diebus, supra n. 362, recensitis, in omnibus ecclesiis et in omnibus Missis, praeter quam defunctorum, additur oratio pro Papa aut pro Episcopo, prout infra, n. 449, indicatur. Attamen haec oratio transfertur, quoties transfertur Missa votiva in ecclesiis cathedralibus et collegiatis.

365. Una Missa « In anniversario coronationis Papae » permittitur, de consensu Ordinarii loci, tamquam votiva II classis, in singulis ecclesiis, die quo peculiares aguntur celebrationes in honorem Summi Pontificis.

VII - De Missa votiva pro re gravi et public» simul causa

366. Nomine Missae votivae pro re gravi et publica simul causa intellegitur Missa quae, de mandato vel consensu Ordinarii loci, cum populi concursu celebratur, pro aliqua gravi necessitate vel utili-

tate spirituali vel temporali, quae communitatem vel notabilem ipsius partem afficit.

367. Missa votiva pro re gravi est unica in qualibet ecclesia; et sumitur Missa quae necessitati convenit, aut, ea deficiente « Missa pro quacumque necessitate », iuxta ea quae supra, n. 316, indicantur.

368. Cum occurrit gravis necessitas aut publica calamitas, tempus autem Ordinarium loci adeundi non suppetit, parochus Missam votivam, ut supra, n. 366, in sua paroecia statuere potest.

VIII - De Missa « Pro Fidei propagatione »

369. Una Missa ((Pro Fidei propagatione » celebrari permittitur, tamquam votiva II classis, in singulis ecclesiis, die quo peculiares habentur celebrationes pro Missionibus, et occasione Congressus missionalis.

IX - De Missis votivis in quibusdam occasionibus peculiaribus

370. Missae de quibus agitur hac paragrapho, peculiares respiciunt celebrationes, coetibus quibusdam particularibus aut parti tantum fidelium proprias.

Peculiares autem huiusmodi celebrationes sunt:

a) pro paroeciis: initium et finis sacrae Missionis ad populum; iubilaea maiora paroeciae et parochi vel alterius sacerdotis in paroecia degentis; solemnes celebrationes extraordinariae, et similia;

b) pro scholis, collegiis, seminariis et aliis institutis huius generis: initium et finis anni scholaris; iubilaea extraordinaria, ut sunt quinquagesimum vel centesimum anniversarium ab eorum institutione;

c) pro domibus religiosis: solemnia vestitionis aut professionis; initium et finis Capituli generalis, provincialis; iubilaea maiora Religionis, provinciae, domus; vigesimum quintum vel quinquagesimum anniversarium a professione vel ordinatione sacerdotali sodalium;

d) pro diversis coetibus, uti sunt confraternitates, societates piae, uniones professionales et similia: conventus generales annui; conventus extraordinarii plurium coetuum eiusdem generis: iubilaea maiora et similia;

e) pro domibus exercitiorum: initium et finis cursus exercitiorum vel conventus extraordinarii;

/) pro nosocomiis, castris, carceribus et institutis similibus: cele-

brationes extraordinariae religiosae, et aliae festivitates modo vel tempore extraordinario celebrandae.

371. Huiusmodi Missa, unica pro singulis occasionibus, est votiva II classis, et celebratur aut de mandato aut de consensu respectivi Ordinarii.

372. Missa, his occasionibus celebranda, seligatur conveniens, iuxta occasionimi diversitatem, ex. gr. de Spiritu Sancto, pro gratiarum actione, de aliquo mysterio Domini, de B. Maria Virg., aut Sancto, aut inter Missas votivas ad diversa.

X - De Missis votivis in sanctuariis

373. Sanctuarii nomine venit ecclesia seu aedes sacra divino cultui publice exercendo dicata, quae ob peculiarem pietatis causam (ex. gr. ob imaginem sacram ibi veneratam, ob reliquiam ibi conditam, ob miraculum quod Deus ibi operatus sit, ob peculiarem indulgentiam ibi lucrandam) a fidelibus constituitur meta peregrinationum ad gratias impetrandas vel vota solvenda.

374. Missae, votivae, ex indulto Sanctae Sedis, sanctuariis vel aliis piis locis concessae vel concedendae, sunt Missae votivae II classis.

375. Ad omnia altaria sanctuarii, Missa votiva celebrari potest singulis diebus quibus Missae votivae II classis permittuntur, sed solummodo a sacerdotibus peregrinis, aut quoties Missa dicitur in favorem peregrinantium.

376. Similiter, in piis locis, Missa votiva celebrari potest, ut votiva II classis, a sacerdotibus ipsum pium locum visitantibus.

377. Praeter casus nn. 375 et 376 recensitos, Missa votiva celebrari potest tantum ut votiva IV classis.

XI - De Missa votiva « Pro Sponsis » et de Missa pro gratiarum actione in 25° et 50° anniversario a celebratione matrimonii »

378. Missa votiva « Pro Sponsis », vel saltem eius* oratio in Missa diei impedientis, permittitur quoties nuptiae celebrantur, sive extra tempus clausum, sive etiam tempore clauso, si loci Ordinarius, ex iuxta causa, solemnem nuptiarum benedictionem permiserit.

379. Praeter dies quibus Missae votivae II classis prohibentur, Missa « Pro Sponsis » prohibetur etiam dominicis diebus et quoties, iuxta n. 381 *c,* benedictio nuptialis dari nequit.

380. Quoties Missa ((Pro Sponsis », non autem benedictio nuptialis, prohibetur, dicitur Missa de Officio diei, cuius orationi additur, sub unica conclusione, oratio Missae votivae impeditae iis etiam diebus quibus, iuxta n. 343 c, commemoratio Missae votivae II classis impeditae prohibetur ; et in ea datur benedictio nuptialis more solito.

Cum vero tam Missa « Pro Sponsis » quam benedictio nuptialis prohibentur, Missa una cum benedictione transferri potest in opportuniorem diem non impeditum, post celebratum matrimonium,

381. Quoad Missam « Pro Sponsis » et benedictionem nuptialem, haec insuper serventur :

a) benedictio nuptialis a Missa inseparabilis est. Proinde extra Missam dari nequit, nisi ex Apostolico Indulto ; quo in casu, impertienda est iuxta formulam, quae invenitur in Eituali romano, tit. VIII, cap. III ;

6) benedictio nuptialis infra Missam dari debet a sacerdote qui Missam celebrat, etiamsi alius sacerdos matrimonio adstiterit;

c) benedictio nuptialis omittitur, si sponsi non sunt praesentes ; et si uterque vel alteruter benedictionem iam acceperit, servata nihilominus, sicubi vigeat, consuetudine benedictionem impertiendi, si hanc vir tantum obtinuerit;

d) in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum et in Triduo sacro, prohibetur et Missa votiva et eius commemoratio in Missa diei, et benedictio nuptialis infra Missam.

382. Pro gratiarum actione in 25° vel 50° anniversario a celebratione matrimonii, dici potest, ut votiva II classis, aut Missa de Ssma Trinitate aut de B. Maria Vir g., addita oratione pro gratiarum actione sub unica conclusione cum prima.

Missa finita, super coniuges dicuntur preces quae inveniuntur in Eituali romano, tit. VIII, cap. VII.

XII - De aliis quibusdam Missis votivis II classis

383. Praeter Missas votivas II classis, numeris praecedentibus recensitas, revocare oportet Missas votivas lectas, quae permittuntur, tamquam votivae II classis, in celebrationibus Congressus eucharistici (n. 336), et in quibusdam celebrationibus extraordinariis (n. 340 6).

D) *De Missis votivis III classis*

384. Nomine Missae votivae III classis intellegitur Missa votiva quae celebrari potest diebus liturgicis III et IV classis.

385. Missae votivae III classis, a rubricis generalibus praevisae, sunt :

a) una Missa de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote, prima feria V vel primo sabbato cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis in quibus peculiaria pietatis exercitia pro cleri sanctificatione, eo die, peraguntur ;

6) duae Missae de Ssmo Corde Iesu, prima feria sexta cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis in quibus peculiaria pietatis exercitia in honorem eiusdem Ssmi Cordis, eo die, peraguntur;

c) una Missa de Immaculato Corde B. Mariae Virginis, primo sabbato cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis, in quibus peculiaria pietatis exercitia in honorem eiusdem Immaculati Cordis B. Mariae Virginis, eo die, peraguntur.

His addi debet Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento, quae singulis sacerdotibus permittitur, diebus Congressus eucharistici (n. 337).

386. Ratio ordinandi Missas votivas III classis haec est :

a) dicuntur cum *Gloria* ; sed semper sine *Credo ;*

b) admittunt duas commemorationes, aut unam commemorationem et collectam ab Ordinario loci imperatam ;

c) si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis ;

d) quoties prohibentur, non commemorantur in Missa diei.

E) *De Missis votivis IV classis.*

387. Missa votiva IV classis est Missa votiva quae celebrari potest tantum diebus liturgicis IV classis.

388. Pro Missa votiva IV classis sumi potest quaelibet Missa, quae a rubricis tamquam votiva permittitur. Requiritur tamen iusta causa, scilicet sacerdotis celebrantis vel fidelium necessitas, utilitas aut devotio.

389. In ordinanda Missa votiva IV classis, haec serventur :

a) non dicitur *Gloria,* nisi in Missis'de Angelis, quocumque die, et in Missis de B. Maria Virg., in sabbato ;

b) praeter orationem Missae, dici possunt duae aliae orationes, inter

quas adnumerandae sunt sive commemorationes de Officio diei aut in Officio diei occurrentes, sive collecta ab Ordinario loci imperata, sive oratio votiva ;

c) *Credo* semper omittitur ;

d) si in cantu celebrantur, adhibetur tonus ferialis.

CAPUT VII

DE MISSIS DEFUNCTORUM

A) *De Missis defunctorum in genere*

390. Missae pro defunctis, quae celebrantur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, sunt iuxta ordinem Officii ; omnes aliae Missae pro defunctis sunt extra ordinem Officii.

391. In Missis defunctorum nulla fit commemoratio de Officio diei currentis.

392. Missae defunctorum sunt I, II, III aut IV classis; de singulis agitur numeris sequentibus.

393. Quaevis Missa defunctorum, etiam exsequialis, prohibetur :

a) in ecclesiis et oratoriis ubi, quavis ratione, habeatur expositio Ssmi Sacramenti, toto expositionis tempore. Excipiuntur Missae in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum (n. 352) ;

6) in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, quoties urgeat onus Missae conventualis, cui per alium sacerdotem satisfieri nequeat ; nisi ipsa Missa conventualis dici debeat aut possit pro defunctis ;

c) in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die 2 februarii, et feria IV cinerum, si respective fit benedictio candelarum aut cinerum ; et in Litaniis maioribus et minoribus, si dicenda sit Missa de Rogationibus.

394. Prima Missa ex iis quae habentur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, adhibitis orationibus propriis in Missali inter orationes diversas pro defunctis assignatis, sumitur :

a) pro defunctis Summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis, et Sacerdotibus, in omnibus Missis I, II et III classis ;

h) in anniversariis omnium defunctorum alicuius Ordinis vel Congregationis clericalis.

.395. Missa quae inscribitur « In die obitus seu depositionis defuncti » dicitur pro defunctis non sacerdotibus :

a) in Missa exsequiali;

b) in Missis pro die obitus;

c) in Missis post acceptum mortis nuntium ;

d) in ultima defuncti sepultura;

e) in die III, VII et XXX, adhibitis tamen orationibus propriis.

396. Missa quae inscribitur « In anniversario defunctorum » sumitur in anniversariis defunctorum qui non sunt sacerdotes.

397. Missa « quotidiana » sumitur pro omnibus defunctis cuiusque ordinis vel gradus, extra dies supra recensitos.

398. Quoad orationes in Missis defunctorum, haec serventur :

a) omnes Missae defunctorum, sive in cantu sive lectae, per se dicuntur cum unica oratione, nisi oratio imperata pro defunctis, iuxta n. 458, addi debeat, vel oratio votiva pro defunctis, iuxta n. 464, addi possit ;

b) in Missis defunctorum IV classis, si pro certis defunctis applicentur, dicitur oratio conveniens, ut in Missali inter orationes diversas pro defunctis ; si applicentur pro defunctis in genere, vel designatio ignoretur, dicitur oratio *Fidelium;*

c) in Missis defunctorum prohibetur quaevis oratio, quae non est pro defunctis.

399. Sequentia *Dies irae :*

a) dici debet tantum in Missis defunctorum I classis. Attamen in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, cum quis tres Missas sine intermissione celebrat, sequentiam dicere debet tantum in Missa principali, secus in prima Missa ; in aliis Missis, nisi sint in cantu, eam omittere potest;

b) omitti potest in Missis defunctorum II, III et IV classis.

400. Quaelibet Missa defunctorum potest esse aut in cantu aut lecta.

401. Absolutio super cadaver aut super tumulimi :

a) fieri debet post Missam exsequialem ;

b) fieri potest post ceteras Missas defunctorum ;

c) fieri potest, ex rationabili causa, etiam post Missas quae non sunt defunctorum.

B) *De Missis defunctorum I classis*

I - De Missis defunctorum I classis in genere

402. Missae defunctorum I classis sunt :

a) Missae in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum ;

6) Missa exsequialis.

II - De Missis in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum

403. In die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, quilibet sacerdos tres Missas celebrare potest, ut in Missali hoc die.

404. In dicendis Missis huius diei, haec serventur :

a) qui unam dumtaxat Missam celebrat, primam adhibet ; qui vero duas, primam et secundam ;

T)) qui Missam in cantu vel conventualem celebrat, primam adhibet, facta ei potestate anticipandae secundae et tertiae ;

c) qui plures Missas in cantu celebrat, in diversis ecclesiis, semper primam adhibere debet ;

d) si vero plures Missae, in eadem ecclesia, in cantu celebrantur, primum adhibeatur prima, deinde secunda et denique tertia.

III - De Missa exsequiali

405. Nomine Missae exsequialis intellegitur unica Missa pro defunctis, quae directe connectitur cum exsequiis alicuius defuncti.

Haec Missa, per se, celebranda est praesente cadavere; celebrari vero potest etiam, rationabilem ob causam, absente vel iam sepulto.

406. Missa exsequialis prohibetur :

a) diebus sub nn. 1, 2, 3, 4, 5 et 6 in tabella praecedentiae recensitis ;

o) diebus festis de praecepto, inter festa sub n. 11 in tabella praecedentiae comprehensis;

c) in anniversario Dedicationis et in festo Tituli ecclesiae, in qua funus peragitur ;

d) in festo Patroni principalis oppidi vel civitatis ;

e) in festo Tituli et Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, ad quam pertinet ecclesia in qua funus peragitur.

407. Si Officium alicuius festi, de quo n. 406, iuxta rubricas, in alium diem accidentaliter transferendum sit, Missa exsequialis prohibetur die

quo festum impeditur ac permittitur die in quem transfertur Officium; si vero solemnitas externa alicuius festi tit in dominica, Missa exsequialis prohibetur die quo lit solemnitas externa, non autem die festo.

408. Quoties Missa exsequialis prohibetur, vel, ob rationabilem causam, in ipso actu funeris celebrari nequit, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

409. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum pro Missa exsequiali sumitur prima Missa diei cum orationibus pro respectivo defuncto in Missa exsequiali dicendis. Si vero prima Missa celebratur pro Officio diei, pro Missa exsequiali sumitur secunda, aut denique tertia.

C) *De Missis defunctorum II classis*

I - De Missis defunctorum II classis in genere

410. Missae defunctorum II classis sunt :

a) Missae pro die obitus ;

b) Missa post acceptum mortis nuntium;

c) Missa in ultima defuncti sepultura.

411. Omnes Missae defunctorum II classis dicuntur ut in die obitus ; permittuntur autem dummodo :

a) pro ipso defuncto applicentur ;

b) non occurrat dies liturgicus I classis aut dominica quaevis.

Si Missa in die obitus dicitur ultra octiduum a die obitus seu sepulturae defuncti, in oratione et postcommunione omittitur adverbium *hodie.*

II - De Missis pro die obitus

412. Nomine « Missae pro die obitus » intelleguntur Missae quae pro aliquo defuncto celebrantur a die obitus usque ad diem sepulturae :

a) sive in oratorio privato ipsius defuncti, dummodo cadaver sit physice praesens in domo;

b) sive in ecclesia vel oratorio loci ubi defunctus«>biit, sepelitur vel habuit domicilium ;

c) sive in ecclesia vel oratorio in quo celebratur Missa exsequialis, etsi a funere defuncti seiuncta.

III - De Missa post acceptum mortis nuntium

413. Nomine ((Missae post acceptum mortis nuntium » intellegitur unica Missa quae pro aliquo defuncto dici potest in qualibet ecclesia vel oratorio, opportuniore die post acceptum mortis nuntium.

IV - De Missa in ultima defuncti sepultura

414. Nomine Missae in ultima defuncti sepultura intellegitur unica Missa, quae dici potest in ecclesia vel oratorio illius loci, ubi corpus defuncti iam humatum ad definitivam sepulturam defertur, eo ipso die eiusdem definitivae sepulturae.

D) *De Missis defunctorum III classis*

I - De Missis defunctorum III classis in genere

415. Missae defunctorum III classis sun,t :

a) Missa in die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura defuncti;

6) Missa ((in anniversario » ;

c) Missae defunctorum in ecclesiis et sacellis coemeterii;

d) Missae defunctorum intra octiduum Commemorationis omnium Fidelium defunctorum.

416. Missae defunctorum III classis prohibentur diebus liturgicis I et II classis et adhibetur formula quae infra pro singulis Missis indicatur, nisi iuxta n. 394 prima Missa ex iis quae habentur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum sumenda sit.

II - De Missa in die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura

417. In die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura defuncti computando, in qualibet ecclesia vel oratorio dici potest pro ipso defuncto *unica* Missa ut in die obitus, adhibitis orationibus propriis, quae in fine huius Missae inveniuntur.

Quoties haec Missa a rubricis impeditur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

Huiusmodi Missae plures esse possunt diebus quibus Missae defunctorum IV classis permittuntur.

III - De Missa « in anniversario »

418. Anniversarium *stricte sumptum* intellegitur annuus recursus diei obitus aut sepulturae alicuius defuncti; *late sumptum* vero intellegitur aut anniversarium ex fundatione extra diem obitus vel sepulturae semel quolibet anno celebrandum, aut celebratio quae pro omnibus defunctis alicuius coetus, item semel quolibet anno, habetur, die aut ex fundatione vel consuetudine coetus statuto aut a coetu vel sacerdote celebrante statuendo.

419. His diebus, in qualibet ecclesia vel oratorio, permittitur *una* Missa quae dicenda est ut in anniversario; et quoties a rubricis prohibetur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

Huiusmodi Missae plures esse possunt diebus quibus Missae defunctorum IV classis permittuntur.

IV - De Missis in ecclesiis et sacellis coemeterii

420. Nomine ecclesiae vel sacelli coemeterii intellegitur :

a) ecclesia vel oratorium publicum principale coemeterii, in quo actu cadavera sepeliuntur, dummodo huiusmodi ecclesia vel oratorium adnexum non habeat onus chorale aut curam animarum ;

b) sacellum alicuius particularis sepulcreti rite erecti intra fines coemeterii.

421. Missae quae his locis celebrantur, dummodo pro defunctis applicentur, dici possunt de. requie, adhibita « Missa quotidiana » cum oratione convenienti.

V- De Missis defunctorum intra octiduum Commemorationis omnium Fidelium defunctorum

422. Intra octiduum a die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum inclusive computandum, omnes Missae, quae applicantur pro omnibus vel quibusdam defunctis, dici possunt de requie, adhibita Missa ((quotidiana» cum oratione convenienti.

E) *De Missis defunctorum IV classis, seu « quotidianis »*

423. Missae defunctorum IV classis sunt aliae Missae defunctorum « quotidianae », quae celebrari possunt, loco Missae Officio diei respondentis, in feriis IV classis tantum, extra tempus natalicium.

Maxime convenit ut hae Missae defunctorum IV classis tunc tantum dicantur cum revera pro defunctis, aut in genere aut certo designatis, applicantur.

CAPUT VIII

DE DIVERSIS MISSAE PARTIBUS

A) *De psalmo* ludica me, Deus, *confessione et altaris incensatione*

424. Psalmus *ludica me, Deus* cum sua antiphona, et confessio cum absolutione dicuntur, ante gradus altaris, in qualibet Missa sive in cantu sive lecta ; omittuntur autem una cum sequentibus versibus et orationibus *Aufer a noMs* et *Oramus te, Domine,* in :

a) Missa festi Purificationis B. Mariae. Vir g., quae sequitur benedictionem et processionem candelarum ;

lì) Missa feriae IV cinerum, quae dicitur post benedictionem et impositionem cinerum ;

c) Missa dominicae II Passionis seu in palmis, quae sequitur benedictionem et processionem ramorum ;

d) Missa Vigiliae paschalis ;

e) Missa Rogationum, quae sequitur processionem Litaniarum tam maiorum quam minorum ;

/) certis Missis, quae sequuntur quasdam consecrationes, ex rubricis Pontificalis romani.

425. Psalmus *ludica me, Deus* omittitur :

a) in Missis de Tempore, a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini;

o) in Missis defunctorum.

426. Incensationes quae in Missa solemni fieri debent, fieri possunt etiam in omnibus Missis cantatis.

B) *De antiphona ad Introitum, et* Kyrie, eleison

427. Ad Introitum dicitur antiphona cum versu psalmi et *Gloria Patri;* atque, his expletis, repetitur antiphona.

Deest vero antiphona ad Introitimi cum psalmo et *Gloria Patri* in Missa Vigiliae paschalis.

428. *Gloria Patri* ad Introitum omittitur in Missis de Tempore, a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini, et in Missis defunctorum.

429. Tempore paschali antiphonae ad Introitum duplex additur *Alleluia,* nisi iam habeatur. E contra, in qualibet antiphona ad Introitum, *Alleluia* omittitur quoties Missa dicitur extra tempus paschale, nisi in quibusdam Missis aliter indicetur.

430. *Kyrie, eleison* dicitur novies post repetitam antiphonam ad Introitum, id est ter *Kyrie, eleison,* ter *Christe, eleison,* et ter *Kyrie, eleison.*

C) *De hymno* Gloria in excelsis

431. Hymnus *Gloria in excelsis* dicitur :

a) in Missis quae respondent Officio diei, quotiescumque ad Matutinum dictus est hymnus *Te Deum;*

b) in Missis festivis de quibus n. 302;

c) in Missis feriae V in Cena Domini, et in Missa Vigiliae paschalis ;

d) in Missis votivis I, II et III classis, nisi adhibeatur color violaceus paramentorum ;

e) in Missis votivis IV classis de Angelis, quocumque die, et de B. Maria Virg. quae in sabbato celebrantur.

432. Hymnus *Gloria in excelsis* omittitur :

a) in Missis quae respondent Officio diei, quando ad Matutinum omittitur hymnus *Te Deum;*

b) in omnibus Missis in quibus adhibetur color violaceus paramentorum ;

c) in Missis votivis IV classis, iis exceptis de quibus n. 431 *e ;*

d) in Missis defunctorum.

D) *De orationibus*

I - De orationibus in genere

433. Nomine orationum, in Missa, intellegi debent :

a) oratio Missae quae celebratur ;

b) orationes Officii commemorati et alicuius commemorationis occurrentis ;

c) aliae orationes a rubricis praescriptae (nn. 447-453);

d) oratio ab Ordinario loci imperata (nn. 454-460) ;

e) oratio votiva, quae certis diebus liturgicis dici potest ad libitum sacerdotis celebrantis (nn. 461-465).

434. Numero orationum pro singulis diebus liturgicis statuto complectuntur tam oratio Missae et commemorationes quam aliae orationes sive a rubricis praescriptae sive ab Ordinario imperatae sive votivae. Proinde, post orationem Missae :'

a) in diebus liturgicis I classis, in Missis votivis I classis, et in Missis in cantu non conventualibus, nulla alia admittitur oratio, praeter orationem sub unica conclusione dicendam et unam commemorationem privilegiatam, salvo praescripto n. 333;

b) in dominicis II classis, nulla alia admittitur oratio, praeter commemorationem festi II classis, quae tamen omittitur si commemoratio privilegiata facienda sit;

G) in aliis diebus liturgicis II classis et in Missis votivis II classis una tantum alia admittitur oratio, scilicet aut una privilegata aut una ordinaria;

d) in diebus liturgicis III et IV c] assis et in Missis votivis III et IV classis duae tantum admittuntur orationes.

435. Quaelibet oratio, quae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum superet;; omittitur; profecto numerum ternarium orationum nullo praetextu excedere licet.

436. Oratio propria Missae semper dicitur sub sua conclusione, nisi ipsi alia oratio, sub eadem conclusione, iugenda sit, ut infra nn. 444-445 dicetur.

437. Sub altera conclusione semper dicuntur :

a) commemorationes faciendae;

b) oratio ab Ordinario loci imperata;

c) oratio votiva.

438. Si duae orationes in prima aut in altera parte sint iisdem fere verbis compositae, oratio posterior :

a) si est de Tempore, mutatur in aliam de sequenti dominica vel feria ;

b) si agitur de Sancto, mutatur in aliam de eodem vel simili Communi ;

c) si agitur de oratione imperata, omittitur.

439. In orationibus Officii translati vel repositi non sunt mutanda verba *hanc* vel *hodiernam* vel *praesentem diem,* aut similia.

440. Quoties in Missali dicenda occurrunt verba *Flectamus genua, Levate,* in Missa solemni a diacono, in ceteris Missis a celebrante proferenda sunt; et post *Flectamus genua,* omnes, una cum celebrante, flexis genibus, per aliquod temporis spatium in silentio orant; dicto *Levate,* omnes surgunt, et celebrans dicit orationem.

441. Ad qualitatem et numerum orationum in Missis defunctorum quod attinet, serventur ea quae n. 398 tradita sunt.

II - De orationibus in Missis cum pluribus lectionibus

442. In Missis cum pluribus lectionibus (nn. 467-468) commemorationes et aliae orationes ponuntur post orationem quae praecedit ultimam lectionem seu epistolam ; et haec tantum oratio computatur ad numerum orationum definiendum.

443. Ad commemorandam feriam cuius Missa plures habet lectiones -, sumitur prima oratio, scilicet ea quae dicta est in Laudibus.

III - De orationibus sub unica conclusione cum oratione Missae dicendis

444. Orationi Missae additur, sub unica conclusione, altera oratio, solummodo si agitur :

a) de oratione rituali (n. 447) ;

6) de oratione Missae votivae I aut II classis impeditae (nn. 330 *c,* 343 *c) ;*

c) de alia oratione a rubricis expresse indicata aut concessa uti dicenda sub unica conclusione cum oratione Missae (nn. 110, 350, 449, 451, 453).

445. Sub unica conclusione cum oratione Missae una tantum dici potest alia oratio.

Si vero plures orationes, iuxta rubricas, sub unica conclusione cum oratione Missae essent dicendae, una tantum retinetur, secundum ordinem supra, n. 444, descriptum; reliquae omittuntur. *

446. Oratio dicenda sub unica conclusione cum oratione Missae una cum illa computatur; et dicenda est etiam in Missis in cantu.

IV - De orationibus ritualibus

447. Nomine ((orationis ritualis » intellegitur oratio dicenda in Missa quae cum sequentibus benedictionibus vel consecrationibus connectitur :

a) consecratione Episcopi,

6) collatione sacrorum Ordinum,

c) benedictione Abbatis,

d) benedictione Abbatissae,

e) benedictione et consecratione Virginum,

/) benedictione coemeterii,

g) reconciliatione ecclesiae,

h) reconciliatione coemeterii.

Hae orationes, quae exstant inter Missas votivas ad diversa, semper addendae sunt, sub unica conclusione, orationi Missae.

448. In Missis in quibus additur oratio ritualis, excluduntur omnes aliae orationes, praeter commemorationes privilegiatas.

V - De orationibus in die coronationis Summi Pontificis et in anniversariis Papae et Episcopi dioecesani

449. In die coronationis Summi Pontificis et in anniversario eiusdem, necnon in anniversario aut electionis aut consecrationis aut translationis Episcopi dioecesani (semel scilicet, die ab ipso Episcopo eligendo), in omnibus Missis, praeterquam defunctorum, additur, sub unica conclusione cum oratione Missae, oratio pro Papa aut pro Episcopo, modo ne occurrat dies liturgicus sub n. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus (cfr. n. 363).

450. Quoties impeditur, oratio pro Papa aut pro Episcopo transfertur in proximiorem diem similiter non impeditum, eodem modo ac transfertur .Missa conventualis pro iisdem anniversariis, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis (n. 364).

VI - De oratione pro seipso sacerdote in anniversario propriae Ordinationis sacerdotalis

451. In anniversario propriae Ordinationis sacerdotalis, quilibet sacerdos orationi Missae, sub unica conclusione, orationem pro seipso addere potest, modo ne occurrat dies liturgicus sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus.

452. Quoties impeditur, oratio pro seipso sacerdote transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

VII - De oratione ((Pro Fidei propagatione »

453. Paenultima dominica mensis octobris, aut alia ab Ordinario loci statuta « pro Missionibus », in omnibus Missis, orationi Missae additur, sub unica conclusione, oratio pro Fidei propagatione, exceptis diebus sub n. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitis.

VIII - De oratione imperata

454. Nomine orationis imperatae intellegitur oratio, quam Ordinarius loci imperare potest, occurrente gravi et publica necessitate aut calamitate.

455. Tamquam imperata, ab Ordinario loci praescribi potest quaelibet oratio e Missis, quae tamquam votivae celebrari permittuntur, aut ex orationibus ad diversa, aut ex Missis et orationibus pro defunctis.

456. Maxime convenit ut Ordinarius loci orationem imperatam non modo stabili imponat, sed tantum ex causa revera gravi et per spatium quod tempus verae necessitatis non excedat.

457. Oratio imperata :

a) una tantum esse potest;

6) dici debet ab omnibus sacerdotibus Sacrum facientibus in ecclesiis et oratoriis, etiam exemptis, dioecesis;

c) numquam dicitur sub unica conclusione cum oratione Missae, sed post commemorationes privilegiatas ;

d) prohibetur omnibus diebus liturgicis I et II classis, in Missis votivis I et II classis, in Missis in cantu et quoties commemorationes privilegiatae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum compleverint.

458. Oratio imperata pro defunctis dicitur tantum in feriis IV classis, et in Missis votivis aut defunctorum lectis IV classis.

459. In publica calamitate aut necessitate, natura sua per longius tempus persistente (v. gr. bello* pestilentia et similius), Ordinarius loci imponere quidem potest orationem imperatam convenientem *pro toto tempore* infausti eventus ; sed haec oratio :

a) dicitur tantummodo feriis secunda, quarta et sexta;

i)) prohibetur iisdem diebus et in Missis de quibus supra, n. 457 *d.*

460. Occurrente urgentiore, gravi et publica necessitate aut calamitate, nec tempus suppetat adeundi Ordinarium loci, parochus, intra fines suae paroeciae, etiam pro ecclesiis et oratoriis exemptis, statuere potest orationem convenientem dicendam per tres dies continuos. Haec oratio iisdem diebus et in iisdem Missis prohibetur ac oratio ab Ordinario loci imperata (n. 457 *d)* ; quae, si dicenda esset, omittitur.

IX - De oratione votiva

461. Quilibet sacerdos addere potest unam orationem ad libitum in omnibus Missis lectis non conventualibus diebus liturgicis IV classis.

462. Oratio votiva eligi potest aut ex Missis, quae tamquam votivae celebrari permittuntur, aut ex orationibus ad diversa, aut ex Missis et orationibus pro defunctis.

463. Haec oratio ponitur ultimo loco, post alias orationes, non autem excedere debet numerum ternarium orationum.

464. Oratio votiva pro defunctis addi potest in Missis lectis non conventualibus defunctorum IV classis.

465. In oratione *A cunctis,* nominari potest sive Titularis propriae ecclesiae, sive quilibet Patronus principalis, sive Fundator aut Titulus Ordinis seu Congregationis. Ceterum serventur. rubricae quae, pro hac oratione, in Missali inveniuntur.

E) *De lectionibus et aliis usque ad Evangelium*

466. Post orationes dicitur Epistola; qua finita, respondetur *Deo gratias.*

467. Epistolae praemittitur una lectio :

a) in feriis IV Quatuor Temporum ;

b) in feria IV hebdomadae IV Quadragesimae;

c) in feria IV Hebdomadae sanctae.

In fine huius lectionis respondetur *Deo gratias.*

468. Quinque lectiones praemittuntur epistolae in sabbatis Quatuor Temporum; et in fine cuiusque lectionis, praeter quam post lectionem Danielis prophetae, respondetur *Deo gratias.*

In Missis conventualibus, et in Missis in quibus sacri Ordines con-

feruntur, semper dici debent omnes lectiones cum suis orationibus et versibus; in ceteris Missis, sive in cantu sive lectis, dici potest tantum prima oratio, quae respondet Officio, cum *Flectamus genua,* si dicendum est, et prima lectio cum suis versibus, deinde, dictis more solito *Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo* et *Oremus,* secunda oratio sine *Flectamus genua,* quam sequuntur aliae commemorationes forte occurrentes, et, omissis sequentibus lectionibus cum suis versibus et orationibus, statim subiungitur ultima lectio seu epistola cum sequenti tractu et, sabbato post Pentecosten, cum sequentia.

469. Post Epistolam, dicitur graduale, *Alleluia* cum suis versibus, aut tractus, prout in Missali suo loco indicatur.

470. Sequentia dicitur ante ultimum *Alleluia* vel post tractum. Omittitur in Missis votivis. Ad sequentiam *Dies irae* quod attinet, serventur normae n. 399 traditae.

471. In principio Evangelii dicitur *Dominus vobiscum,* cui respondetur *Et cum spiritu tuo;* deinde : *Sequentia* (vel *Initium) sancti Evangelii secundum N.,* cui respondetur *Gloria tibi, Domine;* et in fine respondetur *Laus tibi, Christe.*

472. In Hebdomada sancta, ante lectionem historiae Passionis Domini non dicitur *Dominus vobiscum,* neque *Sequentia sancti Evangelii, Gloria tibi, Domine,* sed *Passio Domini nostri Iesu Christi secundum N.,* et in fine non respondetur *Laus tibi, Christe.*

473. In Missis in cantu, ea omnia, quae diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii offici cantant vel legunt, a celebrante omittuntur.

474. Post Evangelium, praesertim in dominicis et diebus festis de praecepto, habeatur, iuxta opportunitatem, brevis homilia ad populum.

Homilia vero, si fiat ab alio sacerdote ac celebrante, non superimponatur Missae celebrationi impediendo fidelium participationem ; proinde, hoc in casu, Missae celebratio suspendatur, et tantummodo expleta homilia resumatur.

F) *De symbolo*

475. Post Evangelium aut homiliam, dicitur symbolum :

a) in qualibet dominica, etsi eius Officium alicui festo locum cedat, vel Missa votiva II classis celebretur ; -

b) in festis I classis et in Missis votivis I classis ;

c) in festis II classis Domini et B. Mariae Virg. ;

d) per octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, etiam in festis occurrentibus et in Missis votivis;

e) in festis nataliciis Apostolorum et Evangelistarum, necnon in festis Cathedrae S. Petri et S. Barnabae Ap.

476. Non dicitur symbolum :

a) in Missis sive Chrismatis sive in Cena Domini, feria V Hebdomadae sanctae, et in Missa Vigiliae paschalis;

b) in festis II classis, iis exceptis quae supra, n. 475 c et *e,* recensentur ;

c) in Missis votivis II classis;

d) in Missis festivis et votivis III et IV classis ;

e) ratione alicuius commemorationis in Missa occurrentis;

/) in Missis defunctorum.

G) *De antiphona ad Offertorium et de orationibus secretis*

477. Post symbolum vel, si non est dicendum, post Evangelium aut homiliam, dicitur *Dominus vobiscum* cui respondetur *Et cum spiritu tuo,* et *Oremus;* deinde antiphona ad Offertorium, quae deest tantum in Missa Vigiliae paschalis.

478. Tempore paschali, antiphonae ad Offertorium additur *Alleluia,* nisi iam habeatur. Retinetur vero *Alleluia,* quod aliquando invenitur in fine antiphonae ad Offertorium, extra tempus paschale, praeter quam a Septuagesima ad Pascha.

479. Oblatio hostiae et calicis, et quae sequuntur, fiunt ut in Ordine Missae.

480. Oratio ((secreta » dicitur secreto, absque *Dominus vobiscum* et *Oremus.* Tot vero dicuntur orationes secretae, quot dictae sunt orationes in initio Missae. Dicuntur eodem ordine et concluduntur ac aliae orationes.

481. Conclusio ultimae orationis secretae dicitur secreto usque ad verba *Per omnia saecula saeculorum,* quae clara voce proferuntur.

H) *De praefatione*

482. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est ; qua deficiente, dicitur praefatio de Tempore, secus communis.

483. Nulla commemoratio, in Missa occurrens, praefationem propriam inducit.

484. *Praefatio de Nativitate Domini* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de Nativitate Domini et de eiusdem octava, necnon in festo Purificationis B. Mariae Virg.;

b) tamquam *de Tempore,* infra octavam Nativitatis Domini, etiam in Missis quae secus praefationem propriam haberent, exceptis iis Missis quae praefationem propriam de divinis mysteriis vel Personis habent; et a die 2 ad 5 ianuarii.

485. *Praefatio de Epiphania Domini* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de festo Epiphaniae et de Commemoratione Baptismatis D. N. Iesu Christi;

b) tamquam *de Tempore* diebus a 7 ad 13 ianuarii.

486. *Praefatio de Quadragesima* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de Tempore a feria IV cinerum usque ad sabbatum ante dominicam I Passionis;

b) tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

487. *Praefatio de sancta Cruce* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de Tempore a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini; in Missis tam festivis quam votivis de sancta Cruce, de Passione Domini et instrumentis Passionis Domini, de pretiosissimo Sanguine D. N. Iesu Christi, de Ssmo Redemptore;

b) tamquam *de Tempore* in omnibus Missis a dominica I Passionis usque ad feriam IV Hebdomadae sanctae, quae praefatione propria carent.

488. *Praefatio de Missa Chrismatis* dicitur feria V in Cena Domini, in sua Missa.

489. *Praefatio paschalis* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de Tempore a Missa Vigiliae paschalis usque ad vigiliam Ascensionis Domini;

b) tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

490. *Praefatio de Ascensione 'Domini* dicitur: •

a) tamquam *propria* in festo Ascensionis Domini;

b) tamquam *de Tempore* in omnibus Missis a feria VI post Ascensionem usque ad feriam VI ante vigiliam Pentecostes, quae praefatione propria carent.

491. *Praefatio de Ssmo Corde Iesu* dicitur in Missis festivis et votivis de Ssmo Corde Iesu.

492. *Praefatio de D, N. Iesu Christo Rege* dicitur in Missis festivis et votivis de D. N. Iesu Christo Rege.

493. *Praefatio de Spiritu Sancto* dicitur:

a) tamquam *propria* in Missis de Tempore a vigilia Pentecostes usque ad subsequens sabbatum; et in Missis festivis et votivis de Spiritu Sancto;

b) tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

494. *Praefatio de Ssma Trinitate* dicitur:

a) tamquam *propria,* in Missis de festo et votivis Ssmae Trinitatis;

6) tamquam *de Tempore* in dominicis Adventus, et in omnibus dominicis II classis, extra tempus natalicium et paschale.

495. *Praefatio de Beata Maria Virgine* dicitur in Missis festivis et votivis Beatae Mariae Virginis, praeterquam in festo Purificationis B. Mariae Virg.

496. *Praefatio de S. Ioseph* dicitur in Missis festivis et votivis S. Ioseph.

497. *Praefatio de Apostolis* dicitur in Missis festivis et votivis Apostolorum et Evaligelistarum.

498. *Praefatio communis* dicitur in Missis quae praefatione propria carent, nec sumere debent praefationem de Tempore.

499. *Praefatio defunctorum* dicitur in Missis defunctorum.

I) *De Canone Missae et aliis usque ad postcommunionem*

500. Post praefationem et *Sanctus* dicitur Canon Missae secreto, ut in Ordine Missae.

501. Quoties infra actionem *Communicantes, Hanc igitur* et *Qui pridie* variari contingit, suo loco in propriis Missis adnotatur.

Infra octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes *Communicantes* et *Hanc igitur* propria dicuntur quoque in Missis quae non sunt de octava, etiamsi praefatione propria gaudeant.

502. Tempus proprium sanctae Communionis fidelibus distribuendae est infra Missam, post Communionem sacerdotis celebrantis, qui ipsemet eam petentibus distribuat, nisi propter grandem communicantium numerum conveniat, ut ab alio vel aliis sacerdotibus adiuvetur.

Dedecet vero omnino, ut in eodem altari, in quo actu Missa celebratur, ab alio sacerdote sancta Communio distribuatur, extra tempus Communionis proprium.

Ex rationabili porro causa permittitur quoque, sanctam Communionem distribuere, immediate ante vel post Missam, imo etiam, extra Missam, quibus in casibus adhibetur forma in Rituali Romano praescripta, Tit. V, Cap. II, nn. 1-10.

503. Quoties sancta Communio infra Missam distribuitur, celebrans, sumpto sacratissimo Sanguine, omissis confessione et absolutione, dictis tamen *Ecce Agnus Dei* et ter *Domine, non sum dignus,* immediate ad distributionem sanctae Eucharistiae procedit.

504. Expleto Canone et omnibus aliis usque ad Communionem, dicitur antiphona ad Communionem, cuius in fine, tempore paschali, additur *Alleluia,* nisi iam habeatur ; retinetur vero *Alleluia,* quod aliquando invenitur in fine huius antiphonae, extra tempus paschale, praeter quam a Septuagesima ad Pascha.

505. Orationes post Communionem dicuntur eodem numerò, modo et ordine ac orationes in principio Missae.

506. In Missis de feriis Quadragesimae et Passionis, excepto Triduo sacro, expleta ultima oratione post Communionem, additur *Oratio super populum,* quae dicitur semper sub sua conclusione, et cui praemittitur *Oremus. Humiliate capita vestra Deo.* Haec oratio dicenda est etiam cum tres orationes post Communionem iam praecesserint.

L) *De conclusione Missae*

507. In fine Missae dicitur *Ite, missa est,* cui respondetur *Deo gratias.* Attamen :

a) in Missa vespertina in Cena Domini quam sequitur solemnis repositio Ssmi Sacramenti, et in aliis Missis quas sequitur aliqua processio, dicitur *Benedicamus Domino,* cui respondetur *Deo gratias;*

b) infra octavam Paschatis, in Missis de Tempore, ad *Ite, missa est* et ad sequens *Deo gratias* duplex additur *Alleluia;*

c) in Missis defunctorum dicitur *Requiescant in pace,* cui respondetur *Amen.*

508. Dicto *Placeat,* datur benedictio, quae omittitur tantum cum dictum est *Benedicamus Domino* aut *Requiescant in pace.*

509. Pro ultimo Evangelio, in quavis Missa, regulariter sumitur initium Evangelii secundum Ioannem.

Attamen in dominica II Passionis seu in palmis, in omnibus Missis quae non sequuntur benedictionem et processionem ramorum dicitur ultimum Evangelium proprium.

510. Ultimum Evangelium penitus omittitur :

a) in Missis in quibus dictum est *Benedicamus Domino,* iuxta n. 507 a;

b) in festo Nativitatis Domini, ad tertiam Missam ;

c) in dominica II Passionis seu in palmis, in Missa quae sequitur benedictionem et processionem ramorum ;

d) in Missa Vigiliae paschalis ;

e) in Missis defunctorum, cum sequitur absolutio super tumulum ;

/) in certis Missis, quae sequuntur quasdam consecrationes, ex rubricis Pontificalis romani.

CAPUT IX

DE HIS QUAE CLARA VOCE AUT SECRETO DICENDA SUNT IN MISSA

511. *In Missa lecta,* dicuntur clara voce :

a) verba *In nomine Patris,* etc. ; psalmus *ludica me, Deus,* cum sua antiphona; confessio et ea quae sequuntur usque ad *Oremus* inclusive; orationes vero *Aufer a nobis* et *Oramus te, Domine* dicuntur secreto ;

b) antiphona ad Introitum cum suo versu et *Gloria Patri* necnon *Kyrie eleison;*

c) hymnus *Gloria in excelsis;*

d) Dominus vobiscum, Oremus, Flectamus genua-Levate, orationes ;

e) lectiones, epistola, graduale, tractus, *Alleluia* cum suo versu, sequentia et Evangelium ;

f) symbolum;

g) Dominus vobiscum, Oremus et antiphona ad Offertorium, necnon verba *Orate, fratres;*

h) praefatio et *S auctus-Benedictus;*

i) verba *Nobis quoque peccatoribus;* oratio dominica cum sua praefatione ; *Per omnia saecula saeculorum* et *Pax Domini sit semper vobiscum; Agnus Dei,* etc. ; verba *Domine, non sum dignus* ante Communionem sacerdotis celebrantis; formulae ad Communionem fidelium; antiphona ad Communionem; *Dominus vobiscum* et postcommuniones; necnon verba *Humiliate capita vestra Deo* et oratio super populum;

I) Ite, missa est vel *Benedicamus Domino* aut *Requiescant in pace ;* benedictio et ultimum Evangelium. *

Cetera dicuntur secreto.

512. Sacerdos autem maxime curare debet ut ea quae clara voce dicenda sunt, distincte et apposite proferat, non admodum festinanter, ut advertere possit quae legit, nec nimis morose, ne audientes taedio afficiat; neque etiam voce nimis elata, si in altari secundario celebrat, ne perturbet alios, qui fortasse in eadem ecclesia tunc temporis celebrant ; neque tam submissa, ut a circumstantibus audiri non possit. Quae vero secreto dicenda sunt, ita pronuntiet, ut ipsemet se audiat, et a circumstantibus non audiatur.

513. *In Missa solemni,* celebrans :

a) dicit in cantu : Dominus vobiscum, quoties occurrit, praeter quam in versibus post confessionem; orationes; *Oremus* ante antiphonam ad Offertorium, *Per omnia saecula saeculorum* cum praefatione; *Per omnia saecula saeculorum* cum *Pater noster* et sua praefatione; *Per omnia saecula saeculorum* cum *Pax Domini;*

b) incipit in cantu : Gloria et *Credo,* quando sunt dicenda ;

c) dicit clara voce formulas ad Communionem fidelium et verba benedictionis in fine Missae;

d) dicit voce convenienti partes quibus ministri sacri respondere debent ;

e) dicit secreto alia quae in Missa lecta dicuntur clara voce;

/) omittit ea quae a ministris sacris vel a lectore Deferuntur.

514. *In Missis cantatis,* scilicet sine ministris sacris, celebrans tenetur servare ea quae numero praecedenti dicta sunt, et insuper tenetur partes ministris sacris proprias cantu proferre. Epistola a lectore cani potest. Quod si non cantetur a lectore, satius erit quod legatur

sine cantu ab ipso celebrante, qui tamen potest epistolam more solito cantare.

515. *TOTIUS solemnis,* in cantu orationum, praefationis et orationis dominicae, adhibetur :

a) in dominicis ;

b) in Missis festivis et in Missa de Officio S. Mariae in sabbato;

c) in vigiliis I classis;

d) feria V in Cena Domini et in Missa Vigiliae paschalis ;

e) per octavas;

/) in Missis votivis I, II et III classis.

516. *T onus ferialis* vero adhibetur :

a) in feriis;

b) in vigiliis II et III classis;

c) in Missis votivis IV classis;

d) in Missis defunctorum.

CAPUT X

DE ORDINE GENUFLECTENDI, SEDENDI ET STANDI IN MISSA

517. *In Missa* lecta,* sacerdos celebrans genuflectit :

a) quoties'" aut in Ritu servando in celebratione Missae, aut in Ordine Missae, aut in Proprio cuiusque Missae, adnotatur ipsum genuflectere debere;

b) quando Sacramentum in altari discoopertum apparet, quoties ad medium altaris accedit vel e medio discedit.

518. *In Missis in cantu,* sacerdos celebrans genuflectit :

a) quoties ipsi genuflectendum est in Missa lecta. Sed ad verba quae ab aliis cantanda sunt, non genuflectit dum ipse illa verba legit, sed dum aut a ministris aut a choro, iuxta rubricas, cantu proferuntur ;

b) ad verba autem *Et incarnatus est,* in symbolo, sacerdos celebrans semper genuflectit, cum haec verba recitat; cum vero cantantur, si non sedet, iterum genua flectit; si autem sedet, non genuflectit, sed caput tantum profunde inclinat apertum, praeter quam in tribus Mis-

sis Nativitatis Domini et in Missa Annuntiationis B. Mariae Virg. in quibus, dum haec verba cantantur, omnes genua flectunt.

519. *Ministri,* in Missis in cantu, semper genuflectunt cum sacerdote celebrante, praeterquam subdiaconus tenens librum ad Evangelium, et acolythi tenentes candelabra, qui tunc non genuflectunt. Et cum diaconus cantat illa verba, ad quae est genuflectendum, ipse versus librum, celebrans et omnes alii versus altare genuflectunt. Ad Consecrationem vero ministri utrumque genu flectunt.

520. In choro, qui non sunt Praelati genua flectunt ad confessionem cum suo psalmo et ad benedictionem celebrantis in flne Missae. Praelati autem et Canonici, ad benedictionem, caput profunde inclinant.

521. Insuper omnes, etiam Praelati, in choro genua flectunt :

a) ad Consecrationem;

b) ad Communionem fidelium ;

c) in Missis feriarum Adventus, Quadragesimae et Passionis, Quatuor Temporum mensis septembris, vigiliarum II et III classis extra tempus paschale, et in Missis defunctorum : ad orationes ante epistolam, dicto *Dominus vobiscum;* ab expleto *Sanctus* usque ad *Pater noster* cum sua praefatione exclusive; et ad orationes post Communionem et super populum;

d) quoties cantantur a ministris vel a choro verba quae genuflexionem requirunt.

522. Item in choro omnes unum genu flectunt

a) dum celebrans recitat verba symboli *Et incarnatus est* etc. ;

b) dum dicit verba ultimi Evangelii *Et Verbum caro factum est.*

523. In Missa solemni celebrans, medius inter diaconum et subdiaconum, sedere potest ad latus epistolae, iuxta altare, dum cantantur *Kyrie, eleison, Gloria in excelsis,* sequentia et *Credo;* alio tempore stat ad altare, vel genuflectit, ut supra. Haec valent quoque in Missa cantata.

521. In choro non sedent qui actu cantant, relicti autem sedere possunt :

a) quando celebrans sedet;

b) dum cantantur lectiones et Epistola, graduale, tractus et *Alleluia* cum suo versu, et sequentia;

c) ab Offertorio usque ad incensationem chori vel, si chorus non incensatur, usque ad praefationem;

d) ab expleta Communione usque ad *Dominus vobiscum* ante postcommunionem.

Ad alia stant vel genuflectant, ut supra.

CAPUT XI

DE PRAEPARATIONE ALTARIS AD MISSAM

525. Altare, in quo sacrosanctum Missae Sacrificium celebrandum est, debet esse totum lapideum, rite consecratum; vel saltem habere debet tabulam lapideam, seu petram sacram, item rite consecratam, quae tam ampla sit ut hostiam et maiorem partem calicis capiat; aut etiam, ex Indulto Apostolico, *antimensium,* rite benedictum.

526. Altare cooperiatur tribus tobaleis, rite benedictis, quarum una ita oblonga sit ut, ad latera, usque ad terram pertingat.

527. Super altare adsit in medio Crux satis magna cum Crucifixo, et candelabra quae iuxta qualitatem Missae requiruntur, cum candelis accensis, hinc et inde in utroque eius latere. Ponantur insuper sic dictae « tabellae secretarum », sed pro tempore Missae tantum ; et, ad latus epistolae, cussinus, seu legile, Missali supponendum.

528. Ad latus'epistolae, super mensa ad hoc praeparata, parentur ampullae vini et aquae cum pelvicula et manutergio, necnon parva campanula, et patina pro fidelium Communione.

529. Super altare nihil omnino ponatur, quod ad Missae sacrificium vel ipsius altaris ornatum non pertineat.

530. Usus accendendi cereum, prope altare, a Consecratione ad Communionem, ubi viget, servetur.

CALENDARIUM

BREVIARII ET MISSALIS ROMANI

IANUARIUS

1 OCTAVA NATIVITATIS DOMINI . . . . I cl.
2
3
4
5 *Commemoratio S. Telesphori Papae et Mart.* . . . . Comm.
6 IN EPIPHANIA DOMINI . . . . I cl.
7
8
9
10
11 *Commemoratio S. Hygini Papae et Mart.* . . . . . Comm.
12
13 **IN COMMEMORATIONE BAPTISMATIS** D. N. **I.** C. . . . **II** cl.
14 S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
Commemoratio S. Felicis Presb. et Mart.
15 S. Pauli primi Eremitae, Conf. . . . . III cl.
Commemoratio S. Mauri Abb.
16 S. Marcelli I Papae et Mart. . . . . III cl.
17 S. Antonii Abb. . . . . III cl.
18 *Commemoratio S. Priscae Virg. et Mart.* . . . . . Comm.
19 *Commemoratio Ss. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Mm.* . . . . Comm.
Commemoratio S. Canuti Regis, Mart.
20 Ss. Fabiani Papae et Sebastiani Mm. . . . . . . III cl.
21 S. Agnetis Virg. et Mart. . . . . III cl.
22 Ss. Vincentii et Anastasii Mm. . . . . III cl.
23 S. Raymundi de Penafort Conf. . . . . III cl.
Commemoratio S. Emerentianae Virg. et Mart.
24 S. Timothei Ep. et Mart. . . . . III cl.
25 In Conversione S. Pauli Ap. . . . . III cl.

Commemoratio S. Petri Ap.

26 S. Polycarpi Ep. et Mart. . . . . III cl.
27 S. Ioannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
28 S. Petri Nolasci Conf. . . . . III cl.
Commemoratio S. Agnetis Vir g. et Mart. secundo
29 S. Francisci Salesii Ep., Conf. *ei* Eccl. Doct. . . . III cl.
30 S. Martinae Virg. et Mart. . . . . III cl.
31 S. Ioannis Bosco Conf. . . . . III cl.
Dominica inter octavam Nativitatis Domini et Epiphaniam, vel, ea deficiente, die 2 ianuarii :
SANCTISSIMI NOMINIS IESU . . . . II cl.
Dominica I post Epiphaniam : S. **FAMILIAE, IESU, MARIAE, IOSEPH** . . . /. . . . . . . II cl.

FEBRUARIUS

1 S. Ignatii Ep. et Mart . . . . III cl.
2 **IN PURIFICATIONE** B. **MARIAE VIRG.** . . . . II cl.
3 *Commemoratio S. Blasii Ep. et Mart.* . . . . . . Comm.
4 S. Andreae Corsini Ep. et Conf . . . . III cl.
5 S. Agathae Virg. et Mart. . . . . III cl.
6 S. Titi Ep. et Conf . . . . III cl.
Commemoratio S. Dorotheae Virg. et Mart.
7 S. Eomualdi Abb. . . . . III cl.
8 S. Ioannis de--Matha Conf . . . . III cl.
9 S. Cyrilli Ep. Alex., Conf. et Eccl. Doct . . . . . III cl.
Commemoratio S. Apolloniae Virg. et Mart.
10 S. Scholasticae Virg. . . . . III cl.
11 In Apparitione B. Mariae Virg. Immaculatae . . . . III cl.
12 Ss. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. Mariae Virg., Confessorum. . . . . III cl.
13
14 *Commemoratio S. Valentini Presb, et Mart* . . . . . Comm.
15 *Commemoratio Ss. Faustini et Iovitae Mm.* . . . . . Comm.
16
17
18 *Commemoratio S. Simeonis Ep. et Mart.* . . . . . Comm.
19
20

21
22 **CATHEDRA** S. **PETRI AP**. . . . . II cl.
Commemoratio S. Pauli Ap.
23 S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
24 S. **MATTHIAE AP**. . . . . II cl.
25
26
27 S. Gabrielis a Virg. Perdolente, Conf. . . . . . III cl.
28

In anno bissextili mensis februarius est dierum ***29,*** et festum S. Matthiae celebratur die ***25*** februarii ac festum S. Gabrielis a Virg. Perdolente die ***28*** februarii, et bis dicitur ***Sexto Kalendas,*** id est die *2Jf* et die ***25;*** et littera dominicalis, quae assumpta fuit in mense ianuario, mutetur in praecedentem : ut, si in ianuario littera dominicalis fuerit ***A,*** mutetur in praecedentem, quae est ***g,*** etc., et littera / bis servit, ***2^*** et ***25.***

MARTIUS

1
2
3
4 S. Casimiri Conf. . . . . III cl.
Commemoratio S. Ludi I Papae et Mart.
5
6 Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm. . . . . . . III cl.
7 S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
8 S. Ioannis a Deo Conf. . . . . III cl.
9 S. Franciscae Romanae Vid. . . . . III cl.
10 Ss. Quadraginta Martyrum. . . . . III cl.
11
12 S. Gregorii I Papae, Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl.
13
14
15
16
17 S. Patricii Ep. et Conf. . . . . III cl.
18 S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
19 S. IOSEPH, SPONSI B. MARIAE VIRG., Conf. et Eccl. univ. Patroni. . . . . 1 cl.

20

21 S. Benedicti Abb. . . . . III cl.

22

23

24 S. Gabrielis Archang. . . . . III cl.

25 IN ANNUNTIATIONE B. MARIAE VIRG. . . . I cl.

26

27 S. Ioannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl.

28 S. Ioannis de Capistrano Conf. . . . . III cl.

30

31

Feria VI post Dominicam I Passionis: ***Commemoratio Septem Dolorum B. Mariae Virg.*** . . . . . . Comm.

APRILIS

1

2 S. Francisci de Paula Conf. . . . . III cl.

3

4 S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . . . III cl.

5 S. Vincentii Ferrerii Conf. . . . . III cl.

6

T

8

9

10

11 S. Leonis I Papae, Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl.

12

13 S. Hermenegildi Mart. . . . . III cl.

14 S. Iustini Mart. . . . . III cl.

Commemoratio Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.

15

16

17 ***Commemoratio S. Aniceti I Papae et Mart.*** . . . . Comm.

18

19

20

21 S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . . . III cl.

22 Ss. Soteris et Caii Pp. et Mm. . . . . III cl.

23 ***Commemoratio S. Georgii Mart.*** . . . . Comm
24 S. Fidelis de Sigmaringa Mart. . . . . III cl
25 Litania maior
S. **MARCI EVANGELISTAE** . . . . II cl
26 Ss. Cleti et Marcellini Pp. et Mm. . . . . . . III cl
27 S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl
28 S. Pauli a Cruce Conf. . . . . III cl
29 S. Petri Mart. . . . . III cl
30 S. Catharinae Senensis Virg. . . . . III cl

MAIUS

1 S. IOSEPH OPIFICIS, SPONSI B. MARIAE VIRG., Conf. . . . . I cl
2 S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . . . III cl
3 ***Commemoratio Ss. Alexandri, Eventu et Theoduli Mm., ac S. Iuvenalis Ep. et Conf.*** . . . . Comm
4 S. Monicae Vid. . . . . III cl
5 S. Pii V Papae et Conf. . . . . III cl
6
7 S. Stanislai Ep. et Mart. . . . . III cl
8
9 S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl
10 S. Antonini Ep. et Conf. . . . . III cl
Commemoratio Ss. Gordiani et Epimachi Mm.
11 Ss. **PHILIPPI ET IACOBI APP.** . . . . II cl
12 Ss. Nerei, Achillei et Domitillae Virg., atque Pancratii, Mm. III cl
13 S. Roberti Bellarmino Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl
14 ***Commemoratio S. Bonifatii Mart.*** . . . . Comm
15 S. Ioannis Bapt. de la Salle Conf. . . . . . . III cl
16 S. Ubaldi Ep. et Conf. . . . . III cl
17 S. Paschalis Baylon Conf. . . . . III cl
18 S. Venantii Mart. . . . . III cl
19 S. Petri Caelestini Papae et Conf. . . . . III cl
Commemoratio S. Pudentianae Virg. *m*
20 S. Bernardini Senensis Conf. . . . . III cl
21
22
23

24

25 S. Gregorii VII Papae et Conf. . . . . III cl.

Commemoratio 8. Urbani I Papae et Mart.

26 S. Philippi Nerii Conf. . . . . III ei.

Commemoratio 8. Eleutherii Papae et Mart.

27 S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct. ; . . III cl.

Commemoratio 8. Ioannis I Papae et Mart.

28 S. Augustini Ep. et Conf. . . . . III cl.

29 S. Mariae Magdalenae de Pazzis Virg. . . . . . . III cl.

30 ***Commemoratio 8. Felicis I Papae et Mart.*** . . . . . Comm.

31 B. **MARIAE VIRG. REGINAE** . . . . II cl.

Commemoratio 8. Petronillae Virg.

IUNIUS

1 S. Angelae Mericiae Virg. . . . . III cl.

2 ***Commemoratio 8s. Marcellini, Petri atque Erasmi Ep., Mm.*** Comm.

3

4 S. Francisci Caracciolo Conf. . . . . III cl.

5 S. Bonifatii Ep. et Mart. . . . . III cl.

6 S. Norberti Ep. et Conf. . . . . III cl.

7

8

9 ***Commemoratio Ss. Primi et Feliciani Mm.*** . . . . . Comm.

10 S. Margaritae' Reg., Vid. . . . . III cl.

11 S. Barnabae Ap. . . . . III cl.

12 S. Ioannis a S. Facundo Conf. . . . . III cl.

Commemoratio Ss. Basilidis, Cyrini, N ab oris et Nazarii Mm.

13 S. Antonii de Padua Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.

14 S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.

15 ***Commemoratio Ss. Viti, Modesti atque Crescentiae Mm.*** . Comm.

16

17 S. Gregorii Barbadici Ep. et Conf. . . . . •. . III cl.

18 S. Ephraem Syri Diaconi, Conf. et Eccl. Doct. . . . III c].

Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani Mm.

19 S. Iulianae de Falconeriis Virg. . . . . III c].

Commemoratio Ss. Gervasii et Protasii Mm.

20 ***Commemoratio S. Silverii Papae et Mart.*** . . . . . Comm.

21 S. Aloisii Gonzagae Conf. . . . . III cl.

22 S. Paulini Ep. et Conf. . . . . III cl.
23 Vigilia . . . . II cl.
24 IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTAE . . . I cl.
25 S. Gulielmi Abb. . . . . III cl.
26 Ss. Ioannis et Pauli Mm. . . . . III cl.
27
28 Vigilia . . . . II cl.
29 SS. PETRI ET PAULI APP. . . . . I cl.
30 In Commemoratione S. Pauli Ap. . . . . III cl.
Commemoratio S. Petri Ap.

0

IULIUS

1 PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C. . . . . I cl.
2 **IN VISITATIONE** B. **MARIAE VIRG.** . . . . II cl.
Commemoratio Ss. Processi et Martiniani Mm.
3 S. Irenaei Ep. et Mart. . . . . III cl.
4
5 S. Antonii Mariae Zaccaria Conf. . . . . III cl.
6
7 Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Ce. . . . . . . III cl.
8 S. Elisabeth Reg., Vid. . . . . III cl.
9
10 Ss. Septem Fratrum Mm., ac Ss. Rufinae et Secundae Vv. et Mm. . . . . III cl.
11 ***Commemoratio 8. Pii 1 Papae et Mart.*** . . . . . . Comm.
12 S. Ioannis Gualberti Abb. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Naboris et Felicis Mm.
13
14 S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl.
15 S. Henrici Imperatoris, Conf. . . . . III cl.
16 ***Commemoratio B. Mariae Virg. de Monte Carmelo*** . . Comm.
17 ***Commemoratio S. Alexii Conf.*** . . . . Comm.
18 S. Camilli de Lellis Conf. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Symphorosae et septem eius filiorum Mm.
19 S. Vincentii a Paulo Conf. . . . . III cl.
20 S. Hieronymi Aeiniliani Conf. . . . . III cl.
Commemoratio S. Margaritae Virg. et Mart.
21 S. Laurentii de Brundusio Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
Commemoratio S. Praxedis Virg.

22 S. Mariae Magdalenae Poenitentis . . . . . . III cl.
23 S. Apollinaris Ep. et Mart. . . . . III cl.
Commemoratio S. Liborii Ep. et Conf. "V
24 ***Commemoratio S. Ghristinae Virg. et Mart.*** . . . . Comm.
25 S. IACOBI AP. . . . . II cl.
Commemoratio S. Christophori Mart.
26 S. ANNAE MATRIS B. MARIAE VIRG. . . . . II cl.
27 ***Commemoratio S. Pantaleonis Mart.*** . . . . . . Comm.
28 Ss. Nazarii et Celsi Mm., Victoris I Papae et Mart., ac Innocentii I Papae et Conf. . . . . III cl.
29 S. Marthae Virg. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Felicis, Simplicia, Faustini et Beatricis Mm.
30 ***Commemoratio Ss. Abdon et Sennen Mm.*** . . . . . . " Comm.
31 S. Ignatii Conf. . . . . III cl.

' AUGUSTUS

1 ***Commemoratio Ss. Machabaeorum Mm.*** . . . . . Comm.
2 S. Alfonsi Mariae de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct. . III cl.
Commemoratio S. Stephani I Papae et Mart.
3
4 S. Dominici Conf. . . . . III cl.
5 In Dedicatione^ S. Mariae ad Nives . . . . . . III cl.
6 IN TRANSFIGTJRATIONE D. N. I. C. . . . . II cl.
Commemoratio Ss. Xysti II Papae, Felicissimi et Agapiti Mm.
7 S. Caietani Conf . . . . III cl.
Commemoratio S. Donati Ep. et Mart.
8 S. Ioannis Mariae Vianney Conf . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm.
9 Vigilia . . . . III cl.
Commemoratio S. Romani Mart.
10 S. LAURENTII MART. . . . . II cl.
11 ***Commemoratio Ss. Tiburtii et Susannae Virg., Mm.*** . . Comm.
12 S. Clarae Virg. . . . . III cl.
13 ***Commemoratio Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.*** . . . . Comm.
14 Vigilia. . . . . II cl.
Commemoratio S. Eusebii Conf.

15	IN ASSUMPTIONE **B.** MARIAE VIRG.	**I** cl.
16	S. **IOACHIM, PATRIS B. MARIAE VIRG., CONF.**	**II** cl.
17	S. Hyacinthi Conf.	**III** cl.
18	***Commemoratio S. Agapiti Mart.***	Comm.
19	S. Ioannis Eudes Conf.	**III** cl.
20	S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct.	**III** cl.
21	S. Ioannae Franciscae Frémiot de Chantal Vid.	**III** cl.
22	**IMMACULATI CORDIS B„ MARIAE VIRG.**	**II** cl.
	Commemoratio Ss. Timothei et Soc. Mm.	
23	S. Philippi Benitii Conf.	Ilici.
21	S. **BARTHOLOMAEI AP.**	**II** cl.
25	S. Ludovici Regis, Conf.	Ilici.
26	***Commemoratio S. Zephyrini Papae et Mart.***	Comm.
27	S. Iosephi Calasanctii Conf.	**III** cl.
28	S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct.	**III** cl.
	Commemoratio S. Hermetis Mart.	
29	In Decollatione S. Ioannis Bapt.	**III** cl.
	Commemoratio S. Sabinae Mart.	
30	S. Rosae Limanae Virg.	**III** cl.
	Commemoratio Ss. Felicis et Adaucti Mm.	
31	S. Raymundi Nonnati Conf.	**III** cl.

SEPTEMBER

1	***Commemoratio S. Aegidii Abb.***	Comm.
	Commemoratio Ss. duodecim Fratrum Mm.	
2	S. Stephani Regis, Conf.	**III** cl.
3	S. Pii X Papae* et Conf.	**III** cl.
1		
5	S. Laurentii Iustiniani Ep. et Conf.	III cl.
6		
7		
8	**IN NATIVITATE** B. **MARIAE VIRG.**	II cl.
	Commemoratio S. Hadriani Mart.	
9	***Commemoratio S. Corgonii Mart.***	Comm.
10	S. Nicolai de Tolentino Conf.	III cl.
IL	***Commemoratio Ss. Proti et Hyacinthi Mm.***	Comm.
12	Sanctissimi Nominis B. Mariae Virg.	III cl.
13		

14 **IN EXALTATIONE** S. **CRUCIS** . . . . II cl.
15 **SEPTEM DOLORUM** B. **MARIAE VIRG** . . . . J± cl.
Commemoratio S. Nicomedis Mart.
16 Ss. Cornelii Papae et Cypriani Ep., Mm . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Euphemiae Virg., Luciae et Geminiani Mm.
17 ***Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf*** . . . . Comm.
18 S. Iosephi de Cupertino Conf . . . . III cl.
19 Ss. Ianuarii E£. et Sociorum Mm . . . . III cl.
20 ***Commemoratio Ss. Eustachii et Sociorum, Mm.*** . . . Comm.
21 S. **MATTHAEI AP. ET EVANGELISTAE** . . . . II cl.
22 S. Thomae de Villanova Ep. et Conf. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Mauritii et Soc. Mm.
23 S. Lini Papae et Mart . . . . III cl.
Commemoratio S. Theclae Virg. et Mart.
24 ***Commemoratio B. Mariae Virg. de Mercede*** . . . . Comm.
25
26 ***Commemoratio Ss. Cypriani et lustinae Virg., Mm.*** . . Comm.
27 Ss. Cosmae et Damiani Mm . . . . III cl.
28 S. Wenceslai Ducis, Mart. . . . . III cl.
29 IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCH . . . . I cl.
30 S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct . . . . . . III cl.

OCTOBER

1 ***Commemoratio S. Remigli Ep. et Conf*** . . . . . Comm.
2 Ss. Angelorum Custodum . . . . III cl.
3 S. Teresiae a Iesu Infante Virg . . . . III cl.
4 S. Francisci Conf . . . . III cl.
5 ***Commemoratio Ss. Placidi et Sociorum Mm*** . . . . Comm.
6 S. Brunonis Conf . . . . III cl.
7 B. **MARIAE VIRG. A ROSARIO** . . . . II cl.
Commemoratio S. Marci I Papae et Conf.
8 S. Birgittae Vid . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleii Mm.
9 S. Ioannis Leonardi Conf. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Dionysii Ep., Rustici et Eleutherii Mm.
10 S. Francisci Borgiae Conf . . . . III cl.

11 **MATERNITATIS** B. **MARIAE VIRG.** . . . . . . II cl.
12
13 S. Eduardi Regis, Conf. . . . . III cl.
14 S. Callisti I Papae et Mart. . . . . III cl.
15 S. Teresiae Virg. . . . . III cl.
16 S. Hedwigis Vid. . . . . III cl.
17 S. Margaritae Mariae Alacoque Virg. . . . . . . III cl.
18 S. **LUCAE EVANGELISTAE** . . . . II cl.
19 S. Petri de Alcantara Conf. . . . . III cl.
20 S. Ioannis Cantii Conf. . . . . III cl.
21 ***Commemoratio S. Hilarionis Abb.*** . . . . . . Comm.
Commemoratio Ss. Ursulae ac Soc. Vv. et Mm.
22
23 S. Antonii Mariae Claret Ep. et Conf. . . . . . . III cl.
24 S. Raphaelis Archang. . . . . II cl.
25 ***Commemoratio Ss. Chrysanthi et Dariae Mm.*** . Comm.
26 ***Commemoratio S. Evaristi Papae et Mart.*** . . . . . Comm.
27
28 Ss. **SIMONIS ET IUDAE APP.** . . . . II cl.
29
30
31
Dominica ultima Octobris: D. N. IESU CHRISTI REGIS I cl.

NOVEMBER

1 OMNIUM SANCTORUM . . . . I cl.
2 IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM . . . . I cl.
3
4 S. Caroli Ep. et Conf. . . . . III cl.
Commemoratio Ss. Vitalis et Agricolae Mm.
5
6
7
8 ***Commemoratio Ss. Quatuor Coronatorum Mm.*** . . . Comm.
9 **IN DEDICATIONE ARCHIBASILICAE SS.MI SALVATORIS** . . . II cl.
Commemoratio S. Theodori Mart.

10	S. Andreae Avellini Conf.	III cl.
	Commemoratio Ss. Tryphonis, Respicii et Nymphae Virg., Martyrum.	
11	S. Martini Ep. et Conf.	III ei.
	Commemoratio S. Mennae Mart.	
12	S. Martini I Papae et Mart.	III cl.
13	S. Didaci Conf..	III cl.
14	S. Iosaphat Ep. et.Mart..	III cl.
15	S.Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . .	III cl.
16	S. Gertrudis Virg.	III cl.
17	S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et Conf.	III cl.'
18	In Dedicatione Basilicarum Ss. Petri et Pauli App. . .	III cl.
19	S. Elisabeth Vid.	III cl:
	Commemoratio S. Pontiani Papae et Mart.	
20	S. Felicis de Valois Conf.	III cl.
21	In Praesentatione B. Mariae Virg.	III cl.
22	S. Caeciliae Virg. et Mart..	III cl.
23	S. Clementis I Papae et Mart.	III cl.
	Commemoratio S. Felicitatis Mart.	
24	S. Ioannis a Cruce Conf. et Eccl. Doct.	III cl.
	Commemoratio S. Chrysogoni Mart.	
25	S. Catharinae Virg. et Mart..	III cl.
26	S. Silvestri Abb.	III cl.
	Commemorati^ S. Petri Alexandr. Ep. et Mart.	
27		
28		
29	***Commemoratio S. Saturnini Mart.***	Comm.
30	S. **ANDREAE AP.**	II cl.

DECEMBER

1		
2	S. Bibianae Virg. et Mart..	III cl.
3	S. Francisci Xaverii Conf	III cl.
4	S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct	III cl.
	Commemoratio S. Barbarae Virg. et Mart.	
5	***Commemoratio S. Sabbae Abb.***	Comm.
6	S. Nicolai Ep. et Conf	III cl.
7	S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct	III cl.

8 IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIAE VIRG. . . . I cl.

9

10 ***Commemoratio S. Melchiadis Papae et Mart.*** . . . . . Comm.

11 S. Damasi **I** Papae et Conf. . . . . **III** cl.

12.

13 S. Luciae Virg. et Mart. . . . . **III** cl.

14

15

16 S. Ensebii Ep. et Mart. . . . . **III** cl.

17

18

19

20

21 S. **THOMAE AP.** . . . . **II** cl.

22

23

24 Vigilia . . . . I cl.

25 IN NATIVITATE DOMINI . . . I cl. cum Octava

In secunda Missa : ***Commemoratio S. Anastasiae Mart.***

26 **II** dies infra octavam Nativitatis Domini. S. **STEPHANI PROTOMART.** . . . . II cl.

27 **III** dies infra octavam Nativitatis Domini. S. **IOANNIS AP. ET EVANGELISTAE** . . . . **II** cl.

28 IV dies infra octavam Nativitatis Domini. Ss. **INNOCENTIUM MARTYRUM** . . . . II cl.

29 **DE** V **DIE INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI** . . . . II cl.

Commemoratio S. Thomae Ep. et Mart.

30 **DE** VI **DIE INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI** . . . . II cl.

31 **DE** VII **DIE INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI** . . . . II cl.

Commemoratio S. Silvestri I Papae et Conf.

TABELLAE DIERUM LITURGICORUM

DOMINICAE

DOMINICAE I CLASSIS

Prima, secunda, tertia et quarta Adventus.

Prima, secunda, tertia et quarta Quadragesimae.

Prima et secunda Passionis.

Dominica Resurrectionis.

Dominica in albis.

Dominica Pentecostes.

DOMINICAE II CLASSIS

Omnes aliae dominicae, superius non nominatae.

FERIAE

FERIAE I CLASSIS

Feria IV cinerum.

Omnes feriae Hebdomadae sanctae.

FERIAE II CLASSIS

Feriae Adventus, a die 17 ad diem 23 decembris.

Feriae Quatuor-. Temporum Adventus, Quadragesimae et mensis septembris.

FERIAE III CLASSIS

Feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, extra Quatuor Tempora.

Feriae Quadragesimae et Passionis, superius non nominatae.

FERIAE IV CLASSIS

Omnes aliae feriae, superius non nominatae.

VIGILIAE

VIGILIAE I CLASSIS

Vigilia Nativitatis Domini.

Vigilia Pentecostes.

VIGILIAE II CLASSIS

Vigilia Ascensionis Domini.
Vigilia Assumptionis B. Mariae Virg.
Vigilia Nativitatis S. Ioannis Bapt.
Vigilia Ss. Petri et Pauli App.

VIGILIA III CLASSIS

Vigilia S. Laurentii Mart.

OCTAVAE

OCTAVAE I CLASSIS

Octava Paschatis.
Octava Pentecostes.

OCTAVA II CLASSIS

Octava Nativitatis Domini.

FESTA I CLASSIS

IN CALENDARIO ECCLESIAE UNIVERSAE

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis.
Ascensio Domini.
Pentecostes.
Festum Ssmae Trinitatis.
Festum Ssmi Corporis Christi.
Festum Ssmi Cordis Iesu.
Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.
Festum D. N. I. C. Regis.
Conceptio Immaculata B. Mariae Virg.
Annuntiatio B. Mariae Virg.
Assumptio B. Mariae Virg.
Festum S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf., Eccl. univ. Patroni.
Festum S. Ioseph Opincis, Sponsi B; Mariae Virg., Conf.
Dedicatio S. Michaelis Archangeli.
Nativitas S. Ioannis Baptistae.
Festum Ss. Petri et Pauli App.
Festum Omnium Sanctorum.

Alii dies liturgici I classis

Dies octavus Nativitatis Domini.

Commemoratio omnium Fidelium defunctorum.

IN CALENDARIIS PARTICULARIBUS

Festum Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, oppidi vel civitatis.

Anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis.

Festum Patroni principalis loci seu oppidi vel civitatis.

Anniversarium Dedicationis ecclesiae propriae.

Titulus ecclesiae propriae.

Festum Tituli Ordinis seu Congregationis.

Festum Fundatoris canonizati Ordinis seu Congregationis.

Festum Patroni principalis Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae.

Alia festa I classis propria et indulta, mobilia aut fixa.

FESTA II CLASSIS

IN CALENDARIO ECCLESIAE UNIVERSAE

Festum Ssmi Nominis Iesu.

Festum S. Familiae Iesu, Mariae et Ioseph.

Commemoratio Baptismatis D. N. I. C.

Transfiguratio D.. N. I. C.

Festum Exaltationis S. Crucis.

Dedicatio Archibasilicae Ssmi Salvatoris.

Purificatio B. Mariae Virg.

Festum B. Mariae Virg. Reginae.

Visitatio B. Mariae Virg.

Festum Immaculati Cordis B. Mariae Virg.

Nativitas B. Mariae Virg.

Festum septem dolorum B. Mariae Virg. mense septembri.

Festum B. Mariae Virg. a Rosario.

Festum Maternitatis B. Mariae Virg.

Festa natalitia Apostolorum et Evangelistarum, scilicet :

Festum S. Andreae (30 nov.).

Festum S. Thomae Ap. (21 dec).

Festum S. Ioannis Ap. et Evangelistae (27 dec).

Festum S. Matthiae Ap. (24 vel 25 febr.).

Festum S. Marci Evangelistae (25 apr.).
Festum Ss. Philippi et Iacobi App. (11 maii).
Festum S. Iacobi Ap. (25 iulii).
Festum S. Bartholomaei Ap. (24 aug.).
Festum S. Matthaei Ap. et Evangelistae (21 sept.).
Festum S. Lucae Evangelistae (18 oct.).
Festum Ss. Simonis et Iudae App. (28 oct.).

Festum S. Stephani Protomart.
Festum Ss. Innocentium Mm.
Festum Cathedrae S. Petri Ap. (22 febr.).
Festum S. Annae, Matris B. Mariae Virg.
Festum S. Laurentii Mart.
Festum S. Ioachim, Patris B. Mariae Virg.

IN CALENDARIIS PARTICULARIBUS

Festum Patroni secundarii nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, civitatis vel oppidi.

Festum Fundatoris beatificati Ordinis seu Congregationis.

Festum Patroni secundarii Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae.

Alia festa II classis propria et indulta, mobilia aut fixa.

TABELLA OCCURRENTIAE

Festum I cl. univ.	8	7	1	1	1	1	6	8	1	7	3	8	3	7	8	7
Festum I cl. part.	3	7	1	1	1	1	8	7	1	7	3	3	3	7	3	7
Festum II cl. univ.	3	2	4	4	4	0	2	2	4	2	3	3	3	2	5	2
Festum II cl. part. .	0	2	4	4	9	5	2	2	4	2	3	3	5	2	5	2
Festum III cl. univ. .	0	2	5	0	5	5	2	2	5	2	5	3	5	2	2	2
Festum III cl. part. .	0	2	9	4	5	5	2	2	5	2	5	3	5	2	2	2
	0	0	4	4	5	5	2	2	0	0	0	0	0	0	2	0
Vigilia III cl. . . .	0	0	5	0	5	0	2	0	0	0	0	0	0	0	2	0
	& M» CD 50 O O M- P <1 P CD 1–1 1–1 O I–i P 50 w M' 50	i–i. CD 50 O O e+ P < P CD 1–1 o 1–1 p 02 50 M- eo	Ma CO 50 c+ P" 1–1 1–1 t–1 1–i P m et- S- pi 1–1 p H. cd	M» CD 33 δ+ 0 M h-1 1–1 O i–i Pi ps M- cd m 50 P CD	Ms CD 50 M- 1=1 1–1 H-1 O i–i P H. e-t- M- O ei M P M. CD	Ms CD 50 δ-t- δ B 1–1 1–1 O i–i Pi P M» <i CD M. 50 P 1–i CD	Ms CD 50 <rt- 0 B M O i–i p H. e+ M" O Pi I–" P M. CD	Ms CD 50 e+ PJ 1–1 O i–' Pi P* 3* CD 50 P t–< CD	M' CfQ 1–' M' P M I–1 O i–i P 50 50 M" 50	< M- CKS M» 1–i M" P h-1 a> i–' P 50 50 M" 50	Ms CD M M" P 1–1 1–1 1–1 O 1–1 O pi p M. CD c+ p 50 50	M» CD M. M" p 1–1 H-1 O i–i CD fcJ (Tl- Pi 50	Ms CD M M« P 1–1 1–1 O 1–1 p 50 50 M» 50	Ms CD M M" P h-1 O h–' P 50 50 M« 50	O 5' M- O p M M O i–i P 50 50 M" 50	CD M- O M» P< M» O P I–1 O 1–1 p 50 50 M» 50

1 Officium de 1° -nihil de 2°

2 Officium de 2° r nihil de 1°

3 Officium de 1° commemoratio de 2° in Ld. et Vp.

4 Officium de 1° commemoratio de 2° in Ld.

5 Officium de 2° commemoratio de 1° in Ld.

6 Officium de 1° translatio de 2°

7 Officium de 2° translatio de 1°

8 Officium de nobiliori translatio de alio

9 Officium de festo mobili, commemoratio de alio in Ld.

TABELLA CONCURRENTIAE

	» festo I classis	» dominica II classis	cum dominica I classis
	1	0	0
	2	*0*	0
	1	0	0
	2	0	0
	2	0	0
	3	0	0
	1	1-	1
	3	1	3
Festum III classis . . . . *	3	3	3
	2	3	0

1 Vesperae de Off. curr., comm. seq.

2 Vesperae de Off. seq., comm. curr.

3 Vesperae de seq., nihil de curr.

t

NOTANDA IN TABELLAS OCCURRENTIAE ET CONCURRENTIAE

1. Festum. Domini I aut II classis, in dominica occurrens, locum tenet ipsius dominicae cum omnibus iuribus et privilegiis : de dominica, proinde, nulla fit commemoratio.

2. Si duo festa eiusdem divinae Personae aut duo festa eiusdem Sancti vel Beati simul occurrunt, fit de festo quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, et aliud omittitur.

3. Si festum Domini I vel II classis concurrat cum quavis dominica, vel vicissim, Vesperae ordinantur iuxta tabellam concurrentiae, sed numquam fit commemoratio dominicae concurrentis in Vesperis festi Domini, nec vicissim.

VARIATIONES IN BREVIARIO ET MISSALI ROMANO

AD NORMAM NOVI CODICIS RUBRICARUM

CAPUT I

VARIATIONES IN CALENDARIO

1. Festa, quae tamquam ***duplicia I classis*** in calendariis indicantur, abhinc fiunt ***festa I classis.***

2. Festa, quae tamquam ***duplicia II classis*** in calendariis indicantur, abhinc fiunt ***festa II classis.***

3. Festa, quae tamquam ***duplicia maiora*** aut ***minora;*** et festa, quae tamquam ***semiduplicia*** (ab anno 1955 tamquam ***simplicia)*** in calendariis indicantur, abhinc fiunt ***festa III classis.***

4. Festa, quae tamquam ***simplicia*** in calendariis indicantur, et anno 1955 ad ***commemorationem*** sunt reducta, inscribuntur tamquam ***commemorationes.***

5. Ad commemorationem insuper reducuntur :

a) festum S, Georgii Mart. (23 aprilis);
b) festum B. Mariae Virg. de Monte Carmelo (16 iulii) ;
c) festum S. Alexii Conf. (17 iulii) ;
d) festum Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm. (8 augusti);
e) festum impressionis Stigmatum S. Francisci (17 septembris) ;
/) festum Ss. Eustachii et Sociorum, Mm. (20 septembris) ;
g) festum B. Mariae Virg. de Mercede (24 septembris) ;
h) festum S. Thomae Ep. et Mart. (29 decembris) ;
i) festum S. Silvestri I Papae et Conf. (31 decembris) ;
I) festum septem dolorum B. Mariae Virg. (feria VI post dominicam I Passionis). %

6. Fiunt dies liturgici I classis :

a) Dies octavus Nativitatis Domini (1 ianuarii) ;
b) Commemoratio omnium Fidelium defunctorum (2 novembris), quae tamen locum cedere pergit dominicae occurrenti.

7. Fiunt dies liturgici II classis :

a) festum S. Familiae Iesu, Mariae, Ioseph (dominica I post Epiphaniam) ;

b) festum Cathedrae S. Petri Ap. (22 februarii) ;

c) festum Exaltationis S. Crucis (14 septembris).

8. E calendario expunguntur festa :

a) Cathedrae S. Petri Romae (18 ianuarii);

b) Inventionis S. Crucis (3 maii) ;

c) S. Ioannis ante Portam Latinam (6 maii) ;

d) Apparitionis S.. Michaelis Archangeli (8 maii) ;

e) S. Leonis II (3 iulii) ;

f) S. Anacleti (13 iulii) ;

g) S. Petri ad Vincula (1 augusti);

h) Inventionis S. Stephani (3 augusti).

Item, e calendario expungitur commemoratio S. Vitalis Mart. (28 aprilis).

9. In calendario inscribuntur festa :

a) Commemorationis Baptismatis D. N. I. C. (13 ianuarii) ;

b) S. Gregorii Barbadici Ep, et Conf. (17 iunii);

c) S. Antonii Mariae Claret Ep. et Conf. (23 octobris).

10. Transferuntur festa :

a) S. Irenaei, a die 28 iunii ad diem 3 iulii ;

b) S. Ioannis Mariae Vianney, a die 9 ad diem 8 augusti.

11. Commemoratio Ss. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleii Mm. transfertur a die 7 ad diem 8 octobris.

12. Mutatur denominatio :

a) festi Circumcisionis Domini, in « Octava Nativitatis Domini » (1 ianuarii) ;

b) festi Cathedrae S. Petri Ap. Antiochiae, in ((Festum Cathedrae S. Petri Ap. » (22 februarii) ;

c) festi Ssmi Rosarii B. Mariae Vire;., in « Festum B. Mariae Virg. a Rosario » (7 octobris).

CAPUT II

VARIATIONES IN ORDINARIO DIVINI OFFICII

13. Suffragium de omnibus Sanctis et commemoratio de Cruce abolentur.

11. Inter lectiones breves ad Primam, iuxta diversi anni Tempora, addantur sequentes :

a) Tempore Nativitatis Domini : Ipsi peribunt, tu autem permanébis ; et omnes ut vestimentum veteràscent : et velut amictum mutàbis eos, et mutabuntur ; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Tu autem.

b) Tempore Epiphaniae : Omnes de Saba venient, aurum et thus deferéntes, et laudem Domino annuntiàntes. Tu autem.

c) Tempore Ascensionis Domini : Viri Galilséi, quid statis aspiciéntes in caelum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in ca3lum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tu autem.

15. Indultum et indulgentiae, olim pro recitatione orationis ***Sacrosanctae*** concessa, antiphonae filiali B. Mariae Virg. adnectuntur.

CAPUT III *

VARIATIONES IN PSALTERIO

16. Quando psalmi ad Laudes sumendi sunt e secundo schemate, ad Primam amplius non dicitur quartus psalmus, scilicet primus qui in Laudibus locum non habuit.

Item in dominica, si psalmi sumendi sunt e secundo schemate, loco psalmi 117, qui in Laudibus recitatur, ad Primam, dicitur psalmus 53, ***Deus, in nomine tuo.***

17. Sabbato, quando ad Laudes alterum psalmorum schema recitandum occurrit, canticum Moysis ***Auscultate, cwli*** (Audite, cseli) dimittitur post versum ***Petram, quae genuit te, neglexisti *, et oblitus es Dei factóris tui*** (Deum qui te genuit dereliquisti, * et oblitus es Domini creatoris tui).

CAPUT IV

VARIATIONES IN PROPRIO DE TEMPORE

18. Orationes pro diversitate Temporum abolentur.

19. Si vigilia Nativitatis Domini venerit in dominica, Officium ordinatur hoc modo :

a) sabbato praecedenti, ad Vesperas, omnia dicuntur ut in sabbato ante dominicam IV Adventus ;

b) ad Matutinum dicitur unicum Nocturnum cum invitatorio de vigilia, hymno de Ordinario Adventus, novem antiphonis et novem psalmis de dominica tempore Adventus, versu et tribus lectionibus cum suis responsoriis de vigilia;

c) ad Laudes et ***ad Horas minores*** fit Officium festivum de vigilia, ut in Proprio, sine commemoratione dominicae.

20. In festo Nativitatis Domini et per octavam, ad Matutinum, Psalmus 88, ***Gratias Domini in wternum cantdbo*** (Misericordias **Do-**mini in aeternum cantàbo) qui occurrit in tertio Nocturno, dimittitur post versum ***Vt luna- quw manet in wtémum Hestis in coelo fidelis*** (Et thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in aeternum * et testis in esalo fidelis).

21. In festo Ss. Innocentium Mart. (28 decembris) :

a) adhibetur color ruber paramentorum;

b) ad Matutinum, dicitur hymnus ***De T eum ;***

c) in Missa, dicitur ***Gloria in excelsis*** et ***Alleluia*** cum suo versu.

22. Dies a 2 ad 5 ianuarii sunt feriae temporis Nativitatis Domini.

Ad Officium et Missam horum dierum quod attinet, haec animadvertantur :

a) In Officio feriali, antiphonae et psalmi, ad omnes Horas, et versus Nocturni sumuntur de currenti hebdomadae die, ut in Psalterio; lectiones de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis, et dicitur ***Te Deum)*** reliqua, una cum versu in responsorio brevi ad Primam, ut die 1 ianuarii.

Missa dicitur ut die 1 ianuarii, cum ***Gloria*** et praefatione de Nativitate, sine ***Credo*** et ***Communicantes*** proprio.

b) In festis, his diebus forte occurrentibus, retinetur versus in responsorio brevi ad Primam, ut die 1 ianuarii, nisi habeatur proprius ; sed nulla fit commemoratio feriae.

23. Dies a 7 ad 12 ianuarii sunt feriae temporis Epiphaniae Domini.

Ad Officium et Missam horum dierum quod attinet, haec animadvertantur :

a) In Officio feriali, antiphonae et psalmi, ad omnes Horas, et versus Nocturni sumuntur de currenti hebdomadae die, ut in Psalterio; lectiones de Scriptura occurrenti cum responsoriis de Epiphania, et dicitur ***Te Deum;*** reliqua, una cum versu in responsorio brevi ad Primam, ut in festo Epiphaniae. Oratio dicitur ut in festo Epiphaniae; in feriis autem post dominicam I occurrentibus, de eadem dominica.

Diebus a 7 ad 12 ianuarii sumuntur etiam antiphonae ad ***Benedictus*** et ad ***Magnificat,*** quae singulis diebus propriae assignantur; die vero 12 ianuarii, ad ***Magnificat,*** resumitur antiphona ad ***Magnificat*** e II Vesperis Epiphaniae.

Missa dicitur ut in festo Epiphaniae; in feriis autem post dominicam I occurrentibus, de eadem dominica, cum ***Gloria*** et praefatione de Epiphania, sine ***Credo*** et ***Communicantes*** proprio.

b) In festis, his diebus occurrentibus, retinetur versus in responsorio brevi ad Primam de Epiphania Domini, nisi habeatur proprius ; sed nulla fit commemoratio feriae.

21. Die 13 ianuarii fit ***Commemoratio Baptismatis D. N. Iesu Christi*** (II classis).

Ad Matutinum, Laudes, Vesperas et Completorium omnia dicuntur ut in festo Epiphaniae, sed Matutinum incipitur more solito, et in tertio Nocturno dicitur psalmus 86; lectiones trium Nocturnorum cum suis responsoriis, et oratio dicuntur ut die 13 ianuarii. Ad Horas minores dicuntur antiphonae et psalmi de currenti hebdomadae die, reliqua ut in festo Epiphaniae, excepta oratione.

Missa dicitur prouti in Missali habetur, die 13 ianuarii.

Quod si occurrat eodem die dominica I post Epiphaniam, fit Officium de S. Familia, sine commemoratione Baptismatis Domini et sine commemoratione dominicae. Tunc initium Epistolae I ad Corinthios legitur sabbato praecedenti.

25. Peculiaria pietatis exercitia, quae cum populi concursu, feria VI post dominicam I Passionis, in honorem B. Mariae Virg. Matris dolorosae peragi consueverunt, continuari possunt. Permittuntur etiam eo die, duae Missae festivae de septem doloribus B. Mariae Virg.

26. Pro antiphona ***ad Magnificat,*** ad Vesperas feriae VI, tempore Paschatis, sumitur antiphona ***ad Magnificat*** quae habetur ad II Vesperas dominicae praecedentis.

27. Post Officium dominicae V post Pascha, ***in Breviario*** ponatur sequens rubrica :

In Litaniis minoribus

Litaniae minores seu Rogationes per se assignantur feriis II, III et IV ante festum Ascensionis Domini.

Ordinariis autem locorum facultas tribuitur eas transferendi ad alios tres dies continuos magis opportunos iuxta regionum diversitatem aut consuetudinem aut necessitatem.

De Litaniis minoribus nihil fit in Officio.

Obligatio recitandi Litanias Sanctorum cum suis precibus, his diebus, urget tantum in processione aut aliis peculiaribus supplicationibus. Proinde, qui ad recitationem divini Officii obligantur, processioni vero aut aliis peculiaribus supplicationibus non intersunt, non tenentur dicere, his diebus, Litanias Sanctorum cum suis precibus.

In Missali autem, in Missa de Rogationibus, post epistolam, deleatur ***Alleluia*** cum suo versu, et eius loco ponatur graduale et ***Alleluia*** cum suo versu, necnon tractus, et ***Alleluia*** cum suis versibus, quae in Missa pro quacumque necessitate, iuxta diversa anni Tempora inveniuntur. Verba demum : ***praefatio paschalis,*** deleantur.

28. Feria II irifra hebdomadam V post Pascha, omissis lectionibus de homilia in evangelium Missae de Rogationibus, ponantur hae lectiones de Scriptura occurrenti :

De Epistola prima beati Petri Apóstoli

Lectio I ***Cap. 2, 1-5***

Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo gèniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite : ut in eo crescàtis in salutem : si tamen gustàstis, quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorifìcàtum : et ipsi tamquam lapides vivi supersedificàmini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

Resp. Dicant nunc, ***ut adhuc hoc die.***

Lectio II ***Cap. 2, 6-10***

Propter quod continet Scriptura : Ecce, pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum : et qui crediderit in eum, non confundétur. Vobis igitur honor credentibus : non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt a?dificàntes, hic factus est in caput ànguli, et lapis offensionis, et petra scàndali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, regàie sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis : ut virtutes annuntiétis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei : qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Resp. Cantate Domino, ***ut adhuc hoc die.***

Lectio III ***Cap. 2, 11-11***

Carissimi : Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnàlibus desideriis, quas militant adversus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam : ut in eo, quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igitur estóte omni humana? creatura? propter Deum : sive regi quasi pra?cellénti, sive ducibus tamquam ab eo missis, ad vindictam malefactórum, laudem vero bonorum : quia sic est voluntas Dei, ut benefaciéntes obmutescere faciatis imprudéntium hominum ignorantiam : quasi liberi, et non quasi velàmen habentes malitia? libertatem, sed sicut servi Dei. Omnes honorate : fraternitatem diligite : Deum timéte : regem honorificàte.

- ***In Officio feriali*** : Te Deum.

In Officio ordinario, resp. : Narràbo, ***ut adhuc hoc die.***

Antiphonae ***ad Benedictus*** et ***ad Magnificat*** retinentur quae in Breviario nunc exstant.

29. Dies a feria VI post Ascensionem Domini usque ad vigiliam Pentecostes exclusive sunt feriae temporis Ascensionis.

Ad Officium et Missam horum dierum quod attinet,*haec animadvertantur :

a) In Officio feriali -, antiphonae et psalmi, ad omnes Horas, et versus Nocturni sumuntur de currenti hebdomadae die, ut in Psalterio pro tempore paschali; lectiones de Scriptura occurrenti, cum suis re-

sponsoriis, et dicitur ***Te Deum;*** reliqua, una cum versu in responsorio brevi ad Primam, ut in festo Ascensionis.

Missa dicitur ut in festo Ascensionis, cum ***Gloria*** et praefatione de Ascensione, sine ***Credo,*** et ***Communicantes*** proprio.

b) In festis, his diebus occurrentibus, retinetur versus in responsorio brevi ad Primam de Ascensione, nisi habeatur proprius ; sed nulla fit commemoratio feriae.

30. Dominica olim infra octavam Ascensionis inscribitur tantum c Dominica post Ascensionem ». Eius Officium ordinatur hoc modo :

a) partes Ordinarii sumuntur e festo Ascensionis sicut in feriis huius temporis ; capitula vero, antiphonae ad ***Benedictus*** et ad ***Magnificat,*** et oratio sunt propria;

b) ad I Vesperas, psalmi de sabbato dicuntur sub antiphona ***Alleluia, alleluia, alleluia;***

c) ad Nocturnum, Laudes et Vesperas, psalmi de dominica dicuntur sub antiphona, ***Alleluia, alleluia, alleluia*** de tempore paschali ;

d) lectiones et responsoria unici Nocturni sumuntur propria, prouti exstant in Breviario.

31. Feria V ante vigiliam Pentecostes, tamquam lectiones de Scriptura occurrenti, dicantur lectiones de Epistola tertia beati Ioannis Ap., quae nunc in Breviario assignantur feriae VI sequenti; item, feria VI ante vigiliam Pentecostes, lectiones de Epistola beati Iudae Ap., quae nunc in Breviario assignantur primo Nocturno vigiliae Pentecostes.

32. In vigilia ..Pentecostes dicitur Officium feriale, ut in Ordinario de tempore Ascensionis, cum tribus lectionibus de homilia in Evangelium diei. Oratio autem ad Laudes et ad Horas sumitur e dominica post Ascensionem.

In Missali, deleantur prophetiae, benedictio fontis et litaniae. Omnes Missae incipiunt more solito, psa.lmo ***ludica me, Deus,*** et antiphona ad Introitum ***Cum sanctificatus fuero.***

33. In festo Ssmi Corporis Christi, ad Primam, dicitur versus ***Qui sedes ad dexteram Patris.***

Dominicae et dies, olim infra octavam Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, celebrantur per omnia sicut reliquae dominicae et feriae per annum.

Responsoria, post lectiones de Scriptura, his dominicis et feriis, dicuntur de tempore post Pentecosten, ut in Breviario habentur dominica IV post Pentecosten et feriis subsequentibus.

34. Peculiaria pietatis exercitia, quae cum populi concursu, diebus olim infra octavam Ssmi Corporis Christi, ex traditione, celebrari consueverunt, continuari possunt. Ubi autem fit processio, his diebus, permittuntur duae Missae de Ss. Eucharistia, ad modum Missae votivae II classis.

35. Sabbato ante dominicam primam augusti, rubrica circa lectiones de Scriptura occurrenti, mutetur hoc modo :

Si prima dominica incidit a die 1 ad 3 augusti, tunc mensis habet quinque dominicas, et Scriptura occurrens legitur integra, ut in Breviario habetur.

Si vero prima dominica incidit in dies a 4 ad 7 augusti, mensis habet quatuor dominicas tantum, et de Scriptura occurrenti omittitur illa pars quae hebdomadae quintae assignata est.

36. Sabbato ante dominicam primam septembris, ponatur sequens rubrica :

Si prima dominica incidit in diem 1 vel 2 septembris, mensis habet quinque dominicas, et Scriptura occurrens absolvitur integra, ut in Breviario habetur.

Si vero prima dominica incidit in dies a 3 ad 7 septembris, tunc mensis habet quatuor dominicas tantum, et de Scriptura occurrenti omittitur illa pars quae hebodomadae quintae assignata est.

37. Ad Vesperas feriae IV et VI Quatuor Temporum mensis septembris, pro antiphona ***ad Magnificat*** repetitur antiphona quae, in iisdem feriis, habetur ***ad Benedictus.***

38. Sabbato ante dominicam primam octobris, ponatur sequens rubrica :

Si prima dominica incidit in dies a 1 ad 3 octobris, mensis habet quinque dominicas, et Scriptura occurrens absolvitur integra, ut in Breviario habetur.

Si vero prima dominica incidit in dies a 4 ad 7 octobris, tunc mensis habet quatuor dominicas tantum, et de Scriptura occurrenti omittitur illa pars, quae tertiae habdomadae assignata est.

39. Sabbato ante primam dominicam novembris, ponatur sequens rubrica :

Si prima dominica incidit in dies 1 vel 2 novembris, mensis habet quidem quinque dominicas, ultima tamen est prima Adventus, ita ut pro Scriptura occurrenti maneant quatuor tantum hebdomadae. Item

quatuor dominicas tantum habet mensis, si prima dominica incidit in dies a 3 ad 5 novembris. His in casibus, de Scriptura occurrenti omittitur illa pars, quae secundae hebdomadae assignata est.

Si vero prima dominica incidit in dies 6 vel 7 novembris, mensis habet quidem quatuor dominicas, ultima tamen est prima Adventus, ita ut pro Scriptura occurrenti maneant tres hebdomadae tantum. Hoc in casu, de Scriptura occurrenti omittitur illa pars quae primae et secundae hebdomadae assignata est.

CAPUT V

VARIATIONES IN PROPRIO SANCTORUM

40. In festis III classis, tam universalibus quam particularibus, quae ad Matutinum habent aut antiphonas proprias et psalmos de Communi, aut antiphonas proprias et psalmos specialiter assignatos, novem antiphonae et novem psalmi dicuntur continuatim cum unico versu tantum, qui invenitur post ultimam antiphonam.

41. In iisdem festis, de quibus numero praecedenti, duae lectiones de Scriptura sumuntur de Communi, olim I Nocturno assignatae, retentis primo et tertio e responsoriis propriis, quae in Breviario his festis assignata erant.

42. In festis III classis, tam universalibus quam particularibus, quae ad Matutinum habent tantum responsoria propria, dicuntur antiphonae et psalmi de feria currenti, cum duabus lectionibus de Scriptura occurrenti et primo ac tertio e responsoriis propriis, et tertia lectione propria, ut in aliis Officiis ordinariis.

43. In Conversione S. Pauli (25 ianuarii), ad Matutinum dicuntur tres lectiones de Actibus Apostolorum, quae olim primo Nocturno erant assignatae, cum primo et secundo responsorio ibidem notatis.

44. In festo S. Martinae (30 ianuarii), ad Matutinum dicitur hymnus ***Martinae celebri*** una cum altera parte ***Non illam crucians;*** ad Laudes autem et ad Vesperas sumitur hymnus ***Tu natale solum.***

45. In festo Purificationis B. Mariae Virg. (2 februarii) :

a) in Breviario, ponatur, in initio, haec rubrica : Festum Purificationis B. Mariae Virg. habetur tamquam festum Domini.

b) in Missali, ad benedictionem candelarum, omittitur antiphona

Fxsurge cum versu psalmi et ***Gloria Patri,*** necnon ***Flectamus genua*** ; et ante orationem sacerdos dicit tantum ***Dominus vobiscum*** et ***Oremus.***

46. In festis S. Venantii (18 maii), S. Mariae Magdalenae Poenitentis (22 iulii) et S. Ioannis Cantii (20 octobris), ad Vesperas, dicitur hymnus qui nunc in Breviario assignatur I Vesperis.

47. Die 17 iunii, pro festo S. Gregorii Barbadici, ponantur hae partes propriae :

Oratio

Deus, qui beatum Gregorium Confessórem tuum atque Pontificem pastorali sollicitudine, et pauperum miseratione claréscere voluisti : concede propitius ; ut, cuius merita celebramus, caritatis imitémur exempla. Per Dominum.

Lectio III

Gregorius Barbadicus, Venetiis perantiqua familia ortus, utriusque iuris lauream in Archigyninàsio Patavino magna cum laude est adeptus. Undevigésimum annum agens, cum ad Monasteriensem pacis Conventum profectus esset, legato pontificio Fabio Chisio adhortànte, ecclesiàstica? militia? nomen dare constituit. Sacris initiatus, ab eodem Chisio, Alexandri septimi nomine ad Pontificatum assumpto, Bergomàtium episcopus primum, mox, Cardinalium Collegio cooptatus, ad sedem Patavinam eligitur. In episcopali munere obeundo, sancto Carolo Borromaeo sibi exemplo proposito, ad extremum usque spiritum adlaboravit ut, Sacrosancta? Tridentina? Synodi monitis et decretis innixus, evélleret vitia, virtutes induceret. In utraque dioecesi Seminarium amplificavit, Patavinum pra?sértim bibliotheca auxit ac typographia, qua libri quoque ederentur inter populos proximi Orientis vulgàndi. Catecheticam instructionem enixe fovit, et singulos dio?césis pagos, docendo et hortando, alacer peragravit. Caritatis operibus ac vita? sanctitate refulsit, in egenos et pauperes adeo liberàlis ut domesticam quoque supellectilem, vestes ac lectum in eorum auxilium erogàverit. Denique, post brevem lethàlem morbum, plàcide obdormivit in Domino decimo quarto Kalendas iulias, anno millesimo sexcentésimo nonagésimo s%)timo. Quem, meritis ac virtutibus clarum, Clemens decimus tertius Beatorum, Ioannes vero vigesimus tertius Sanctorum nùmero accensuit.

Missa ***Statuit,*** de Communi Conf. Pont. I loco, cum oratione propria, ut supra.

48. Die 28 iunii, in vigilia Ss. Petri et Pauli App., lectiones de homilia in evangelium diei sumuntur e festo S. Pii X (3 septembris).

49. In festo S. Irenaei Ep. et Mart. (3 iulii), ponatur sequens lectio propria :

Lectio III

Irenaeus, non longe ab urbe Smyrna natus, iam inde a puero sese Polycàrpo, Ioannis Evangelistae discipulo eidemque episcopo Smyrnaeórum, tradiderat in disciplinam. Polycarpo in caelum martyrii gloria sublàto, cum incredibili stùdio flagràret discéndi quae dogmata depòsiti loco custodienda ceteri accepissent, quos Apóstoli institùerant ; horum quam potuit plures convenit, quaeque ab iisdem audivit, mèmori mente tenuit, ea deinceps opportune adversus haereses allaturus. In Galliam profectus, Ecclesiae Lugdunensis presbyter a Photino episcopo est constitutus ; cui cum successisset, tam feliciter munus obiit episcopatus, ut sapientia, •oratione exemploque suo non modo brevi cives lugdunénses omnes, sed multos etiam aliarum Galliarum urbium incolas superstitionem atque •errorem abiecisse, dedisséque christianae militiae nomina viderit. Multa scripsit, quorum magna pars intércidit iniuria temporum. Exstant eius adversus haereses libri quinque, in quorum tertio libro grave imprimis atque praeclarum de Romàna Ecclèsia, deque illius episcoporum successióne, divinae traditioni fideli, perpètua, certissima custòde, testimonium dixit. Atque ad h.anc, dixit, Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles. Martyrio coronàtus, migravit in caelum anno salutis ducentésimo secundo.

50. In Commemoratione B. Mariae Virg. de Monte Carmelo (16 iulii) :

a) in Breviario, post orationem, ponatur sequens rubrica : Si Commemoratio B. Mariae Virg. de Monte Carmelo venerit in sabbato, fit quidem Officium de S. Maria in sabbato, sed antiphona ***ad Benedictus,*** et oratio ad omnes Horas dicuntur ut supra;

b) in Missali autem ponatur sequens rubrica : Si Commemoratio B. Mariae Virg. de Monte Carmelo venerit in sabbato, Missa dici potest aut de sancta Maria in sabbato, aut propria de Commemoratione B. Mariae Virg. de Monte Carmelo.

51. In festo S. Laurentii de Brundusio, Conf. et Eccl. Doct. (21 iulii), ponatur sequens lectio propria :

Lectio III

Laurentius, Brundùsii in Apulia natus, aduléscens Ordinem Fratrum Minorum Capuccinórum ingressus, philosophiam ac theologiam penitus didicit, complures autem linguas et antiquas et recentiores càlluit. Sacerdos inauguràtus, praedicandi munus suscepit, quod per totam fere Italiam aliasque Europa? regiones indeféssus obivit. Singulari prudentia consiliique dono praeditus, universo Ordini regendo profectus est, et a Summis Pontificibus saepe adhibitus ad gravissimas obeundas legationes. Atque eius potissimum opera effectum est, ut principes christiani cópias suas consociaverunt contra ingruéntes Turcarum turmas : quibuscum exercitus christianus in Hungaria congressus, Laurentio praeeunte cum cruce, milites ducésque cohortànte, celebérrimam retulit victoriam. Inter tot vero tantaque negotia, religiósi hominis virtutes heroico modo coluit. Quidquid supérerat temporis, orationi impendens, vitam interiorem cum externa actuositate mirifice coniunxit. Tandem Olisipóne, quo a populo neapolitano orator ad regem Hispaniae missus fuerat, libertatis christianae et iustitiae strénuus assértor, quasi in acie occubuit anno millesimo sexcentésimo undevicesimo. Multa reliquit scripta ad fidem catholicam adversus haereses defendendam, et ad sacras Litteras explanandas. Eum Leo Papa decimus tertius in Sanctorum numerum retulit, Ioannes vero Papa vigesimus tertius universae Ecclesiae Doctorem declaravit.

52. In festo'Transfigurationis Domini (6 augusti) psalmus 88, *Gratias* ***Dòmini in wtérnum cantàbo*** (Misericordias Domini in aeternum cantàbo) qui occurrit in tertio Nocturno, dimittitur post versum ***Nam*** *Domini* ***est clipeus noster, * et Sancti Israel Rex noster*** (Quia Domini est assumptio nostra, * et sancti Israel regis nostri).

53. In festo S. Philippi Benitii Conf. (23 augusti), ponatur sequens lectio propria :

Lectio III

Philippus, e nobili Benitiórum familia Florentia? 1^tus, singulari visióne a beatissima Virgine in Servorum suorum familiam, nuper institutam, est vocatus. Primum in Senàrii montis antrum concessit, ubi àsperam quidem iugi corporis castigatióne, sed Christi Domini cruciatuum meditatione, suavem duxit vitam ; deinde per universam fere Europam magnamque Asia? partem sodalicia septem dolorum Dei Matris

instituit. Sui Ordinis Generalis invitus renuntiatus, divinae caritatis ardóre A^eheménter accénsus, plurimas Italiae urbes concùrsans, gliscéntes in eis civium discordias composuit, multasque ad Romàni Pontificis obedientiam revocavit, et perditissimos homines ad poenitentiam perduxit. Denique Tudérti, anno millesimo ducentésimo octogesimo quinto, in Christi Domini e cruce pendéntis amplexu, quem suum appellàbat librum, sanctissime ex hac vita migravit. Eum Clemens decimus, Pontifex maximus, Sanctorum nùmero adscripsit.

54. In festo B. Mariae Virg. a Rosario (7 octobris), hymnus ***Caelestis aulae nuntius,*** qui in Breviario I Vesperis assignabatur, nisi I Vesperae alicubi dicendae sint, praemittitur hymno Matutini, omissa conclusione.

55. Pro festo S. Antonii Mariae Claret, ponantur hae partes propriae :

Oratio

Deus, qui beatum Antonium Mariam Confessórem tuum atque Pontificem, apostolicis virtutibus sublimasti, et per eum novas in Ecclesia clericorum ac virginum familias collegisti : concede, quaesumus ; ut, eius dirigéntibus monitis ac suffragantibus meritis, animarum salutem quaerere iugiter studeamus. Per Dominum.

Lectio III

Antonius Marj,a Claret, Salléntii in Hispania, piis honestisque parentibus natus, adoléscens textóriam artem exercuit, sed dein, sacerdotio auctus, primum paroeciale ministerium excóluit, postea vero Romam venit ut a Propagandae Fidei Congregatione ad exteras missiones mitteretur. Sed, Deo disponente, Hispaniam revérsus, missionarius apostolicus Catalàuniam, et Fortunàtas Insulas peragravit. Bonorum librorum scriptor fecundus, Congregationem quoque Filiorum Immaculàti Cordis Mariae fundavit. Archiepiscopali sedi Sancti Iacobi in Cuba praefectus, zelàntis Pastoris virtutibus mire effùlsit; seminarium restituit, doctrinam et disciplinam clericorum promovit, opera socialia condidit, pro christiana filiarum institutione Sorores Docentes a Maria Immaculata instituit. Matriti demum accersitus, ut Hispaniarum Reginae a confessionibus et in gravissimis ecclesiasticis negotiis a consiliis esset, austeritatis omniumque virtutum eximium praebuit exemplar. In Vaticano Concilio Romàni Pontificis infallibilitatem strènue defendit. Devotionem erga Sanctissimum Sacramentum et Cor Mariae Immaculàtum

eiusque Rosarium mirifl.ce propagavit. Tandem, apud Fontem Frigidum, in Gallia, exsul moritur, anno millesimo octigentésimo septuagesimo. Quem, miraculis clarum, Pius Papa undecimus Beatorum, Pius vero duodecimus Sanctorum fastis adscripsit.

Missa ***Sacerdotes tui,*** de Communi Conf. Pont. II loco, cum oratione propria, ut supra.

56. In festo S. Raphaelis Archangeli (24 octobris), ad Matutinum dicuntur tres lectiones de libro Tobiae, quae olim primo Nocturno erant assignatae, cum primo et secundo responsorio ibidem notatis.

57. In festo D. N. Iesu Christi Regis, in tertio Nocturno, altera pars psalmi 88 ***Si dereliquerit filii eius*** (Si autem dereliquerint filii eius) dimittitur post versum ***Ut luna qua? manet in wtérnum, * testis in cwlo*** *fidelis* (Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, * et testis in caelo fidelis).

58. Vesperae«defunctorum, cum suo Completorio proprio, diei 1 novembris olim assignatae, transferuntur in Commemorationem omnium Fidelium defunctorum ; sed si concurrant cum dominica, vel festo I classis, Officium Commemorationis omnium Fidelium defunctorum cessat post Nonam.

Celebratio tamen Vesperarum defunctorum post II Vesperas diei 1 novembris, quae pro pietate fidelium peragi consuevit, continuari potest, una cum aliis piis exercitiis forsitan consuetudine traditis, tamquam peculiare pietatis obsequium.

CAPUT VI

VARIATIONES IN COMMUNI SANCTORUM

59. In hymno ***Iste Confessor,*** tertius versus erit semper ***Meruit supremos laudis honores.***

60. ***In Communi Dedicationis ecclesiae,*** in initio, ponatur sequens rubrica : Festum Dedicationis ecclesiae est festum Doi^ni.

In ipso die Dedicationis ecclesiae," dicitur Officium de die liturgico occurrenti usque ad Nonam.

Ante reliquias Sanctorum, in altari ecclesiae consecrandae includendas, si commode fieri potest, celebrantur Vigiliae, et cantetur vel dicatur Matutinum, cum tribus Nocturnis, in honorem Sanctorum Martyrum,

quorum reliquiae sunt recondendae. Invitentur quoque fideles ut his Vigiliis participent.

Qui vero Officio divino tenentur, obligationi suae satisfaciunt, pro Matutino, recitatione Nocturnoruin in honorem Sanctorum Martyrum, in Vigiliis peracta.

A Vesperis ipsius diei Dedicationis, dicitur Officium de Dedicatione ecclesiae, quod protrahitur usque ad Completorium diei sequentis, et dicitur ad modum Officii festi I classis.

61. Officium votivum defunctorum, sive cum unico Nocturno, sive cum tribus recitetur, inchoatur semper cum invitatorio et suo psalmo; et, si dicitur pro defunctis in genere, concluditur cum oratione ***Fidelium.***

CAPUT VII

VARIATIONES IN MISSIS ET ORATIONIBUS VOTIVIS AD DIVERSA

62. Missa votiva « Contra paganos » inscribatur « Missa pro Ecclesiae defensione » ; Missa autem « Ad tollendum schisma » abhinc dicatur ((Missa pro unitate Ecclesiae ».

63. Inter orationes ((diversas », oratio « Pro Imperatore romano » deleatur, et eius loco ponatur sequens :

Pro res publicas moderantibus

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura populorum : respice benignus ad eos, qui nos in potestate regunt ; ut ubique terrarum, dextera tua protegente, et religionis integritas, et patriae securitas indesinenter consistat. Per Dominum.

Secreta

Propitiàre, Domine, preces et hostias famulórum tuorum, et propter nomen tuum patriae defénde rectores; ut salus serviéntium tibi principum, pax tuorum possit esse populorum. Per Dominum.

Postcommunio

Prótege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis ; et corporis et spiritualibus enutriens alimentis, a cunctis hostibus redde secùros. Per Dominum.

VARIATIONES IN MARTYROLOGIO ROMANO

CAPUT I '

VARIATIONES IN ELOGIIS FESTORUM ET OFFICIORUM MOBILIUM

1. Pro festo sanctae Familiae.

Rubrica quae praecedit elogium respiciens hoc festum, sic corrigatur :

Sabbato ante dominicam, quae occurrere potest a die 7 ad diem 13 ianuarii inclusive.

2. Pro dominica I Passionis.

Lemma et elogium mutetur hoc modo :

Sabbato ante dominicam primam Passionis.

Dominica prima Passionis.

3. Pro commemoratione septem dolorum B. Mariae Virg.

Lemma et elogium hoc modo mutetur :

Feria quinta post dominicam primam Passionis.

Commemoratio septem dolorum beatissimae Virginis Mariae.

4. Pro dominica II Passionis.

Lemma et elogium mutetur hoc modo :

Sabbato ante dominicam secundam Passionis, seu in palmis.

Dominica secunda Passionis, seu in palmis, quando ...

5. Pro litaniis maioribus.

Lemma mutetur hoc modo :

Feria tertia infra octavam Paschae, quoties ipsum Pascha, vel secunda feria infra octavam Paschae, in diem 25 aprilis inciderit.

6. Feria tertia ante dominicam tertiam post Pascha. *

Deleatur lemma et elogium, respiciens solemnitatem sancti Ioseph.

7. Feria tertia ante dominicam quartam post Pascha.

Deleatur lemma et elogium, respiciens octavam solemnitatis sancti Ioseph.

8. Feria quarta infra octavam Ascensionis Domini.

Deleatur lemma et elogium, respiciens octavam Ascensionis Domini.

9. Feria quarta infra octavam sanctissimi Corporis Christi.

Deleatur lemma et elogium, respiciens octavam huius festivatitis.

10. Feria quinta infra octavam sacratissimi Cordis Iesu.

Deleatur lemma et elogium, respiciens octavam huius festi.

CAPUT II

VARIATIONES IN CORPORE MARTYROLOGII

11. Kalendis Ianuarii (1 ian.).

Primum elogium mutetur ut sequitur :

Octava Nativitatis Domini nostri Iesu Christi.

Secundo loco scribatur :

Circumcisio eiusdem Domini nostri Iesu Christi.

12. Quarto Nonas Ianuarii (2 ian.).

Deleatur primum elogium :

Octava **sanati** Stephani Protomartyris.

13. Tertio Nonas Ianuarii (3 ian.).

Deleatur primum elogium :

Octava sancti Ioannis, Apostoli et Evangelistae.

14. Pridie Nonas Ianuarii (4 ian.).

Deleatur primum elogium :

Octava sanctorum Innocentium Martyrum.

15. Nonis Ianuarii (5 ian.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia Epiphaniae Domini.

16. Idibus Ianuarii (13 ian.).

Loco elogii : Octava Epiphaniae Domini, ***ponatur*** Commemoratio Baptismatis Domini nostri Iesu Christi.

17. Quintodecimo Kalendas Februarii (18 ian.).

Deleatur primum elogium :

Cathedra sancti Petri Apostoli, qua primum Romae sedit.

Initium elogii sequentis ita incipiat :

Romae Passio sanctae Priscae ...

18. Sexto Kalendas Februarii (27 ian.).

In elogio sanctae Angelae Mericiae mutentur ultima verba ut sequitur :

Eius tamen festivitas Kalendas Iunii celebratur.

19. Octavo Kalendas Martii (22 febr.).

Loco primi elogii Antiochiae Cathedrae ***substituatur sequens :***

Cathedra sancti Petri Apostoli, qua primum Romae sedit, ***ex die 18 ianuarii.***

20. Septimo Kalendas Martii (23 febr.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sancti Matthiae Apostoli.

In anno bissextili, legitur tantum :

Commemoratio plurimorum...

21. Quarto Kalendas Maii (28 apr.).

Elogium S. Vitalis Martyris deleatur.

22. Kalendis Maii (1 maii).

Elogium Ss. Apostolorum Philippi et Iacobi transferatur in diem 11 eiusdem mensis, primo loco, et eius loco ponatur sequens :

Sollemnitas sancti Ioseph opincis, Sponsi beatae Mariae Virginis, Confessoris, opificum Patroni.

In elogio S. Pii V dematur verbum item.

23. Quinto Nonas Maii (3 maii).

Elogium Inventionis S. Crucis ponatur, eodem die, ultimo loco.

In elogio Ss. Alexandri et sociorum, demantur verba Papae primi.

24. Pridie Nonas Maii (6 maii).

Elogium S. Ioannis, Apostoli et Evangelistae, ponatur eodem die, secundo loco.

25. Octavo Idus Maii (8 maii).

Elogium Apparitionis S. Michaelis ponatur, eodem die, ultimo loco.

26. Pridie Kalendas Iunii (31 maii).

Primum elogium ponatur die sequenti, primo loco, et eius loco ponatur sequens :

Festum beatae Mariae Virginis Reginae.

27. Quintodecimo Kalendas Iulii (17 iunii).

Primo loco ponatur sequens elogium :

Sancti Gregorii Barbadici, Cardinalis, Episcopi et Confessoris, cuius dies natalis sequenti die recensetur,

28. Quartodecimo Kalendas Iulii (18 iunii).

Tertio loco ponatur hoc elogium :

Patavii Sancti Gregorii Barbadici, Veneti, Cardinalis et Bergomatis primum, deinde Patavinae dioeceseos Episcopi, quem mira virtutum et pastoralis sapientiae laude conspicuum, Ioannes vigesimus tertius Sanctorum corona insignivit. Ipsius autem festum pridie huius diei celebratur.

29. Quarto Kalendas Iulii (28 iunii).

In fine elogii S. Irenaei addatur :

Ipsius tamen festivitas quinto Nonas Iulii celebratur.

30. Kalendis Iulii (1 iulii).

Deleatur priitpum elogium :

Octava Nativitatis sancti Ioannis Baptistae.

31. Quinto Nonas Iulii (3 iulii).

Primo loco ponatur :

Sancti Irenaei, Episcopi et Martyris, qui migravit in caelum quarto Kalendas Iulii.

Elogium natalis S. Leonis ponatur eodem die, sexto loco, id est, post Ss. Martyres Marcum et Mucianum.

32. Pridie Nonas Iulii (6 iulii).

Deleatur primum elogium :

Octava sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

33. Tertio Idus Iulii (13 iulii).

Elogium sancti Anacleti deleatur.

34. Decimo septimo Kalendas Augusti (16 iulii).

Initium primi elogii sic mutetur ;

Commemoratio beatae Mariae ...

35. Duodecimo Kalendas Augusti (21 iulii).

Primo loco ponatur sequens elogium :

Sancti Laurentii de Brundusio, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, qui sequenti die migravit in caelum.

36. Undecimo Kalendas Augusti (22 iulii).

Secundo loco ponatur hoc elogium :

Ulyssipone, in Lusitania, natalis sancti Laurentii de Brundusio, Confessoris, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, quem verbi Dei praedicatione., caelesti doctrina, pontificiis legationibus rebusque ad Dei gloriam et Ecclesiae utilitatem feliciter gestis praeclarum, Leo Papa decimus tertius Sanctorum fastis adscripsit, et Summus Pontifex Ioannes vigesimus tertius universalis Ecclesiae Doctorem declaravit, eiusque festum pridie huius diei celebrari iussit.

37. Nono Kalendas Augusti (24 iulii).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sjancti Iacobi Apostoli.

38. Quarto Kalendas Augusti (29 iulii).

Elogium S. Felicis secundi deleatur.

Sequens elogium ita reformetur :

Romae, via Portuensi, sanctorum Martyrum Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis, temporibus...

39. Kalendis Augusti (1 aug.).

Primum elogium ponatur ultimo loco, eodem die.

40. Tertio Nonas Augusti (3 aug.).

Elogium Inventionis S. Stephani, ultimo loco ponatur.

41. Pridie Nonas Augusti (1 aug.).

Elogium S. Ioannis Baptistae-Mariae Yianney (secundo loco) ita mutetur :

In vico Ars, ... quem Pius Papa Undecimus in Sanctorum nume-

rum retulit, et omnium parochorum caelestem Patronum constituit. Ipsius tamen festum sexto Idus huius mensis recolitur.

42. Sexto Idus Augusti (8 aug.).

Primo loco ponatur elogium S. Ioannis Baptistae-Mariae Yianney, e sequenti die.

43. Sextodecimo Kalendas Septembris (17 aug.).

Deleatur primum elogium :

Octava sancti Laurentii Martyris.

44. Tertiodecimo Kalendas Septembris (20 aug.).

Secundo loco ponatur sequens elogium :

Romae depositio sancti Pii decimi, Papae et Confessoris, fidei integritate et ecclesiasticae libertatis propugnatoris in vieti, religionisque zelo insignis, cuius festum tertio Nonas septembris recolitur.

45. Undecimo Kalendas Septembris (22 aug.).

Deleatur elogium :

Octava Assumptionis beatae Mariae Virginis.

In secundo elogio, quod fit primum, dematur verbum :

eiusdem.

46. Decimo Kalendas Septembris (23 aug.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sancti Bartholomaei Apostoli.

47. Tertio Nonas Septembris (3 sept.).

Primo loco ponatur hoc elogium :

Sancti Pii Papae decimi, cuius natalis dies tertiodecimo Kalendas septembris recensetur.

48. Decimo septimo Kalendas Octobris (15 sept.).

Deleatur primum elogium :

Octava Nativitatis beatae Mariae Virginis.

In sequenti elogio, quod fit primum, dematur verbum :

eiusdem.

49. Duodecimo Kalendas Octobris (20 sept.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sancti Matthaei, Apostoli et Evangelistae.

50. Octavo Kalendas Octobris (24 sept.).

In primo elogio, loco vocabuli festum, ***dicatur*** .Commemoratio.

51. Nonis Octobris (7 oct.).

Initium primi elogii ita mutetur :

Festum beatae Mariae Virginis a Rosario ; itemque ...

Tertio et quarto elogio addatur :

Eorum autem memoria sequenti die recolitur.

52. Octavo Idus Octobris (8 oct.).

Secundo loco ponatur hoc elogium •

Sanctorum Martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleii, quorum dies natalis praecedenti die refertur.

53. Decimo Kalendas Novembris (23 oct.).

Primo loco ponatur sequens elogium :

Sancti Antonii Mariae Claret, Episcopi et Confessoris, cuius dies natalis sequenti die recensetur.

54. Nono Kalendas Novembris (24 oct.).

Elogium S. Antonii Mariae Claret ponatur secundo loco. Vocabulum autem Montis Frigidi ***corrigatur in*** Fontis Frigidi. ***In fine addatur •***

Ipsius autem festum pridie huius diei celebratur.

55. Sexto Kalendas Novembris (27 oct.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sanctorum Apostolorum Simonis et Iudae.

56. Pridie Kalendas Novembris (31 oct.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia omnium Sanctorum.

57. Sexto Idus Novembris (8 nov.).

Deleatur primum elogium :

Octava omnium Sanctorum.-

58. Tertio Kalendas Decembris (29 nov.).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sancti Andreae Apostoli.

59. Septimo Idus Decembris (7 dec).

Deleatur primum elogium :

Vigilia Conceptionis Immaculatae beatae Mariae Virginis.

60. Decimo octavo Kalendas Ianuarii (15 dec).

Deleatur primum elogium :

Octava Conceptionis Immaculatae beatae Mariae Virginis.

61. Tertiodecimo Kalendas Ianuarii (20 dec).

Deleatur primum elogium :

Vigilia sancti Thomae Apostoli.

DECLARATIO

DE SERVANDIS IN CALENDARIIS PARTICULARIBUS INDE AB ANNO 1961

Cum Summus Pontifex Ioannes XXIII per Suas Litteras Apostolicas « Rubricarum instructum » diei 25 iulii huius anni, ***motti proprio*** datas, statuerit ut « omnes ad quos spectat, quamprimum Calendaria et Propria, sive dioecesana sive religiosa, ad normam et mentem novae redactionis rubricarum et Calendarii conformari curent », haec S. Rituum Congregatio opportunas tradet instructiones circa Calendaria particularia et Officiorum atque Missarum Propria revisenda. Interim tamen opportunum ducit ea declarare quae, in calendariis particularibus, iam inde ab anno 1961, servanda erunt :

1. Ea omnia quae sub titulo « Variationes in Breviario et Missali romano ad normam novi codicis rubricarum » statuuntur, etiam in calendariis particularibus servanda sunt.

2. In calendariis, sive dioecesanis sive religiosis, omnia festa particularia interim retineantur, quae nunc in iisdem calendariis inscripta inveniuntur.

3. Gradus eorundem festorum indicetur iuxta normas quae nn. 1-1 ***Variationum*** habentur.

1. Ad festa ***propria*** quod attinet, eorumque gradum, stricte serventur ea quae nn. 12-16 novi codicis rubricarum statuuntur.

5. Quoad festa a Religiosis celebranda, in singulis dioecesibus, una cum clero dioecesano, servetur praescriptum n. 57 novi codicis rubricarum.

6. Festa ***universalia*** quae, iuxta nn. 5 et 8 ***Variationum,*** aut ad commemorationem reducuntur aut e calendario expunguntur, interim retinentur in calendario particulari, si in eodem calendario tamquam festa duplicia I aut II classis inscripta habentur.

7. Si festa particularia III classis careant lectione propria, quae communiter « contracta » dicebatur, serventur ea quae n. 221 ***b*** novi codicis rubricarum indicantur.

S. Episcopus dioecesanus statuat diem in quo, iuxta nn. 362, 364 et 449 novi codicis rubricarum, in ecclesia cathedrali et in ecclesiis collegiatis, dicatur Missa de anniversario electionis ipsius Episcopi, et in omnibus ecclesiis dioecesis dicatur oratio pro Episcopo.

Ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 26 iulii anni 1960.

£g **CAIETANUS** Card. **CICOGNANI**, Ep. Tusculanus, ***Praefectus***

L. © S.

Henricus Dante, ***a secretis***

ORDINATIONES

AD LIBRORUM LITURGICORUM EDITORES

circa editiones Breviarii ac Missalis romani
iuxta novum rubricarum codicem conficiendas

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Pp. XXIII, per Suas Litteras ((Rubricarum instructum », die 25 iulii huius anni 1960 ***motu proprio*** datas, mandavit ut S. Rituum Congregatio editoribus librorum liturgicorum rite approbatis « peculiares tradat instructiones » circa editiones Breviarii ac Missalis romani iuxta novum rubricarum codicem conficiendas.

Agitur enim de libris, quibus publicus Ecclesiae cultus ordinatur : consequitur, proinde, omnes editiones huiusmodi librorum in omnibus et per omnia, sive in textu sive in rubricis sive in ipsa cantus notatione, perfecte concordare debere cum exemplari authentico, quod ab hac S. Rituum Congregatione uti « typicum » declaratur.

Supremo igitur mandato obsecundans, haec S. Rituum Congregatio statuit :

1. Prouti in n. 1 praecitati ***Motu proprio*** edicitur, editores librorum liturgicorum, rite approbati et admissi, parare possunt novas Breviarii ac Missalis romani editiones, confectas iuxta novum rubricarum codicem, ^qui inde a die 1 ianuarii proximi anni 1961 vim habere incipiet.

2. ***In parandis Breviarii romani editionibus,*** haec servanda erunt :

a) Breviarium romanum edi poterit aut unico volumine comprehensum, quod communiter « Totum » appellatur, aut duobus voluminibus distinctum, quae simpliciter inscribentur « Tomus prior » et ((Tomus alter ». Ex his autem, tomus prior partes comprehendat quae nunc in parte hiemali et verna exstant \ alter autem quae in parte aestiva et autumnali.

b) Partes introductorias Breviarii romani, omnia scilicet quae Calendarium praecedunt, non licebit separatim ab ipso Breviario edere, sed primo saltem volumini erunt praeponendae.

c) Iuxta n. 5 ***Motu proprio,*** textus novi codicis rubricarum, Breviarium respiciens, scilicet ***Rubricae generales*** et ***Rubricae generales Breviarii romani,*** ipsi Breviario item praemittendus erit, nec licebit Breviarium absque huiusmodi textu imprimere ; immo, si Breviarium pluribus disponatur voluminibus, singulis voluminibus integer rubricarum textus praemittendus erit. Quod valet quoque de ***Calendario.***

d) Ordinarium divini Officii quod dicitur, cum, vi novi codicis rubricarum, ex integro reiiciendum sit, singulis editoribus directe a S. Rituum Congregatione, typis cusum, transmittetur; et erit integre, absque ulla mutatione vel breviatione, singulis Breviarii voluminibus inserendum. Nihil vero obstat quominus ipsi editores, in commodum utentium, partes Ordinarii in Psalterio aut in Proprio iterum imprimant; aut quominus ipsum Ordinarium non primo loco, sed inter Proprium de Tempore et Proprium Sanctorum interserant. Quod valet quoque de Psalterio disponendo inter diversas voluminis partes.

e) Ad Psalterium quod attinet, editores libere adhuc adhibere possunt aut psalmorum textum iuxta ((vulgatam » editionem, aut secundum interpretationem quae iussu Pii Pp. XII admissa est.

/) Rubricarum specialium textus, suis locis in Psalterio ceterisque Breviarii partibus inserendus, cum singulis editoribus ab hac S. Congregatione communicabitur.

g) Abhinc*ubi desinat editio typica Breviarii clare indicandum erit. Editoribus tamen licebit, post finem huiusmodi partis typicae, alias addere preces et formulas, ut de more, Breviario utentibus utiles, dummodo textus sint ab auctoritate ecclesiastica rite approbati.

3. ***In parandis autem Missalis romani editionibus,*** haec serventur :

a) Ea omnia quae supra de parandis Breviarii romani editionibus statuta sunt, praesertim de textu rubricarum et Calendario praemittendis, de textu rubricarum specialium ab hac S. Congregatione accipiendo, omnino valent in parandis novis Missalis romani editionibus.

b) Ordo Missae una cum Canone, pro opportunitate, inter Proprium de Tempore et Proprium Sanctorum interseri potest.

c) Item, ubi desinat editio typica clare indicandum erit, quamvis, post huiusmodi partem typicam liceat alias addere partes utentibus utiles, modo, ut supra, sint ab ecclesiastica auctoritate rite approbatae.

4. Dignitas commercii librorum liturgicorum omnino exigit, ut editores rite approbati omnes, non ante iustum tempus, certatim, uti

dicitur, venditionem novarum editionum incipiant. Proinde, haec S. Congregatio strictim mandat ne venditio ante diem 20 decembris huius anni 1960 inchoetur, ita ut quaevis iniusta perturbatio vitetur.

5. Denique, ***pro hac vice tantum,*** haec S. Rituum Congregatio ius sibi exclusivum reservat, singulas editiones Breviarii ac Missalis romani, quae ad normam novi codicis rubricarum conficientur, examinandi et ((typicae » conformes esse declarandi.

Invitantur porro editores qui a Sancta Sede ad editiones liturgicas imprimendas et evulgandas admissi sunt, ut quamprimum huic S. Rituum Congregationi proprium nomen et locum indicent, una cum licentiae testimonio, ut ab eadem S. Rituum Congregatione tempestive ea omnia recipere possint quae, iuxta ***Motu proprio*** et has ordinationes, praescribuntur.

Ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 26 iulii anni 1960.

ffa **CAIBTANUS** Card. **CICOGNANI**, Ep. Tusculanus, ***Praefectus***

L. ℒg S.

Henricus Dante, ***a secretis***

INDEX

ACTA IOANNIS PP. XXIII

ACTA S. CONGREGATIONIS RITUUM

An. et vo!. LII 12 Septembris 1960 (Ser. III, v. II) - N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE NGONGr

E DISTRICTIBUS VULGO KAJAIADO ET NAROK NOVA APOSTOLICA PRAEFECTURA CONDITUR, ((DE NGONG)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Exsultat Sancta Mater Ecclesia quotiescumque filiorum agmina novas, Deo dante, capiunt accessiones eisque omnibus auxiliis adesse festinat, quibus Divinus Servator large eam instruxit Regno Dei in gentibus condendo. Cum igitur venerabilis Frater Vedastus Mojaisky Perrelli, iam Apostolicus in Africa Orientali et Occidentali Delegatus, proposuisset ut laetae Christi segetes quae, Dei afflante Spiritu, in Africae districtibus vulgo Kajaiado et Narok maturescunt, in Apostolicam Praefecturam erigerentur, eiusmodi consilio libenti animo annuentes, auditis venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi de Propaganda Fide praepositis, eorumque suppleto consensu qui in hac re aliquid iuris habeant vel habere se putent, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus et decernimus. Ex territoriis quae vulgo Kajaiado et Narok appellantur, quorum alterum in praesens ad archidioecesim Nairobiensem, alterum ad dioecesim Kisumuensem pertinet, novam Praefecturam Apostolicam constituimus, ab urbe principe *de*

N gong vocandam, quae S. Congregationi Fidei Propagandae obnoxia, sodalibus Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill concredetur, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, quamque, uti congruum, iuribus debitis instruimus, cum honoribus et privilegiis, itemque eius Praesulem, cui etiam onera imponimus. Volumus praeterea ut quae mandavimus, ea exsequenda curet qui Apostolicae Delegationi in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeest, vel quem ipse delegaverit, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum. Qui vero negotium perfecerit, idem ad unguem documenta exarari curabit, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittere curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FÜMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 87.

II

S. SALVATORIS IN BRASILIA ET ALIARUM
(RUIBARBOSENSIS)

QUIBUSDAM DETRACTIS TERRITORIIS AB ARCHIDIOECESI S. SALVATORIS IN BRASILIA ATQUE A DIOECESIBUS BONFIMENSI, CAETITENSI, BARRENSI ET AMARGOSENSI, NOVA CONSTITUITUR DIOECESIS, CUIUS NOMEN ((RUIBARBOSENSIS)).

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Mater Ecclesia, quae omnes homines tamquam filios alendos suscepit, unum hoc sane effusa sollicitudine curat ut veritatis, amoris, divitiarum - que, quas uberrimas a Christo habuerit, iisdem copiam faciat. Cum propterea venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi atque in Brasilia Apostolicus Nuntius, optimum animorum bono assequendo esse censuerit si in provincia ecclesiastica S. Salvatoris in Brasilia nova dioecesis conderetur, cumque, post auditos dilectum Filium Nostrum Augustum Alvarum S. R. E. Cardinalem da Silva, eiusdem provinciae Metropolitam, ceterosque Episcopos quorum interesset, ab hac Apostolica Sede ut id fieret petierit, Nos eius precibus libenter accedentes, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consistoriali Congregationi praepositorum deque summa Nostra auctoritate, eorum denique consensum supplentes, qui hac super re aliquid iuris habeant vel se putent habere, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia totum territorium distrahimus municipiorum, quae vulgo nuncupantur Baixa Grande, Ipirá, Ibiquera, Itaberaba, Macajuba, Mairi, Mundo Novo, Piritiba et Rui Barbosa; item a dioecesi Bonfimensi totum territorium municipiorum vulgo Ireoê, Miguel Calmon, Morro do Chapéu, Utinga; a dioecesi Caetitensi totum territorium municipiorum Lencóis, Palmeiras et maiorem partem territorii municipii Andaraí; a dioecesi Amargosensi reliquam partem territorii municipii Andaraí, quod diximus; tandem a dioecesi Barrensi totum territorium municipii Seabra: ex iisque omnibus novam constituimus dioecesim, *Ruibarbosensem* appellandam atque iisdem terminandam finibus, ac municipiorum e quibus coalescit. Praecipimus etiam ut modo conditae dioecesis episcopalis sedes in urbe vulgo Barbosa sit, cathedra vero Episcopi in templo,

ibidem exstante, Deo in honorem S. Antonii Patavini dicato, quod « Santo Antonio dos Viajantes de Orobo » appellant, quodque ad gradum et dignitatem cathedralis aedis evehimus, factis eidem atque Episcopo privilegiis iuribusque congruis concessis, sacro autem Praesuli oneribus etiam atque obligationibus impositis. Euibarbosensis Ecclesia suffraganea erit archidioecesis S. Salvatoris in Brasilia, atque eius Episcopus eiusdem metropolitanae Sedis Archiepiscopo subditus. Volumus quoque ut Canonicorum Collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas; quodsi in praesens idem constitui nequeat, permittimus ut Consultores dioecesani eius loco deligantur, qui tamen a munere suo cessabunt Canonicis constitutis. Item sacrorum dioecesis Antistiti onus facimus, gravi obligatione adimplendum, Seminarii saltem elementarii, ad normas iuris communis atque S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, quam primum aedificandi, pueris excipiendis ad sacerdotium vocatis, ex quibus qui optimi fuerint Romam mittantur ut in Pontificio Collegio Piano Brasiliano philosophiae et sacrae theologiae operam dent. Mensam episcopalem efficient Curiae fructus, fidelium collationes, bonorum pars quae novae circumscriptam obveniet iuxta canonem 1500 C. I. C. Quod autem ad regimen et administrationem attinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad aliaque huiusmodi, ea servanda censemus quae Codex Iuris Canonici statuit. Ad clerum vero quod pertinet, iubemus ut sacerdotes, his Litteris ad effectum deductis, ei Ecclesiae censeantur ascripti in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri clerici ei, in qua legitime degant. Documenta postremo et acta, quae ad dioecesim Ruibarbosensem quoquo modo respiciant, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ceterum haec Nostra mandata venerabilis Prater Armandus Lombardi, Apostolicus in Brasilia Nuntius, exsequi curabit, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Qui vero negotium egerit, documenta exarari iubebit eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem mittenda curabit. Quod si eo tempore alius eidem Nuntiaturae Apostolicae in Brasilia praeerit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac

Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
5?. R. E. Cancellarius

MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 99.

III

DAMASCENAE
(SARBENSIS)

DETRACTIS QUIBUSDAM TERRITORIIS AB EPARCHIA DAMASCENA, NOVA QUAEDAM EPARCHIA, ((SARBENSIS)) COGNOMINANDA, CONDITUR RITUS ANTIOCHENI MARONITARUM.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Orientalis Ecclesiae gloria, fecundissimae semper sanctitatis matris, eiusdemque ob ingenia, quae christianae religioni edidit, perillustris, eeleberrimae denique monumentorum omne genus magnitudine, christianarumque antiquitatum memoriis, Romanos Pontifices ita semper affecit ut non solum egregiam hanc christianae Rei publicae partem admira-

rentur, verum etiam summo studio prosequerentur, id omnino providentes ut eius necessitatibus, utilitatibus, splendori prospicerent. Quam ob rem, cum Synodus Episcoporum Maronitarum, in aedibus Patriarchalibus Bekorkii die undetricesimo mensis Octobris habita, hoc anno, servatis de iure servandis, statuerit ut Eparchiae Damascenae pars quae in Libano est, in novae Eparchiae formam redigeretur, Sarbensis appellandae; cumque venerabilis Frater Paulus Petrus Meouchi, Antiochiae Maronitarum Patriarcha, haec Synodi decreta ab Apostolica Sede confirmari petierit, Nos, id censentes in animorum bonum esse cessurum, libenti animo ea omnia quae hac in re statuta sint, rata habemus et facimus. Placet ergo, distracta ea territorii parte, quam diximus, ab Eparchia Damascena, novam Eparchiam constitui, *Sarbensem* nomine, iisdemque finibus terminandam atque terrae pars ex qua fit ; Sedem episcopalem in urbe, quam populus Sarba dicit, collocari, cathedram vero in templo S. Georgii in eadem urbe, idque congrua dignitate honestari. Placet, praeterea, ut nova Ecclesia Patriarchae Antiocheno Maronitarum subiciatur obnoxia, iisque iuribus, honoribus, privilegiis fruatur, quae ad Sedes eiusdem ordinis ad earumque Praesules spectare solent, nisi quid ratione ritus vel laudabilis consuetudinis excipi debeat. Mensa episcopalis efficietur : congrua bonorum parte quae ad Eparchiam Damascenam ante divisionem pertinebant; Curiae proventibus; collationibus, quas fideles christiani sponte facient. Quod autem ad clerum spectat, ut Sacerdotes Antiocheni ritus Maronitarum, ei Eparchiae sint ascripti, in qua, his Litteris ad effectum deductis, legitime degant ; ut, postremo, his Seminariis conditae circumscriptioni uti liceat : Patriarchali, nempe, in pago Mar Abda; Centrali, quod vocant, S. Maronis in civitate Ghazir ; S. Francisci Xaverii, denique, in urbe Beryto. Ut autem Eparcha Sarbensis coetum prudentium virorum habeat qui consilio atque industria iuvent, Consultores dioecesanos eligat, qui sibi praesto sint. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae ipsius venerabilis Fratris Patriarchae Antiocheni Maronitarum cura ad effectum deducantur, vel illius quem ipse delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, idem venerabilis Frater documenta exarari studebit, quorum exempla sincere scripta ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittantur. Quodsi tempore exsecutionis alius Antiochenae Sedi praesit, hic mandata Nostra haec effici curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die undecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

IOANNES H. Card. CICOGNANI
S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CI, n. 97.

IV

MANOKWARIENSIS

IN NOVA GUINEA OCCIDENTALI PRAEFECTURA APOSTOLICA CONDITUR, ((MANOKWARIENSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in iis quae ad Dei cultum sanctamque Christi religionem amplificandam servandamque pertinent, non tam initium quam firmitas perpetuitasque operis spectanda sit, praecipuas Nostri muneris partes esse censemus quos in Filii sui societatem Deus vocaverit *(1 Cor.* 1, 9),

eos omnibus donare auxiliis providisque sustentare adiumentis, quibus magis in dies eorum fides solidetur. Quam ob rem cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, qui Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praesunt, audito dilecto Filio Caietano Alibrandi, Apostolico in Indonesia Inter nuntio, existimaverint feliciter in rei christianae bonum esse cessurum si in nova Guinea occidentali Apostolica Praefectura conderetur, cumque venerabilis Frater Noster S. R. E. Cardinalis eiusdem Sacri Consilii Pro-praefectus hanc Patrum Cardinalium sententiam, factis a Nobis facultatibus, ratam habuerit, de apostolica Nostra potestate, consensu eorum suppleto qui in hac re aliquid iuris habeant, haec quae sequuntur statuimus atque renuntiamus. A Vicariatu Apostolico Hollandiae, Ordini Fratrum Minorum Franciscalium concredito, provinciam civilem quae Nova Guinea Occidentalis appellatur distrahimus, ex qua novam Praefecturam Apostolicam constituimus, *Manokwariensem* appellandam, quam regendam et administrandam tradimus dilectis filiis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini sodalibus, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum, in animo concipientes spem ut eorum sollicito studio ac probabili industria, qui aliquando erant longe, iam fide facti prope (cfr. *Eph.* 2, 13), novam vitae condicionem moribus exprimant. Quam Praefecturam eiusque Ordinarium iis decoramus honoribus et iuribus quae ad omnes per terrarum orbem Praefecturas ad eosque Praesules spectant; hunc tamen et oneribus officiisque ligamus quae sacri canones Apostolicis Praefectis imponunt. Volumus denique ut haec Nostra iussa curet exsequenda dilectus Filius Caietanus Alibrandi, quem diximus, vel qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Indonesia Internuntiaturae praeerit. Qui vero negotium perficiendum curabit, eidem necessarias ad id potestates facimus, cuilibet viro subdelegandas, si opus fuerit, dummodo ecclesiastica dignitate praedito. Qui autem rem egerit, exacti negotii documenta exarabit eorumque fide digna exempla ad Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, quam primum poterit, mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrum-

pere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eoma, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. GII, n. S.

V

GOIANIENSIS
(BRASILIAPOLITANAE)

NOVA IN FOEDERATIS BRASILIAE CIVITATIBUS ARCHIDIOECESIS CONDITUR, CUIUS ERIT APPELLATIO ((BRASILIAPOLITANAE)).

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem nullum umquam imperium, nulla res publica, etsi opibus florens aut sublimibus solida moenibus stetit, nisi erga Deum pietas in ipsa floruerit, qua una hominum societas conglutinatur, iustitia, rerum publicarum fundamentum, viget, animique mentesque ad caritatem erga patriam atque cives inclinant, idcirco Ecclesia, omnium mater populorum, quos Christo cotidie parit, id semper suum esse censuit idque annisa est, ut videlicet civilia instituta sacrorum disciplina imbueret, fieretque

gentibus religio aeternae causa salutis. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicus Nuntius, petente ipso Beipublicae Praeside, post auditum venerabilem Fratrem Fernandum Gomes dos Santos, Archiepiscopum Goianiensem, ab hac Romana Sede expostulaverit ut, divisa archidioecesi Goianiensi, nova eo loci archidioecesis conderetur, Nos, id rati in bonum perillustris populi Brasiliensis esse cessurum, eorum consensum supplentes qui in hac re aliquid iuris habeant, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum deque Nostra apostolica auctoritate haec statuimus ac iubemus. Ab archidioecesi Goianiensi territorium detrahimus quod per legem civilem constituit novum Districtum, uti dicunt, Foederalem Reipublicae Brasiliensis, ex eoque aliam archidioecesim efficimus, a nova eaque perampla urbe Brasilia, mox Reipublicae caput constituenda, *Brasiliapolitanam* appellandam, huic Sanctae Sedi directo subiectam, iisdemque finibus terminandam ac Districtus quo constat, ut per legem civilem definitur. Sedem archidioecesis in urbe Brasilia poni decernimus, qua in civitate sacer Praesul domicilium habebit; cathedra autem episcopalis in templo B. M. V. omni labe expertis ab Apparitione collocabitur, quod eidem Virgini proxime dicabitur, quodque ad archiepiscopalis aedis dignitatem evehimus, factis scilicet iuribus, honoribus, privilegiis, quae ad talia templa iure communi respiciunt ; sacrorum autem Antistitem, praeterquam quod iuribus debitis fruetur, etiam oneribus et obligationibus teneri censemus. In Brasiliapolitana Ecclesia Canonicorum Collegium condatur, summi Numinis honori per sacras caerimonias augendo, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas. Quoadusque tamen id fiat, Consultores dioecesani deligantur, Archiepiscopum iuvaturi. Item Seminarium saltem elementarium ab Ecclesiae Praesule aedificetur, ad leges iuris communis et S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, idque gravi obligatione. Cum autem iuvenes adoleverint, ex iis qui optimi fuerint Romam mittantur, Pontificio Collegio Piano Brasiliano recipiendi, philosophiae ac theologiae discendae causa. Mensam episcopalem, quam vocant, constituent : Curiae proventus, stipendium a civili auctoritate dandum, congrua bonorum pars quae novae Sedi accèdent, ad normam can. 1500 C. I. C, divisis bonis archidioecesis Goianiensis. Ad clerum quod attinet, praecipimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, Sacerdotes illi Ecclesiae assignentur in qua beneficium aut officium habeant ;

ceteri vero clerici ei, in qua legitimo domicilio degant. Regimen, administratio novae circumscriptionis, electio Vicarii Capitularis Sede vacante, hisque similia, iure Canonico temperentur. Acta denique et documenta quae conditam Sedem respiciant, cito ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibique in publico rerum religiosarum tabulario asserventur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Armandus Lombardi exsequendas curabit vel per se ipse vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem mitti curabit. Quod si eo tempore alius Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praesit, hic mandata Nostra haec fieri studebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo sexto mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

$j MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco 6B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. C II, n. 60.

YI

ONDOËNSIS
(DE LLORÍN)

QUODAM AB ONDOËNSI DIOECESI, IN NIGERIA, DETRACTO TERRITORIO, NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA CONDITUR, ((DE ILORIN)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui summam catholicarum rerum, divinitus datam, obtinuimus ut Christi fideles regeremus, ceterosque homines, qui extra divini Redemptoris gregem adhuc degerent, ad unum salutis ovile duceremus, omni modo atque sollicitudine curamus ut evangelica luce omnes ubique terrarum collustrentur gentes. Quam ob rem accipiendas esse preces censemus, a dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali S. Congregationis Fidei Propagandae Pro-Praefecto Nobis propositas, ut ex Ondoënsis dioecesis territorio constitueretur nova Praefectura Apostolica : Nobis enim non latet uberius ibi divinae Legis semina florescere ubi aptius dividantur ecclesiasticae circumscriptiones pluresque suppeditentur sacri ministri. De apostolica ergo Nostra potestate, eorum suppleto consensu, qui in hoc negotio aliquid iuris habeant vel se putent habere, haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi Ondoënsi, in Nigeria, territorium separamus septemtrionalis provinciae, quae vulgo de Ilorin appellatur, idque ad gradum Praefecturae Apostolicae perducimus, *de Ilorin* ex eiusdem urbis nomine appellandae. Cui novae Praefecturae omnia adiungimus iura atque privilegia, quae ad eandem Iure Canonico spectant; eiusque pariter Praefectum Apostolicum omnibus decoramus honoribus simulque astringimus officiis et oneribus congruis. Huius novae Praefecturae curam atque regimen Sodalibus tradimus Societatis Missionum ad Afros, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, valde confisi fore ut ipsi, qui incolarum Africae mores vitaeque instituta apprime noverint, Ecclesiae sanctae consulant utilitati atque prolationi. Harum vero Litterarum decreta volumus ut per eum ad effectum deducantur, qui vel in praesens in Nigeriae territorio partes Nostras gerit vel tempore exsecutionis geret, facta potestate et alium virum ad hoc

delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem. Qui vero rem perfecerit, onus habebit factae territorii divisionis documenta exarandi, eorumque fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CII, n. Ji9.

VII

TEHUANTEPECENSIS
(ANTEQUERENSIS)

DIOECESIS TEHUANTEPECENSIS, QUAE FUIT HACTENUS METROPOLIS VERAE CRUCIS SUFFRAGANEA, ARCHIDIOECESI ((ANTEQUERENSI)) SUBICITUR SUFFRAGANEA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi exemplum, qui has in terras descendit ut homines caeca errorum caligine mersos illuminaret, eosque effuso sanguine redimerei, ut ((exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam » *(Eph.* 5, 27), usquequaque Nos, qui eius vices in populo christiano gerimus, id efficere impense movet ut non modo homines summo huius redemptionis beneficio fruantur, verum etiam ut copiose amplissimeque eo uti possint. Quapropter, cum per apostolicas sub plumbo Litteras ((Quibus christiani », die vicesimo tertio mensis Maii, superiore anno datas, dioecesim S. Andreae de Tuxtla ex quadam parte dioecesis Tehuantepecensis constituerimus, censueritque venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Ditione Mexicana Apostolicus Delegatus, bene fieri, si dioecesis Tehuantepecensis, cuius reliqua territorii pars omnis intra fines civilis provinciae Antequera seu Oaxaca exstat, provinciae ecclesiasticae Antequerensi aggregaretur, Nos, re bene reputata, Ordinariorumque locorum Praesulum sententia exquisita, id quod expostulatum est rei christianae incremento esse cessurum reputantes, de Nostra apostolica auctoritate id statuimus ac iubemus. Dioecesim Tehuantepecensem, quae fuit adhuc suffraganea metropolitanae Ecclesiae Verae Crucis, eiusque sacrorum Antistitem a iuris dictione sacri Praesulis illius Sedis eximimus, eosque tamquam suffraganeos Archiepiscopo Metropolitae Antequerensi subicimus, ita ut in posterum dioecesis Tehuantepecensis cum suo territorio ad Antequerensem provinciam pertineat. Ceterum volumus ut venerabilis Frater Aloisius Raimondi has Litteras Nostras ad exitum deducat, sive ipse per se, sive per alium, facta scilicet potestate rei agendae neces-

saria. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarare studebit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore Apostolicae in Mexico Delegationi praesit, hic sane mandata Nostra faciet eadem potestate.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

hoco © **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CII, n. iß.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS VINCENTIUS A PAULO, CONF., PRAECIPUUS PATRONUS CAELESTIS DIOECESIS ARCIS DELPHINI RENUNTIATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Studio inflammatus Regni Dei propagandi, Sanctus Vincentius a Paulo primos Evangelii praecones in regionem, quae nunc finibus dioecesis Arcis Delphini continetur, misit, atque adeo effecit, ut ethnicae superstitionis caligo discuteretur et lux christianae veritatis feliciter ibidem affulgeret. Probatissimo igitur ductus consilio, Venerabilis Frater Alfonsus Fresnel, Episcopus Arcis Delphini, vota quoque sacri cleri populique fidelis suis curis commissi proferens, Nos rogavit, ut Sanctum Caelitem illum, de christiano nomine optime meritum, suae iurisdictionis caelestem renuntiaremus Patronum. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Vincentium a Paulo, Confessorem, totius dioecesis Arcis Delphini, in Madagascaria Insula, praecipuum apud Deum *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die Vii mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

BEATA MARIA VIRGO SUB NOMINE ((IMMACULATAE CONCEPTIONIS)) PRAECIPUA APUD DEUM TOTIUS MORONENSIS DIOECESIS PATRONA CONFIRMATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae festo die Apparitionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae, anno MCMLVH, a Decessore Nostro imm. mem. Pio PP. XII constituta est Moronensis dioecesis in Argentinae Reipublicae finibus, non immerito eandem Deiparam primae labis expertem sibi Patronam adoptavit. Cuius confisos praesidio spes Nos tenet fore, nt res catholica ea in regione laetis auctibus crescat et pietatis studio vehementius in dies inflammentur Christifidelium animi. Cum igitur Venerabilis Frater Michael Raspanti, Moronensis Episcopus, Nos rogasset, ut huiusmodi electionem auctoritate Nostra ratam haberemus, Nos preces ab eo delatas libenti animo audire statuimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine ((Immaculatae Conceptionis » insignem, totius Moronensis dioecesis praecipuam apud Deum *Patronam* confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Aprilis, anno MDCCCCLVHH, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

BEATA MARIA VIRGO, QUAE UT AUXILIUM CHRISTIANORUM INVOCATUR, IN PRAECIPUAM CAELESTEM PATRONAM DIOECESIS VIEDMENSIS ELIGITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Auxiliatricem Virginem Mariam Christifideles dioecesis Viedmensis in finibus Reipublicae Argentinae praecipuo singularique perhibentur obsequio excolere, ad eamque rebus in artis fidentes confugere. Cuius iurisdictionis princeps templum in honorem eiusdem Almae Deiparae, quae ut « Auxilium Christianorum » ab Ecclesia invocatur, est consecratum. Cum igitur Venerabilis Frater Iosephus Borgatti, Viedmensis Episcopus, Nos rogasset, ut Beatam Mariam Virginem, titulo illo insignem, suae dioecesis renuntiaremus caelestem Patronam, Nos precibus huiusmodi libenti animo voluimus concedere, probe fore confisi, ut ex hoc patrocinio fructus uberes, ad religionis augmentum quod attinet, populus fidelis perciperet. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Auxilium Christianorum » appellatam, dioecesis Viedmensis praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu-spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

SANCTUS IOANNES BOSCO, CONF., CAELESTIS PATRONUS ELIGITUR OMNIUM HISPANORUM IUVENUM TIRONUM OPIFICUM, VULGO **((JÓVENES** APRENDICES ESPAÑOLES)).

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Peculiare studium singularisque cura, ut neminem fugit, iis sunt impendenda, qui, aetate florentes, artes condiscunt, ut eorum vita ad veram hominum dignitatem et religionis pietatisque rationes conformetur. Quod nostra aetate obtinet maxime, qua tot disseminantur pravae doctrinae, corruptelarum augescunt illecebrae, non pauci ad materiam omnia referunt, ita ut adulescentulorum animis impendeat periculum multiplex. Hoc sentientes ac pastorali acti sollicitudine, totius Hispaniae Purpurati Patres et Archiepiscopi Metropolitani, vota quoque significantes sacri cleri ac civilium potestatum, Nos rogaverunt, ut Sanctum Ioannem Bosco, iuventutis parentem et amicum communi laude celebratum, tironum seu pusionum opificum universae Hispaniae caelestem Patronum pro Nostra benignitate renuntiaremus. Quas preces Nos, qui eundem Sanctum Caelitem praecipua veneratione prosequimur, libenter statuimus admittere, fore confisi, ut, eo tuente, pueri Hispani, qui artibus discendis dant operam, olim in vitae actione Ecclesiae ac patriae adiungant honorem, afferant utilitatem. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ioannem Bosco, Confessorem, omnium Hispanorum iuvenum tironum opificum, qui « Jóvenes Aprendices Españoles » vulgo vocantur, caelestem apud Deum *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. ALOISIUM IOSEPHUM TIT. S. BERNARDI AD THERMAS S.R.E. PRESB. CARDINALEM MUENCH, QUEM LEGATUM DELIGIT, UT CELEBRITATIBUS PRAESIT IN INSULA MELITA AGENDIS OB UNDEVIGINTI IMPLETA SAECULA, EX QUO S. PAULUS APOSTOLUS AD EAM ORAM NAUPRAGUS ADACTUS FUIT.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Undeviginti saecula cum hoc anno impleantur, ex quo S. Paulus Apostolus, naufragium passus, ad Melitam insulam adactus fuit, et opimo cum fructu illic Christi Evangelium nuntiavit, ad tantam memoriam repetendam ibidem publicas, ut addecet, celebritates parantur.

Quae ut pro magnitudine eventus sollemniores contingant, Venerabilis Frater Michael Gonzi, Melitensis Archiepiscopus, id suppliciter expetivit, ut e sacro Collegio purpuratorum Patrum mitteremus, qui, Personam Nostram gerens, sacris ritibus et coetibus ibi agendis praeesset.

Ee mature perpensa, te, Dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum eligimus et renuntiamus, ut religiosa festa praesidendo decores, quibus in Melitense litus adventus Doctoris gentium, debita cum gratiarum Deo reddenda actione, magnificis recolatur praeconiis, atque os veluti Nostrum effectus, pio et diserto eloquio, ut soles, gratulationes, adhortationes, vota dilectae Nobis insulae afferas.

Haec clementia caeli, piscosis maris sinibus, frugifero agro, bona incolarum indole celebrata est. At multo maioribus muneribus quam iis, quae a natura rerum accepit, caelesti gratia largiente, ditata est, cum beatissimum Paulum haud modica humanitate, tres per menses, hospitio excepit.[1]

Liberalitate se vinci a Melitensibus Christi Apostolus non sivit atque, ubertim effuso Evangelico sermone, quem divina miracula et signa confirmarunt, invexit eis catholicam fidem, quae pura sanitate fulget et per saeculorum cursum insidiis non territa, rupe maris undis percussa firmior est, ductrix morum, honestatis et sanctitatis altrix, concordiae vinculum, felicitatis pignus perpetuum.

[1] Cfr. *Act.* XXVIII, 1-11.

Hac de causa merito de Melita antiquo rhytmo canitur : *Ex quo fidem recepisti, Recidiva non fuisti, Civitas praenobilis.*

Christiani nominis propugnaculum, Melita evangelicis virtutibus niteat et floreat, eaque in exemplum operosam et integram fidem servet, cuius S. Paulus illi fuit sator et praeco, a maioribus quasi hereditate acceptum inenarrabilis pretii thesaurum.

Per historiae decursum varias ei fuisse temporum vices, easque haud omnes laetas probe scimus. Futuri aevi eventus — id paternis votis cupimus — eiusmodi sint, qui rerum félicitâtes et prosperitates gignant.

Quidquid autem continget, hoc erit Melitensibus aeque iustum ac perpetuo profuturum, ut privatae et sociali vitae nullum aliud ponatur fundamentum praeter id, quod a Sanctissimo Apostolo positum iis est, Iesus Christus.[2]

Haec loquere et adhortare, Dilecte Fili Noster, cum Legati Nostri munere in Melitensibus celebritatibus fungeris. Quod ut omni ex parte bene vertat atque uberem fructum pariat, Dei invocata ope, Apostolicam Benedictionem tibi impertimus, eandemque sollertissimo Melitensi Archiepiscopo, Antistitibus, Magistratibus, sacerdotibus et christifidelibus, illic interfuturis, volenti amantique animo pertinere volumus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

II

AD EMUM P. D. ALOISIUM IOSEPHUM TIT. S. BERNARDI AD THERMAS S. R. E. PRESB. CARDINALEM MUENCH, QUINQUE A SUSCEPTA EPISCOPALI DIGNITATE LUSTRA IMPLENTEM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Si religiosae piaeque mentis officio semper sacri Psaltae illa vox congruit : *Benedicam Domino omni tempore, semper laus eius in ore meo,*[1] cum nulla dies, nullaque hora beneficiis vacent caelestibus, tamen, statis celebribus ex more temporibus, effusior et publica Deo gratiarum actio

[2] Cfr. *1 Cor.* III, H.

[1] *Ps.* 33, 1.

exsolvenda est, cum retro verso animi obtutu, emensa vitae semita supernae misericordiae multiplici largitate manifestius apparet conspersa.

Hoc te quoque addecet, Dilecte Fili Noster, qui quinque a suscepta episcopali dignitate mox celebraturus es lustra.

A qua fausta recolenda memoria Nos alieni esse non patimur, quin etiam, paternae moti benevolentiae studio, quo te complectimur, felicia cuncta tibi percupimus, non sine gratulationibus, quae bonae in te existimationis indices sunt et nuntiae. Nam Fargensis Ecclesiae Episcopus creatus, in pastorali tuo munere exercendo illustria amoris fideique testimonia dedisti. Praeter alia in te caritatem opificum et tenuiorum studiosam valde amamus. Cum socialis rei disciplinis alte imbutus sis, bonus, vigil, providus pastor praesertim rei sociali doctrina collustrandae et operibus provehendae omni contentione vacasti.

In episcopalibus Consiliis, eadem super re exquisita semper tua sententia fuit, atque diu cum moderabaris illam quae Anglico sermone « National Catholic Rural Conference » nuncupatur, sapientia, sedulitate, navitate praeclara tibi merita comparasti. Latior deinde porro patuit sollicitudo tua erga inopes et calamitatibus adflictos, cum postremo bello ex universis gentibus confecto, Apostolicus Visitator in Germania ac postea illic Apostolicus Nuntius fuisti : pr aegra vis partes officii magna prudentia, sollertia pari persolvens, huic Petri Sedi exspectationi cumulate respondisti. Has tuas eximias animi laudes tuosque labores ut aliquo adspectabili praemio afficeremus, te Sacra Romana Purpura decoravimus. At nunc in Romana Curia consiliorum lumine et operae actione Nos in universali explendo ministerio adiuvans, animi Nostri magis magisque demereris gratiam, quam etiam hasce per Litteras feliciter ominando tibi proferre gaudemus.

Longam igitur tibi terrestris lucis usuram admota Deo prece poscimus, ut ipse animo et corpore validus, in Catholicae Ecclesiae emolumentum et decus multa sapienter cogites, cogitata actuose perficias, et solaciis affluas.

Nihil denique Nobis reliquum est nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, Apostolicam Benedictionem, supernorum auxiliorum pignus, impertiamus, quam et ad universos sacro anniversario tuo interfuturos pertinere libenter volumus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV Iunii anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

III

AD EMUM P. D. GUSTAVUM TIT. S. HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM TESTA, QUEM LEGATUM MITTIT AD EUCHARISTICUM EX UNIVERSIS GENTIBUS CONVENTUM MONACHII CELEBRANDUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Monachium, Bavariae caput, Germaniae urbs florentissima, ingeniis, fastis, artibus conspicua, atque erga adorandum altaris Sacramentum pietate nobilissima, proximo mense Augusto, Eucharistici ex universis gentibus Conventus sedes erit, quem et insignem et perpetuo memorandum futurum esse facile confidimus.

Ut autem Eucharistico Conventui Monachii habendo non solum flagrantibus votis, sed etiam, ut rei gravitas poscit, per Purpuratum Patrem, qui Nostram gerat personam, praesentes adsimus, te, Dilecte Fili Noster, Legatum deligimus et renuntiamus, qui Nostro nomine piis celebritatibus et coetibus eius praesideas. Cum vero probe noverimus eximias dotes, quibus animus tuus exornatur, minime dubitamus, quin hac legatione, quam tibi demandamus, cum laude et decore fungaris, atque inde ad fovendum Eucharisticum cultum et ad religionis utilitates provehendas occasionem nanciscaris praeclaram.

Cuius rei causa veluti os Nostrum factus, Dilecte Fili Noster, sollertem operam dabis, ut mentis cogitationes, vota et omina Nostra Congressioni illi adfuturis proferas atque declares. Celsissimi Sacramenti, quo Christus Iesus sub speciebus panis et vini est praesens, sacerdotum ministerio Hostiam puram et rationabilem aeterno Patri se offert, ac vitale simul nobis alimonium se praebet, hoc proprium et praecipuum est, ut unitatis sit signum et artifex : ((Salvator noster in Ecclesia tamquam symbolum reliquit eius unitatis et caritatis, qua christianos omnes inter se coniunctos et copulatos esse voluit » (Conc. Trid., Sess. XIII). Quam unitatem eiusdem sacrosancti mysterii ipsa materia prae se fert. T7t scilicet ex multis granis unus confectus est panis et ex racemorum disperso numero unum exstitit vinum, ita fideles sumendo Christum, unum Christi corpus, unam Ecclesiam perficiunt.

Etenim Spiritus Sanctus, qui in sinu Virginis Mariae corpus Christi formavit, ipse Christi capitis mystica membra fingit et conectit, sanat

et firmat. Quapropter eius virtute oportet perfecte et plene Ecclesiae filios mundari, cum divinis mysteriis intersunt et Angelorum Pane vescuntur, ut sese in Christum convertant. Accedant pulchri ad Pulchrum ; propinquantes ad lumen, fulgescant ; et ut contingant tam celsa, sua post se noxia et misera salutari contemptu relinquant : *recedant vetera, nova sint omnia, corda, voces et opera.*[1]

Spiritus Sanctus enim tanti operatione mysterii Ecclesiae fit vita, quae nescit senium, ver gignit quod expers est hiemis, inter dura et adversa non defuturam certamque efficit disponitque victoriam.

Dilectissimus Nobis Cardinalis Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis, Eucharisticae Congressioni, quam tam pio studio et studiosa pietate ibi parat, id quidem defert, ut ea veluti liturgica statio sit, quae Romae quadragesimali tempore rite haberi solet, statio scilicet non Urbis, sed orbis, ubi pro militanti Ecclesia universa et saeculi necessitatibus, fortium agmine instructo, ardenti cum certatione preces fundantur. Placet admodum Nobis hoc piae mentis consilium ; atque e vestigio declarare properamus, quali assequendarum rerum proposito cupiamus tot supplicum voces ad caelum attolli. Iisdem nempe hoc continetur causis, ob quas Oecumenicum Concilium celebrandum esse statuimus. Orandus illic scilicet Deus et coniungendae sunt uno nisu vires, ut materialismus qui audit, quo dégénérant hominum mores, demum summis, quae spiritualia efferunt, rationibus cedat atque facessat. Ac potissimum supplicandum est, ut Christi religio universos per terrarum orbis fines, amotis repagulis, propagari possit, ut ad christianae legis principia socialis rei instituta et actio vitae conformentur, ut denique religionis praeceptis et afflatu casta ineantur et regantur conubia.

Pro certo habentes hortationes Nostras libenter susceptum iri, urbi Monachio, quae Christo Regi, eucharistico velamine abscondito, memorandum instruit triumphum, praesentem Dei tutelam et iuge praesidium invocamus, ut sincerae et orthodoxae fidei in exemplum retinentissima custos, puriore usque christianae humanitatis iubare floreat et in primoribus Germanorum civitatibus ut multigeno splendore gemma rutilans eluceat ; ac tibi, Dilecte Fili Noster, legationi tuae felicem exitum et eventum exoptantes, Apostolicam Benedictionem impertimus; hanc vero et ad sollertissimum Monacensem et Frisingensem Cardinalem Archiepiscopum, ad ceteros Cardinales, ad Archiepiscopos et Episcopos, ad

[1] **Hymn. ad mat. in festo Ssmi Corporis Christi.**

Magistratus, ad sacerdotes et fideles, Eucharistico Conventui ex universis gentibus Monachii interfuturos, pertinere ultro volumus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Iunii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

IV

AD EMUM P. D. IOSEPHUM TIT. S. IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM PRESB. CARDINALEM FRINGS, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, QUINQUAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO IMPLETUM ANNUM CELEBRATURUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Proximo mense Augusto, faustus tibi, Dilecte Fili Noster, illucescet dies, qui plurimas ac suaves in cogitatione defixas excitabit tibi recordationes, ac religiosum animum tuum ad sueto effusiores Deo persolvendas grates impellet : nam ab inito sacerdotio quinquagesimam anniversariam celebrabis memoriam.

Quodsi enim illud sacri Psaltae : *Benedicam Domino omni tempore, semper laus eius in ore meo,*[1] iustum est perennis summo omnium bonorum Largitori obsequii praeceptum, commotiore tamen mentis affectu decet statis ex more temporibus beneficia caelestia recolere, cum praeterita spatia emetiendo, illorum et cumulus et granditas et ordo apertius apparent.

Sive naturae sive caelestis gratiae dona largiter tibi data. Bona indole praeditus, alienis necessitatibus obvenire gaudium potius quam officium tibi reputas, atque, ut sollicitum in proximos studium tibi proferres et exacueres stemmati tuo hoc propositum voluisti insculptum : *Pro hominibus constitutus.* Diligis Alpes, musicen, litteras et, quod potissimum est, catholicam fidem, in qua a pientissimis parentibus eruditus es, eamque sacris doctrinis ac praesertim Divinis Litteris adsidue vacando ita excoluisti, ut ea robore in te sit firma et lumine splendida.

At cum probe tibi persuasum sit fidem sine caritate prorsus arescere, caritate autem et iustitia enutriri, id tibi iniungis curae, ut serena tua

[1] *Ps.* 33, i.

sint iudicia, effusa largitas et latissime patens misericordia. Nam tuam et Coloniensis Ecclesiae eximiam caritatem experiundo noverunt Iaponia, Corea Australis, Africa Australis; adiutricem vero tuam opem excepere communia inita consilia, ut per universum terrarum orbem pallida fames, quantum fieri posset, arceretur. Quod quidem Catholicae in Germania Ecclesiae prorsus singulare est, idque, cum praeclari sit exempli, in eius historia aureis inscribendum est litteris.

Nec tacere possumus in exemplum deditam devinctamque voluntatem tuam huic Petri Sedi, custodi veritatis et magistrae virtutis : haec studiosa reverentia inde quoque luculentissime patuit, quod, praesenti tuo vertente felicitatis eventu, inque eius perennandam memoriam Radiophonicae Vaticanae Stationi summi pretii instrumenta dono danda curasti, quibus ita Nostra amplificatur vox, ut extremas quoque Africae oras puro et claro sonitu attingat.

In pastoralis muneris tui annalibus praeter alia relatu digna nonnulla recensere Nobis placet : permultas aedes sacras in archidioecesis istius finibus e solo excitatas, octo emensa celebrata saecula, postquam Coloniense Templum princeps incohatum est, peractam dioecesanam Synodum salubribus praescriptis insignem, Catholicorum Germanorum Coloniae Agrippinae sollemnem habitum Conventum, cui consilio et arbitrio tuo hoc lemma propositum fuit : *Ecclesia signum Dei inter gentes.*

Praeclara quoque tibi comparasti merita ut Praeses Episcopalium Fuldensium coetuum et domo profugorum expediendis negotiis ut Tutator princeps, ab Apostolica Sede renuntiatus.

Haec omnia, quae in laudem tuam memoravimus, valido sint tibi incitamento, ut, in egregie agendo et patiendo pro Dei nomine et gloria, pro Ecclesiae firmitudine et decore, nedum interquiescas, humilis amoris semita altiora usque assequaris, secundum illam S. Augustini sanctitudinis formulam, optimo cuique sacro pastori probandam : *Otium sanctum quaerit caritas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas caritatis,*[2] ita ut et contemplatio veritatis et sedulitas operae mutuo vicissim altera alteri cedant, atque sibi et aliis profuturos progignant virtutis effectus. Quae ex animo optantes, Deum exoramus, ut tibi vires tueatur, diuturnam terrestris lucis usuram concedat atque inceptis tuis propitius adsit.

Ut autem salutarior quinquagesimus sacerdotii tui natalis contingat,

[2] ***De Civitate Dei,*** **19, 19.**

id tibi facultatis facimus, ut, quo volueris die, adstantibus christifidelibus Nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenaria Indulgentia proposita.

Nihil denique Nobis restat nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque gregi moderationi tuae commisso Apostolicam Benedictionem libenti volentique animo impertiamus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Iulii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIO

Delectis viris e multis Nationibus, qui Romam venerunt, ut Coetui quinto, quem « Caritas Internationalis » coegit, interessent. *

Chers Fils,

Ce Nous est une joie de souhaiter aujourd'hui la bienvenue aux membres de la cinquième Assemblée générale de la *Conférence internationale des charités catholiques,* venue célébrer à Rome le dixième anniversaire de sa fondation.

Il Nous plaît d'abord, chers Fils, de vous rappeler, comme un agréable souvenir, que Nous avions vu poser les premiers jalons de cette *Caritas internationalis* en 1947 à Paris, lorsque Nous étions en France le représentant du Saint-Siège. Que de chemin parcouru depuis lors par cette grande organisation qui groupe maintenant quarante-trois nations dont Nous avons le plaisir de saluer ici les dignes représentants ! Quel bon travail accompli aussi dans l'esprit de l'Evangile, dont vous êtes les actifs témoins, et dont votre charité vous fait les apôtres efficaces ! C'est de tout cœur que Nous faisons monter Notre prière, à laquelle la vôtre s'unit, Nous en sommes sûrs, pour remercier le Seigneur de tant de grâces reçues et de tant d'oeuvres réalisées dans ce beau ministère de la charité.

Mais que de détresses à soulager encore dans le monde ! C'est pour-

*** Die 27 Iulii mensis a. 1960.**

quoi vous avez voulu consacrer les travaux de cette Assemblée à « la nécessité d'une pastorale de la charité dans le monde contemporain ». Bien au delà de l'œuvre effectuée par la *Conférence internationale des charités catholiques,* il reste encore en effet beaucoup à faire pour rendre les catholiques du monde entier plus soucieux d'exercer leur devoirs en ce domaine, et pour donner plus d'efficacité à l'ensemble de leurs concours au plan international.

Il s'agit, comme vous l'avez déjà si bien compris, de créer chez les catholiques comme un climat de charité, dans une sorte d'émulation contagieuse où chacun se sente pressé de donner ce qu'il a, de faire ce qu'il peut, de tout son cœur. Il s'agit encore, dans un monde trop souvent sensible aux rapports de force et trop uniquement soucieux d'appliquer une justice quelquefois bien étroite, de réhabiliter la vraie notion de charité, et de remettre en honneur les humbles œuvres de miséricorde, « dont l'Eglise recommande si chaudement la pratique à ses enfants ».[1]

Il s'agit surtout de coordonner l'action caritative au plan international, pour que la solidarité des catholiques avec leurs frères dans le besoin, et tout spécialement ceux qui sont cruellement frappés par une soudaine catastrophe, puisse se manifester avec rapidité et efficacité, et c'est là votre tâche irremplaçable. En organisant, par l'utilisation des moyens techniques appropriés, la charité des catholiques à l'échelle du monde entier, vous permettez à l'Eglise d'être constamment présente et agissante partout où quelqu'un souffre dans le monde. Vous réalisez ainsi une adaptation effective de la charité aux besoins des vrais pauvres d'aujourd'hui dont il faut soulager la détresse, et rendez aussi plus efficaces les secours apportés par les catholiques pour soulager la misère humaine.

Ce faisant, vous êtes de bons imitateurs de Saint Vincent de Paul dont l'Eglise vient de fêter, avec l'éclat qui convenait, le tricentenaire. Vous mettez en pratique la consigne que Nous donnions alors à cette occasion : « La charité, nourrie et exercée par les mobiles et les intentions toujours et uniquement surnaturelles d'un Saint Vincent de Paul, exige pour notre temps — en plus des voies traditionnelles — des initiatives et des méthodes nouvelles ».[2] Comme il y a trois siècles Saint Vincent de

[1] **Message de S. S. Jean XXIII pour l'ouverture de la campagne de la F.A.O. contre la faim. *L'Osservatore Romano,* 3 juillet 1960.**

[2] **Epistula ad Eevmum P. Villelmum Slattery, Moderatorem Generalem Congregationis Missionis. *A. A. S.* v. LII (1960), p. 147 sq.**

Paul suscitait de multiples vocations de dévouement au service des déshérités, tout en coordonnant leurs efforts, il faut aujourd'hui encore . susciter dans P Eglise les apôtres généreux et désintéressés dont la misère du monde a besoin. Il faut aujourd'hui aussi que la charité des catholiques soit pour tous les hommes un témoignage perceptible de la mission salvifique universelle de l'Eglise du Christ.

Nous vous félicitons, chers Fils, d'avoir pris à cœur Nos exhortations paternelles à tout l'univers catholique dans Notre récente Lettre-Encyclique *Princeps Pastorum* pour que tous pratiquent « cette charité qui est le signe distinctif du chrétien, charité qui se tient éloignée de toute discrimination raciale, qui ouvre les bras et le cœur à tous, frères et ennemis ».[3] Chacun sait la part importante que vous avez prise dans le bel effort de solidarité qui s'est manifesté à travers le monde en faveur des victimes des récentes catastrophes, tout spécialement au Chili. Et Nous encourageons et bénissons de tout cœur vos projets d'aide fraternelle aux pays d'Afrique, d'Asie, et d'Amérique latine, aide immédiate indispensable pour procurer du pain à ceux qui souffrent de la faim, aide à plus long terme aussi et non moins importante pour permettre à ces pays en voie de développement d'accéder à une saine économie qui permette à leurs ressortissants une vie plus humaine.

Nous aimons enfin vous redire en terminant cet aimable entretien de ce matin l'encouragement que Nous donnions naguère aux représentants des Œuvres de miséricorde de Eome : « Sachez, vous aussi, être pleins de foi et de l'Esprit-Saint, de grâce et de force, comme le saint Lévite Etienne, pour répondre dignement aux espérances que l'Eglise met en vous, et pour accomplir dans un effort de perfection les différentes œuvres confiées à votre compassion de chrétiens ».[4] C'est dans cette confiance qu'avec tous Nous vœux et Nos meilleurs encouragements paternels pour la bonne poursuite de votre tâche, Nous invoquons sur vous l'abondance des grâces divines en gage desquelles Nous vous acordons de grand cœur une large Bénédiction Apostolique.

[3] *A. A. 8.,* vol. LI, 1959, p. 853.

[4] *L'Osservatore Romano,* 22-23 février 1960.

NUNTII RADIOPHONICI

I

CHRISTIFIDELIBUS MELITENSIBUS, UNDEVICESIMUM REVOLUTUM SAECULUM CELEBRANTIBUS A DOCTORIS GENTIUM IN EORUM INSULAM ADVENTU. *

Venerabili fratelli e diletti figli di Malta!

Con profonda soddisfazione vi porgiamo il Nostro paterno saluto, lieti di poterCi rivolgere direttamente a voi per il tramite delle onde radiofoniche, al termine delle celebrazioni per il xix centenario del naufragio di S. Paolo nella vostra isola.

La Nostra prima parola vuole essere di vivo compiacimento per il fervore da voi dimostrato in questa circostanza, che sarà ricordata a lettere d'oro nei fasti della storia religiosa di codesta isola nobilissima e cattolicissima, come ben volle chiamarla il Nostro Predecessore Pio XI di ven. mem. Fin dall'inizio dello scorso anno avete preparato infatti i vostri cuori alla commemorazione del fausto evento, corrispondendo alle pastorali premure dello zelante Arcivescovo Metropolita, ben assecondato dal Vescovo di Gozo. Sicché ben possiamo affermare che non più soltanto per tre mesi, come raccontano gli Atti,[1] ma per tutto questo tempo la figura dell'Apostolo Paolo si sia levata di mezzo a voi, a rinnovare il fervore, la santa emulazione nel bene, l'intima trasformazione dei cuori, operati dal suo temporaneo soggiorno di allora, e a far echeggiare sempre più alto l'annunzio del *suo Vangelo.*[2]

La voce di Paolo non è risonata invano su codesta isola benedetta. Sospintovi dalla volontà di Dio, a cui obbediscono i vènti e il mare,[3] dopo quattordici giorni di indicibili privazioni su la nave sbattuta dall'uragano, la sua venuta tra voi segnò l'inizio di una nuova era. La narrazione degli *Atti degli Apostoli,* che nella descrizione della tempesta e del naufragio ha tratti efficacissimi di rara potenza drammatica, sembra placarsi, nel brano del soggiorno maltese di Paolo, in un clima serenamente intimo e familiare, come l'azzurro del cielo disperde la foschia del temporale. E, come degno sfondo alle gesta dell'Apostolo, brilla di luce purissima

*** Die 24 Iulii mensis a. 1960.**

[1] *Act. 28,* 11.

[2] Cfr. *Rom.* 16, 25.

[3] Cfr. *Matth.* 8, 27.

Patteggiamento di quei primi isolani, ricchi di « molta umanità »,[4] cordiali, semplici e schietti, il cui profondo sentimento religioso fu così largamente premiato dalla predicazione del vero Dio.

Oh, sì, la vostra isola, che sorge a specchio del mare come una perla di lucente bellezza, aveva già, nella sua vita millenaria, invidiabili titoli di onore, per la sua antichissima civiltà, per i suoi templi famosi, per la religiosità dei suoi abitanti. Ma con la venuta di Paolo, accolto con tanta carità e accompagnato con « molti onori »,[5] doveva cominciare la sua vera gloria, la più pura e più nobile, sfolgorante di luce per i lunghi secoli della sua storia dolorosa ed eroica. E, difatti, che cos'altro mai ha animato i vostri padri a quella fedeltà a Dio ed alla Chiesa, a quell'attaccamento alla cattolica unità, che forma il vostro vanto più alto? Che cosa ha reso la vostra isola una cittadella avanzata del Cristianesimo tra le agitate vicende del Mediterraneo? Soltanto la fede cristiana, a voi portata dall'Apostolo ((prigioniero di Cristo Gesù »,[6] e deposta nei cuori come un seme di ineguagliabile fecondità.

Ben a ragione le celebrazioni centenarie, che oggi si conchiudono, hanno assunto il significato di un trionfo della fede cristiana, publicamente attestata in faccia al mondo intero da voi, che volete essere i degni discendenti degli antichi e buoni ospiti dell'Apostolo naufrago.

Diletti figli!

Tutto nella vostra isola ancora parla di San Paolo. Egli è rimasto per voi « l'Apostolo Padre » per eccellenza, colui che vi ha generati alla vera fede. Di lui parlano le molte chiese e cappelle a lui dedicate, fra le quali rifulge la chiesa cattedrale, elevate nei luoghi santificati dal suo passaggio ; ma specialmente vive sono rimaste in voi le sue parole.

Oh, le parole sante e benedette dell'Apostolo ! quale luce e quale forza continuano a dare alla Chiesa ; quale miniera inesauribile di teologia e di spiritualità si apre, con abissi insondabili, in ciascuna di esse, rivelando il mistero ascoso da secoli in Dio, la salvezza nostra ottenuta per mezzo del Cristo e comunicata nella Chiesa, suo Corpo Mistico. Quale luce di orientamento e quale forza di amore esse danno alla odierna società, minacciata da tanti errori, e specialmente inaridita dal freddo dell'egoismo e del mutuo sospetto!

[4] *Act.* 28, 1.
[5] *Act.* 28, 10.
[6] *Eph.* 3, 1.

A queste parole, che durante tutto l'anno centenario avete approfondite e gustate, Noi vogliamo richiamarvi, rivolgendovi l'invito di Paolo : « *Sic state in Domino!* Tenetevi saldi nel Signore !)).[7] E ancora : « Del rimanente adunque, o fratelli, vi preghiamo e scongiuriamo nel Signore Gesù, che, come avete imparato da noi, in qual modo dobbiate camminare e piacere a Dio, così pur camminiate, onde sempre più siate in abbondanza ! ».[8]

Ecco, fratelli e Agli dilettissimi, la consegna dell'Apostolo alla vostra vita di fedeli cattolici : stare saldi : camminare : e piacere a Dio.

Slare saldi nel Signore, per mantenere quella stabilità e fermezza che è proprietà degli uomini forti e coraggiosi. Saldi nella fede, di fronte alle lusinghe dell'errore, con cui Satana, trasfigurato talvolta in un angelo di luce, cerca di far dimenticare l'eredità sacra del Cristianesimo. Saldi nella morale, nella pratica generosa dei dieci comandamenti, dei precetti della Chiesa, e delle quattordici opere di misericordia, per resistere alle seduzioni che qua a là fanno sentire la loro voce di sirene ingannatrici. Saldi nel Signore, per conoscerlo, amarlo e servirlo, nutriti, con la grazia, della sua stessa vita, e alimentati dal suo Corpo prezioso, che è pegno di vita eterna e di gloria futura. Saldi nella obbedienza fedele alla sacra Gerarchia, che in mezzo a voi rappresenta Cristo stesso, assicurandovi la genuinità del vostro ossequio a Dio.

Tale stabilità non significa tuttavia pigro indugiare su posizioni raggiunte, e tanto meno mancanza di vita. Secondo l'insegnamento paolino bisogna muoversi, andare avanti : *camminate,* è la sua forte consegna. Lo ripetiamo particolarmente alla gioventù, che talora può essere tentata di pensare che l'obbedienza alle leggi del Signore e della sua Chiesa significhi una menomazione, un essere frenati e tarpati nel volo verso la libera affermazione della personalità. Ebbene, no, diletti figli : il vero cristiano, colui che ha fatto suo l'insegnamento e l'esempio di San Paolo, non sa che cosa voglia dire fermarsi o, peggio, indietreggiare : ma, pieno di liete speranze e del desiderio di migliorarsi e di migliorare il mondo, avanza serenamente in una continua ricerca del bene : in un continuo approfondimento della propria altissima dignità di vivente in Cristo, a cui vuole adeguare pensieri, affetti, attività e lavoro. Bisogna camminare nel continuo perfezionamento di se stessi, nella ricerca del ben fare, nella pace con Dio e col prossimo, persuasi che solo così si è moderni, si è

[7] ***Phil.* 4, 1.**

[8] ***Thess.* 4, 1.**

completi, si è aggiornati, in una prospettiva che unisce il tempo alla eternità, la creatura a Dio. È sempre l'Apostolo che parla : sentite : *Tutto è vostro, ma voi siete di Cristo, e Cristo di Dio.*[9] E ancora : *Tutto ciò ehe è vero, tutto ciò che è onesto, tutto ciò che è giusto, tutto ciò che è santo, tutto ciò che rende amabile, tutto ciò che fa buon nome, se qualche virtù, se qualche lode di disciplina, a queste cose pensate.*[10]

Camminare infine per *piacere a Dio :* che è il più grande e nobile scopo della vita, e la fonte inesauribile delle più pure soddisfazioni. La vostra storia, o diletti figli di Malta, si può compendiare con queste parole : perchè, dal momento in cui la religione cristiana si radicò in mezzo a voi, nient'altro hanno voluto compiere i vostri padri, se non piacere a Dio con una vita intemerata e con una pratica esemplare del cristianesimo.

Sia questo il rinnovato impegno, che salga al cielo dai vostri mille petti, in questa ora vespertina piena di raccoglimento e di dolcezza. Sia questa la promessa, che degnamente coroni la comune letizia dei vostri cuori.

È per Noi dolce pensare che, in questo momento, nella penombra solitaria della sua grande Basilica Romana su la via Ostiense, le ossa del vecchio Apostolo esultino nella tomba per il rinnovarsi del fervore e dei sentimenti, da lui suscitati un giorno nella vostra isola : e che dal Cielo più copiosa discenda la sua protezione, apportatrice di continue grazie su la vostra fervida e fedele comunità, da lui stesso fondata.

Oh, Paolo di Tarso, vaso di elezione per tutte le genti, che nelle tue infinite peregrinazioni terrene hai instancabilmente predicato il Cristo Crocifisso, conquistando a Lui il mondo, guarda con paterna predilezione a questo popolo, che è rimasto tuo fin da quando ad esso ti mostrasti. Tu sei ad esso padre e maestro : tu lo hai ispirato nelle prove, lo hai rinvigorito nelle lotte, lo hai sostenuto con la tua sapienza e col tuo esempio. Fa che, per tua potente intercessione, questa isola, ch'è *Civitas praenobilis,* rimanga sempre la tua eredità.

Diletti figli ! Questo è il Nostro voto e la Nostra preghiera. E vi auguriamo di tutto cuore che si compia in voi il più ardente desiderio del vostro Apostolo Padre, l'anelito ispiratore di tutta la sua vita missionaria : *che Cristo abiti nei vostri cuori mediante la fede, acciò essendo radicati e fondati nella carità, possiate con tutti i santi comprendere la larghezza,*

[9] *1 Cor.* 3, 22.
[10] *Phil.* 4, 8.

la lunghezza, V altezza e la profondità : e intendere altresì quella carità di Cristo, che sorpassa ogni scienza, affinchè siate ripieni di tutta la pienezza di Dio.[11] •

In pegno di questa ricchezza divina sul degnissimo Nostro Cardinale Legato, sui Signori Cardinali presenti, sull'Episcopato e sul clero, su le Autorità, e su di voi, diletti figli, e su le vostre famiglie, su le vostre case, e su la vostra terra, Noi vogliamo benedirvi nel suono stesso della lingua maltese :

Inbercucom Vqalbna colla, fiisem tal-Missir, u tal-Iben u tal-Ispirtu ßantu (Vi benediciamo con tutto il cuore, nel nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo). *Amen.*

II

AD TERMINANDAS CELEBRITATES OB EUCHARISTICUM EX UNIVERSIS GENTIBUS CONVENTUM MONACHII IN BAVARIA PERACTUM. *

Animo praesentes intentis mentis oculis contemplamur Eucharisticum ex omnibus gentibus Conventum, qui hisce diebus Monachii in Bavaria celebratur.

Prorsus digna fuit Bavaria, quae ad tantum parandum triumphum Christo sub Eucharistico velamine abscondito deligeretur. Ea namque christianis virtutibus conspicua, rebus gestis nobilissima, praeter alia decora, nonnullis Europae regionibus Christi Evangelium invexit, multos Sanctos Caelites peperit, Apostolicae Sedi tres Summos Pontifices, scilicet Clementem II, Damasum II, Victorem II dedit; ac praesertim Monachium, eius urbs caput, erga celsissimum Eucharisticum mysterium cultu praestitit et praestat.

Laudemus consonis vocibus, laudemus silenti animorum cantico mirabile hoc Sacramentum : nam inde militanti Ecclesiae tamquam ab uberrimo fonte virtutes et perfectiones derivantur. Quapropter peropportunum esse ducimus illud quod Eucharistico isti Conventui lemma propositum est, attentis et utilibus explanationibus collustrandum, verba scilicet Divini Redemptoris Eucharistiae Sacramentum pollicentis : ((Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita x».[1] Sanctissima Eucharistia enim, cum Auctorem ipsum gratiae et supremum fontem divinae vitae contineat, in sacri baptismatis aqua renatis huiusmodi vitam roborat et perficit. Quo fit, ut praesertim virtute huius Sacra-

[11] *Eph.* 3, 18-19.

* Die 7 Augusti mensis a. 1960.

[1] *Io.* 6, 52.

menti in rem deducatur illud quod Christus, bonus Pastor, de se asseruit : « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant ».[2] Quam mirum tunc spectaculum patet oculis fidei nostrae, contemplantibus divinae vitae supereffluentem humano generi communicationem vi effectuque Sacrificii Missae et Communionis sacramentalis ! Hac copiosa divina vita fruuntur cumprimis singuli christifideles, qui ita sentiunt in se confirmari et augeri virtutes fidei, spei, caritatis ceterasque cum illis conexas. Eadem divina vita fruuntur christianae familiae, in quarum convictu diligenter ac prompte coluntur fidelitas, mutuus amor, castitas, oboedientia filiorum, atque inde suavissimi pacis et spiritualis gaudii fructus maturescunt. Eadem gaudet et hominum societas, ubi christiani Angelorum pane vescentes « sal terrae ... lux mundi »[3] effecti, omnium virtutum, imprimis socialis iustitiae et caritatis, exempla civibus praebent. Gaudet pariter et universa Ecclesia, ubi incitamentum, incrementum, praesidium inde excipiunt caelestium veritatum contemplatio et divinus cultus ; ac vehementer laetatur, quod impensissime exinde alitur et exacuitur cura pro iis adhibenda, qui ad sacerdotium ineundum vel ad religiosam capessendam militiam divinitus vocantur, ut sanctissimum illud evangelicae lucis et fraternae pacis opus promoveatur, ad quod Christus Dominus omnes, quotquot suo gloriantur nomine, invitavit, cum ita pro discipulis suis Patrem oravit : « Ut omnes unum sint ».[4] Iure merito Angelicus Doctor asserit : ((Utilitas huius sacramenti magna est et universalis. Magna quidem, quia efficit in nobis nunc vitam spiritualem, tandem aeternam. Universalis autem, quia vita quam confert, non solum est vita unius hominis, sed quantum in se est, totius mundi ».[5]

Dilectissimi filii, qui Eucharisticis istis coetibus interestis, vehementer vos adhortamur, ut ad apostolatus opera peragenda inde vires hauriatis, inde inardescatis : e caritate nempe, veritatis comite, vera et sincera salus : « Ecce vos omnes accendentes ignem, accinti flammis, ambulate in lumine ignis vestri et in flammis quas succendistis ».[6]

Caritatis filia et opus iustitiae pax.[7] Vos omnes quemadmodum et Nos anxii animadversis, quanta periculorum nubes humano generi immineat et populorum pax quomodo in discrimine versetur. Ardenti concertatione oremus una simul Iesum Christum, Principem pacis, ut supremorum Civitatum moderatorum mentes collustret, ut, discussa

[2] *Io.* 10, 10.
[3] *Matth.* 5, 13-14.
* *Io.* 17, 21.
[5] *Comm. in Evang. 8. Ioannis,* c. 6, v. 52, lect. VI.
[6] *Is.* 50, 11.
[7] Cfr. *Is.* 32, 17.

errorum caligine, veram largiatur gentibus pacem, in reverentia iurium Ecclesiae et humanae dignitatis fundatam, atque denique ut rore caelestis consolationis recreet eos, menti Nostrae nunc praesentes, qui istis triumphalibus festis adesse nequiverunt.

Nec minor Eucharistici mysterii salutaris fructus est spes, quae praesentia lenit acerba, et cuiuslibet etiam ardui boni struit iter, fiduciam facit. Ut Apostolici muneris officium poscit, ut praecipua Nos exigit in Germanos benevolentia, ad religiosam eorum unitatem et pacem Nostrae evigilant curae. Utinam omnes qui christiano nobilitantur nomine ad S. Bonifatii integram fidem, ad Ecclesiam unam et sanctam gressus moveant : haec prorsus peroptata, saluberrima, pulcherrima in unitate fidei concordia.

Haec Nos ominati et adhortati, vestrarum concentui vocum, Sanctissimae Eucharistiae mysterium venerantium, Nostram adiungimus vocem, exstimulatricem scilicet, ut accessione Nostra magis sit iucunda et decora mentis iubilatio : « O divine Redemptor, qui pro mundi vita cotidie in aris nostris offers Aeterno Patri sacrificium Corporis et Sanguinis tui, humanum genus a mortis periculis tuere. Tuere imprimis homines a morte, quae maxime pertimescenda est, a spirituali morte scilicet, cui innumeri animi obnoxii sunt vel eadem misere premuntur. Fac ut nos magis magisque esuriamus et sitiamus Te, in Tabernaculo viventem, velut in tentorio quod in media Ecclesia militanti erigitur; ita quidem ut tua luce perducti tuoque amore succensi per deserti huius mundi periclitationes feliciter transeamus, et ad regionem, quam redempto humano generi promisisti, nempe ad caelestem sempiternae vitae beatitatem pervenire valeamus ».

Effusa interea caritate salutamus vos, dilectissimi Nobis Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, supremi Magistratus et civiles potestates, sacerdotes, fideles, qui etiam e longinquis terrarum oris profecti istic augustum altaris Sacramentum, immensa multitudo, veneramini. Salutamus singillatim omni honore dignum Dilectum Filium Nostrum Cardinalem a latere, Dilectum Filium Nostrum Iosephum Wendel, sollertissimum Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, qui huiusmodi pio incepto tanta diligentia consuluit, et constitutum huius rei causa Consilium, quod summa peritia ei adiutricem operam navavit. Salutationes et gratiarum actiones dignas persolvimus Nationi inditae Germanorum et peculiari modo Bavarorum genti, liberali hospitio insigni, quae amplissimum istum Conventum eximie paravit. Caelestium denique donorum pignus, Benedictio Nostra in omnes, qui Eucharistico ex omnibus gentibus Conventui Monachii adsunt, copiosa descendat, et in iis maneat semper! Amen.

SS.
ACTA SS.. CONGREGATIONUM
SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

CULMENSIS

DECRETUM

DE ERECTIONE DIGNITATIS ARCHIDIACONATUS ET NOVI CANONICATUS INSTITUTIONE IN CAPITULO CATHEDRALI.

Cum Excmus P. D. Casimirus Ioseph Kowalski, Episcopus Culmensis, supplices Apostolicae Sedi nuper porrexerit preces, ut in vetusto Capitulo Cathedrali Culmensi capitularis dignitas nomine Archidiaconatus appellanda erigeretur atque novus institueretur canonicatus, Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Metropolitae Gnesnensis et Varsaviensis, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia PP. XXIII tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto in cathedrali Capitulo Culmensi capitularem dignitatem Archidiaconatus perpetuo erigit atque novum instituit canonicatum, ita ut exinde praefatum Capitulum cathedrale tribus dignitatibus, Praeposito, nempe, Decano et Archidiacono, atque novem canonicatibus constet.

Collatio vero dignitatis Archidiaconatus, ad normam sacrorum canonum, Apostolicae Sedi reservatur. S. Congregatio Consistorialis tamen, hoc Decreto, dignitatem Archidiaconatus R. D. Francisco Jank, Antistiti Urbano eiusdemque Culmensis Capituli canonico, pro hac prima vice confert.

Ita constitutus Archidiaconus omnibus iuribus et privilegiis cohonestabitur quibus aliae eiusdem Capituli dignitates, sive iure communi, sive iure particulari fruuntur et gaudent.

Ad haec omnia perficienda eadem S. Congregatio Consistorialis deputat Eni um P. D. Stephanum S. R. E. Cardinalem Wyszynski, eique necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae executionis.

Quibus super rebus hoc edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Roma, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 12 mensis Aprilis anno 1960.

ÇB MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a* ***Secretis***

L. © S.

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., ***Adsessor***

II

YAUYOSENSIS

DECRETUM

DE PRAELATI NULLIUS RESIDENTIAE TRANSLATIONE

Quo munera pastoralia in Christifideles, qui amplum territorium Praelaturae Nullius Yauyosensis incolunt, plenius atque efficacius exerceri possint, Illmus ac Revmus P. D. Ignatius Maria de Orbegozo et Goicoechea, Praelatus Nullius Yauyosensis, Sacrae Congregationi Consistoriali preces obtulit ut memoratae Praelaturae Nullius sedes e civitate vulgo ***Yauyos*** in urbem ***Matucana*** appellatam transferretur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Romuli Carboni, Archiepiscopi titularis Sidoniensis et in Republica Peruviana Apostolici Nuntii, rata huiusmodi translationem animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia PP. XXIII tributarum, precibus benigne annuit et praesenti Consistoriali Decreto Praelaturae Nullius Yauyosensis sedem in urbem ***Matucana*** perpetuo transfert.

Ad haec exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio Consisto-

rialis memoratum Excmum P. D, Romulum Carboni deputat, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Eoma, es Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 23 mensis Maii anno 1960.

£ft MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. $ S.

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

III

VAYNE CASTRENSIS

(VAYNE CASTRENSIS - SOIJTHBENDENSIS)

DECRETUM

DE CONCATHEDRALI ERECTIONE ET DE DIOECESEOS NOMINIS MUTATIONE

In dioeceseos Vayne Castrensis territorio urbs exstat Southbendensis, vulgo *South Bend,* quae fidelium numero, religionis ac caritatis operibus necnon incolarum industria prospera suscepit hac nostra aetate incrementa.

Proinde Excmus P. D. Leo Aloisius Pursley, Episcopus Vayne Castrensis, ad aptius animarum bono consulendum, ab Apostolica Sede petivit ut templum in memorata urbe exstans, Deo in honorem S. Matthaei Ap. et Ev. dicatum, ad dignitatem Concathedrali s evéheretur et dioeceseos Vayne Castrensis nomen hac ratione opportune mutaretur.

Porro Ssmus Dominus Noster Ioannes, Divina Providentia PP. XXIII, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi titularis Myrensis et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii, ratus id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel ha.bere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, memoratum templum in urbe Southbendensi exstans, Deo in honorem S. Matthaei Ap. et Ev. dicatum,

ad dignitatem et fastigium ecclesiae Concathedralis evehit, ita ut posthac in eodem Cathedra episcopalis erigi possit ac debeat et Vayne Castrensi Antistiti liceat, etiam diebus sollemnioribus, prouti magis ipsi expedire videatur, in praefata ecclesia Concathedrali pontificalia exercere et in civitate Southbendensi pro lubitu residere.

Item eadem Sanctitas Sua indulget ut praefata dioecesis — ideoque et eius pro tempore exsistens Antistes — in perpetuum vocari queat ac valeat Vayne Castrensis-Southbendensis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est memoratum Excmum P. D. Aegidium Vagnozzi, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Roma, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 mensis Maii anno 1960.

ꟗ MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. $ S.

t Iosephus Ferretto. Archiep. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I
NEAPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IEREMIAE A VALACHIA, LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Quae stulta et infirma et ignobilia sunt mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes et fortia quaeque (cfr. / *Cor.,* 1, 27 ss.), et compu-

tavit inter filios dilectionis suae, illos quorum vitam insensati insaniam aèstimaverunt (cfr. *Sap.* 5, 4 s.).

Hoc miserentis Dei consilium admiramur etiam in Venerabili Servo Dei Ieremia a Valachia.

Is natus est die 29 mensis Iunii anno 1556 in Valacbiae Principatu, in illa videlicet Dacica Romania, quae originem e Romana gente duxit atque ecclesiasticae vitae primordia e Latino fonte derivavit, ita ut almae Urbis quasi filia iure meritoque habeatur et glorietur esse.

Parentes habuit catholicos, Stoicam Costis et Margaritam Barbat, ruricolas pietate et honestate admodum praestantes. Qui infantem, ex septem liberis primum, salutifero fonte ablutum, imposito nomine Ioanne, sacroque Chrismate unitum catholicae fidei rudimentis cultuque virtutum ita imbuerunt, ut puer in ipsa tenerrima aetate futurae perfectionis indicia non parva dederit. Eo namque ex tempore Decalogi et Ecclesiae praecepta exacte servavit ; orationibus attente vacabat, eleemosynas, quantum sibi fas erat, parentum mores secutus, pauperibus erogabat et, crescentibus annis, ecclesiastica ieiunia tam stricte custodivit, ut quadragesimali tempore etiam a permissis lacticiniis abstinuerit.

Consiliis piissimae matris obtemperans, quae eum saepe monebat ut, si suae aeternae saluti melius prospicere vellet, in Italiam se conferret, ubi boni christiani habitarent et Papa ipse, Christi in terris Vicarius, sedem haberet, annum agens undevicesimum, comparata sibi exigua pecunia ad iter peragendum, in Italiam contendit, in Dei potius providentia quam pecuniae thesauris confisus. A latronibus in. via exspoliatus, firmiore constantia in proposito perseveravit. Impia quoque daemonum suggestione impetitus ad patrios remeandi lares ne fame apud extraneos periret, caelestis spei dape recreatus est; et mendicando, fodiendo inserviendoque agricolis, arenatum structoribus subministrando pro vietu, propositi tenacissimus, astus infernales delusit.

Barium tandem in Apulia pervenit, ubi annum circiter commoratus est, indeque se Neapolim transtulit. Ibi inter Fratres Minores Capuccinos, quos iam Barii cognoverat, ascribi humillime petiit. Voti compos factus, mutato Baptismi nomine Ioanne in Ieremiam, Ordinis habitum in statu Fratrum laicorum die 7 Maii anni 1578 sumpsit. Iamque et habitu et professione Religiosus, ut celsitudinem perfectionis attingeret, ad ima profundissimae humilitatis, quae virtutum est fundamentum et magistra, descendit. Etenim non solum ministeria laicorum propria, verum etiam viliora quaeque aut magis fastidiosa prompte libenterque

suscipiebat, ita ut omnibus monasterii Fratribus admirationi potius esset quam imitabili exemplo. Vota religiosa, Regulae ceterarumque Ordinis legum praecepta et consilia ad amussim observans, precibus, ieiuniis, vigiliis, flagellis, aliisque austeritatibus in Ordine praescriptis peculiares castigationes ipse ultro adiungebat. Seraphici Patris vestigia premens, totum fere annum in ieiuniorum tempora distributum habebat. Plerumque solis fabis aut oleribus crudis contentus, non saepius quam septies vel octies in anno carnibus vescebatur. In eius ore aut silentium residebat aut de Deo rebusque divinis sermo sonabat. Probe cognoscens mandatum Dei esse, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum (cfr. */ Io.* 4, 21), aegrotorum et infirmorum servitio ita erat deditus, ut omnes, vel foetidis morbis laborantes, in caritatis suae sinu exciperet. Beatissimam Virginem Mariam summa prosequebatur religione ac diligebat, omnesque hortabatur ut Eam amarent, quam ipse tenerrimo animi affectu « Materculam » appellare gaudebat.

Quod vitae genus quam gratum Deo fuerit, luculentis comprobatum est signis : gratia curationum simplici Crucis signo, prophetiis, arcanorum cordis penetratione, suavissimis locutionibus ad oppressorum calamitates demulcendas, atque aliorum miraculorum copia, quibus, uti coaevi testes affirmant, a Deo cumulatus plene apparuit. Unde factum est, ut etiam magnates, sacerdotes, theologi, et ipsi Archiepiscopi in humili Fratre laico Ieremia, litterarum omnino ignaro, divinae gratiae exuberantia dona, non minus quam simpliciores homines admirarentur. Quapropter ad eum quam plurimi undique confluebant aut signum Crucis super languores aut consolationis verba in angustiis aut aliquam eius rem devotionis causa impetraturi.

Itaque, Deo et hominibus carus, extremis Ecclesiae Sacramentis munitus, mortem, quam non semel praenuntiaverat, plenus dierum et bonorum operum, obiit Neapoli anno Iubilaeo 1625, die 5 mensis Martii, aetatis suae fere septuagesimo, vitae autem religiosae quadragesimo septimo.

Evulgato Famuli Dei obitu, viduari quodammodo illico visa est tota Neapolitana civitas. Ad eius exequias tam magna virorum et mulierum cuiuslibet condicionis concurrit multitudo ut, ad turbarum tumultus evitandos et reprimendos, corpus adhuc inhumatum hastato Proregis milite armatisque custodibus communiri debuerit. Ieremiam omnes sanctum, omnes Deo earum conclamabant. Cernere erat non sine stupore ac laetitia omnes certatim Servi Dei manus pedesque deosculari,

contrectare, eius corpori admovere coronas, praescindere tunicam, quae tertio ei imposita est, capillos evellere, extorquere umgues.

Deus vero, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (cfr. / *Pet.* 5, 5), humilis Servi sui sanctitatem testatam volens, ex eo tempore favoribus et gratiis omne genus, ni forte miraculis, eam inlustravit. Unde, eodem ipso quo vir Dei mortuus est anno, Neapolitanus Archiepiscopus processum super vita eiusque miraculis ordinaria auctoritate confecit, eoque in Sacra Rituum Congregatione discusso, Urbanus Papa VIII commissionem introductionis Causae die 25 mensis Septembris anni 1627 signavit. Constructis deinde apostolicis processibus atque Decreto super non cultu anno 1681 edito, beatus Innocentius Papa XI die 26 Septembris a. 1687 edixit, ut super Famuli Dei Ieremiae a Valachia virtutibus simul ac semel in unica Congregatione Ordinaria cum interventu et voto Revíñorum Consultorum dubium disceptaretur. Verum, quamvis omnia matura essent, huiusmodi disceptatio locum non habuit, et Causa, tam feliciter inita, varias ob extrínsecas rationes tamdiu siluit, donec die 12 mensis Februarii anni 1952 Antepraeparatorius, die autem 13 Novembris a. 1956 Praeparatorius Coetus celebrati fuere. Demum die 15 huius mensis Decembris apud Vaticanas aedes, coram Ssmo D. N. Ioanne Papa XXIII, Generalia Comitia coacta sunt, in quibus Revmus Cardinalis Eugenius Tisserant, Episcopus Ostien., Portuen. et S. Rufinae, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Ieremiae a Valachia, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum quisque suffragium edidere. Beatissimus vero Pater haec vota benigne quidem excepit, sed sententiam suam edere de more distulit, et ingeminandas esse preces ad maius a Spiritu Sancto lumen obtinendum hortatus est. Modo Sanctitas Sua, omnibus nobilissimae Causae huius momentis sedulo perpensis, hanc diem, 18 mensis Decembris, dilatam tunc temporis sententiam edere volens selegit. Quare accitis ad Se Revmis Cardinalibus Caietano Cicognani, S. R. C. Praefecto, atque Eugenio Tisserant, necnon R. P. Ferdinando Antonelli O. F. M., Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Prosecretario, sacrosancto Missae sacrificio religiosissime celebrato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate*

eam in Deum tum in proximum, necnon ole cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Ieremiae a Valachia, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Roma, die 18 Decembris, anno Domini 1959.

£g C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *Prosecretarius*

II

HISPALEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ANGELAE A CRUCE GUERRERO GONZALEZ, FUNDATRICIS ET PRIMAE ANTISTITIS GENERALIS CONGREGATIONIS SORORUM A CRUCE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Divus Paulus, cum sacrosanctum Dominicae Crucis signum per varias mundi plagas ferre coepit, vehementissime affectus est dolore perspiciens *Christum crucifixum, ludaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam* (I Cor. 1, 23), pluribus quoque christifidelibus molestas offensiones excitare, quemadmodum, profusis lacrimis, ad Philippenses scribit, aiens : *Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi (Philipp.* 3, 18).

Consimili ac gentium Apostolus animi sensu percellebatur Serva Dei Angela a Cruce, medio saeculo xix, non sine dolore, oculis suis cernens homines, christianos quidem nomine, sed materialismi et liberalismi, qui dicuntur, contagione tabescentes, adeo longe a Cruce Domini abiisse, ut vel apertas adversus Crucis doctrinam inimicitias gererent, vel saltem dicere auderent germanam atque evangelicam Crucis sapientiam non amplius in praxim deduci posse.

Hostium autem vim et copiam minime reformidans, Famula Dei,

edito Crucis signo, in aciem alacris processit, sperans fore ut, vel ipso suae vitae ad Crucem Domini conformatae exemplo, facilem gloriosamque de mundo victoriam reportaret. Cui vero arduo operi aggrediendo divinae tantum gratiae auxilio Angela par exstitit ; neque enim generis amplitudine, neque divitiarum vel scientiae pondere, neque ulla alia terrena commendabatur ope.

Ea enim nata fuerat Hispali, die 30 Ianuarii anno 1846, humillimo loco. Eius parentes, ut erant sincera imbuti pietate, curarunt ut sacro Baptismate tingeretur die 2 Februarii, nominibus impositis Maria ab Angelis et Martina a Sanctissima Trinitate. Ad Confirmationis autem Sacramentum accessit die 18 Martii anno 1855. Ob summam, qua eius familia laborabat, egestatem, Serva Dei, adhuc puellula, scholam sutoria arte addiscenda et exercenda commutavit, consueta tamen pietatis exercitia minime praeter mittens. Quinimmo, hac tempestate pauperes aegrotos invisere et in seipsam cruentis paenitentiis saevire coepit, magistro spiritus usa Canonico Hispalensi Iosepho Torres Padilla, virtutis et scientiae fama illustri. Illo auctore, perfectioris vitae flagrans studio, anno 1865 inter Carmelitides Hispalenses cooptari voluit; sed frustra, obstitit enim eius parum firma valetudo. Anno autem 1869 adscripta tandem fuit novitiis Sororum a Caritate ; verumtamen, paucis elapsis mensibus, gravi ac pertinaci morbo correpta, domum redire coacta est.

Hisce vero contrariis, quibus premebatur, rebus, nec non internis sui spiritus cruciatibus, quos sub hoc eodem tempore patiebatur, minime defecit animo, et cum nulla spes amplius superesse videbatur, ad novam Serva Dei spem exarsit. Deo enim volente et Deipara Virgine opem ferente, probante Confessario, novum religiosarum Institutum in Ecclesia condere molita est, cui nomen tribuit *Hermanas de la Compañía de la Cruz,* finemque praestitit vitam summa paupertate et « abiectione Crucis Domini » insignem agere, simulque pauperum, aegrotantium praesertim, necessitatibus subvenire. Die autem 2 Augusti anni 1875, tribus aliis piis mulieribus sociis sibi adiunctis, et angusta conducta domo in civitate Hispalensi, prima iecit fundamenta sui Instituti, quod, ab Hispalensibus Archiepiscopis pluries amplissimis verbis commendatum, fuit tandem ab Apostolica Sede Laudis, quod nuncupatur, Decreto die 10 Decembris anno 1898 donatum, et Pontificiam nactum est approbationem die 25 Iunii anno 1904, regnante Sancto Pio X, qui rursus die 14 mensis Iulii a. 1908, apostolica sua auctoritate Institutum Sororum a Cruce definitive sancitum voluit.

Ab anno autem 1875 Serva Dei cunctam suam operam posuit in regendo amplificandoque suo Instituto, cui, munere functa Generalis Antistitis, annos quinquaginta tres sancte praefuit; videlicet, ad annum usque 1928, quando hoc munus, de consilio Cardinalis Archiepiscopi Hispalensis, deposuit, licet Apostolica Sedes, cunctarum Religiosarum votis obsecundans, amplissima Servae Dei privilegia ad spirituales moderandas res totius Instituti contulerit.

Sollerti vero Famulae Dei ac diligenti operae tribuendum est religiosum hoc Institutum, mundanorum placitis e regione oppositum, non solum Hispali altas egisse radices, verum etiam suas extendisse propagines ad plura alia dissita Hispaniarum loca, quibus viginti et sex excitata sunt Congregationis Sororum a Cruce domicilia, non sine magno animarum lucro ac Dominicae Crucis triumpho.

Annos denique nata octoginta sex, suarum Religiosarum et externorum omnium veneratione circumdata, extremisque Ecclesiae Sacramentis munita et meritorum plena, Serva Dei piissime obdormivit in Domino, albescente die 2 mensis Martii anno 1932, in domo Generalis Curiae suae Congregationis, Hispalensi in civitate.

Haud semel Dei Famula dicere audita est nullam se invenisse Sororem virtutis huius Instituti propriae plenitudine fulgentem ; neque mirum, sublimis quippe valde est atque perfecta vitae abnegano et austeritas quam Sorores a Cruce profiteri tenentur. Verum age ; de communi omnium iudicio Serva Dei mirabile prorsus excellentis huius vivendi rationis exemplum ipsa per se praebuit. Haec porro firma et communis omnium persuasio fundamento est magnae illius sanctimoniae famae, qua Famula Dei vivens gavisa fuit, quaeque post eius mortem mire crevit. Ferunt ad sexaginta ferme hominum milia exanime eius corpus, trium dierum spatio, invisisse. Et re quidem vera universa civitas ei parentavit ; postea vero innumeri cives Servae Dei sepulcrum turmatim adire coeperunt, supernam eius intercessionem petituri. Ad haec autem sine mora gratiarum et miraculorum accessit rumor.

Quapropter, die 7 Decembris anno 1938 Processus, qui dicitur, informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere in Curia ecclesiastica Hispalensi instrui coeptus est; qui feliciter absolutus die 12 Iulii a. 1946, Romam, ad hanc Sacram Rituum Congregationem, delatus est. Interim autem quamplurimae Litterae S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Hispaniae ipsius Moderatoris, Principum, multorumque virorum tam ecclesiastica quam

civili dignitate insignium ad Summum Pontificem pervenerunt sanctitatis famam Servae Dei comprobantes Causaeque beatificationis introductionem enixe postulantes.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Sacra Rituum Congregatio, scriptis eidem Servae Dei tributis rite perpensis, Decreto diei 25 Iulii a. 1952, approbante Pio PP. XII, ad ulteriora procedi posse edixit. Quapropter, instante Revmo P. Mauritio Gordillo, Societatis Iesu et Pontificii de Urbe studiorum orientalium Instituti Propraeside Causaeque ipsius sollertissimo Postulatore, Emus ac Revmus Dominus Caietanus Cardinalis Cicognani, Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis eiusdem S. Rituum Congregationis comitiis die 9 Februarii anni huius ad Vaticanum habitis, dubium disceptandum proposuit : *An signanda sit commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Revmi Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito quoque suffragio Officialium Praelatorum, praesertim R. P. Ferdinandi Antonelli, Fidei Promotoris Generalis, omnibus diligenter perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* seu *signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta deinde de praemissis omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII per subscriptum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua rescriptum S. Rituum Congregationis ratum habuit et probavit atque *commissionem introductionis causae Servae Dei Angelae a Cruce Guerrero González manu propria signare benigne dignata est.*

Die 10 Februarii, anno Domini 1960.

£8 C- Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. $ S.

Henricus Dante, *a Secretis*

III

QUEBECEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI FRANCISCI DE MONTMORENCY - LAVAL, PRIMI EPISCOPI QUEBECENSIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Praecepto quod Dominus Noster Iesus Christus discipulis suis dedit, ut sese invicem diligerent sicut ipse dilexerat eos, aliud novum adiecit mandatum, ut, sicut ipse missus a Patre venit in mundum, sic eius discipuli in universum mundum abirent, gentesque docerent et baptizarent, promissa cum suo perenni auxilio Paracliti virtute. Quo munere sancte perfuncti, Apostoli virique apostolici, ab Ecclesiae primordiis usque in praesens, divinam Iesu Christi missionem in Fidei ipsiusque Ecclesiae propagatione iugiter ostenderunt.

Ex his recensendus est Ven. Servus Dei Franciscus de Montmorency-Laval, primus Quebecensis Episcopus, qui apostolicos viros aemulatus sanctitatis et virtutis fama ita praefulsit, ut dignus habitus sit illustri condecorari testimonio Summi ipsius Pontificis Ioannis Papae XXIII fel. reg. in Epistula diei 25 Augusti a. 1959, occasione sollemnium, quibus saecularis memoria sacrae Hierarchiae in Canada constitutae celebrabatur, et quidem ut qui « . . . *pastorali munere actuose et fructuose perfunctus, nominis sui famam inditam posteris reliquit-, haec sane temporis decursu, nedum languescat, vividior et plenior relucet* » *(A. A. S.* 1959, p. 700).

Dei Famulus in pago *Montigny-sur-Avre,* Carnutensis dioeceseos intra fines, in Gallia, ortum duxit die 30 Aprilis a. 1623, ex legitimis coniugibus Hugone et Michaela de Péricard, nobilitate, moribus et religione praestantibus.

A teneris annis virtutibus christianis a parentibus initiatus, mundi vanitates et illecebras vitavit, quo Deo inserviret melius virtutesque christianas coleret. Nonum aetatis annum vix agens, in Collegio Flexiensi,

cui sodales Societatis Iesu praeerant, collocatus est, ubi studio cum litterarum tum philosophiae maximo cum fructu incubuit. Eodem anno, videlicet 1631, Servus Dei, qui iam prima vocationis ecclesiasticae indicia praebuerat, sacra tonsura, iuxta temporis consuetudinem, initiatus est vesteque talari indutus. Post triennium deinde, patre orbatus est, et anno insequenti, avunculus eius, Episcopus Ebroicensis, dignitate canonicali in ecclesia sua eum auxit. Iam ab hoc tempore Dei Famulus totam vitam Deo dicavit et vocem Domini in intimo corde sensit se ad onus vocantem Fidei inter infideles, in dissitis Canadae regionibus, dilatandam

Litterariis et philosophicis studiis absolutis, Servus Dei in Collegium Claromontanum Parisiis, ut in ecclesiasticis disciplinis erudiretur, transiit. Duorum fratrum natu maiorum morte Famulus Dei caput illustris familiae factus est, atque munere dominii temporalis Montigny oneratus. Quapropter studia ad tempus relinquens, domum anno 1645 reversus est, ut de negotiis familiaribus curam gereret, firmo tamen consilio munus sacerdotale adipiscendi et statum clericalem amplectendi. Rebus itaque familiaribus compositis, in urbem Parisiensem rediit.

Cum Parisiis studia perageret, inter sodales adscitus est coetus Bonorum Amicorum seu piae consociationis vulgo « Aa x> dictae, cuius socii colloquiis spiritualibus, meditationibus, austeritatibus, aegrorum cura, captivorum visitationibus aliisque caritatis operibus dediti, vitam christianam secundum principia Congregationis Marianae perfecte ducere studebant. Kalendis Maiis anni 1647 presbyteratu initiatus est, et mox sacerdotale ministerium exercere coepit, eximia zeli apostolici omniumque virtutum specimina praebens. Insequenti anno munere archidiaconi maioris ecclesiae Ebroicensis donatus est, et quinque post annos Vicarius apostolicus Tunquinensis est designatus, omnibus iuribus dominii loci Montigny fratri natu minori cessis. At, Deo aliter disponente, Alexander Papa VII anno 1658 eum Episcopum Petrensem elegit et Vicarium Apostolicum in Nova Gallia constituit; Episcopus consecratus, die Paschatis a. 1659 e Gallia cum aliquot Evangelii praeconibus discessit, ut ad destinatum sibi campum perveniret.

Maritimo itinere expleto, Servus Dei in locum vulgo nuncupato *Percé* Novae Galliae, die 16 Maii a. 1659 appulit. Prima vice in illam regionem Episcopus quidam adveniebat! Inde in urbem Quebecensem, quae caput totius regionis exstabat, die 16 Iunii tandem pervenit, ubi honorifice exceptus est, ibique sedem suam episcopalem constituit. Servus Dei singularem amorem, quo silvestres homines prosequebatur, ostendere cupiens, primitias sui ministerii episcopalis eis consecrare voluit. Nullam

deinde praetermisit occasionem inter eos Fidei praecepta proponendi, cum in publicis contionibus tum in privatis colloquiis. Anno 1660, ferocissimo non obstante Iroquaeorum bello contra Gallos colonos, omni spreto periculo, primam vastissimi Vicariatus sacram visitationem instituit, quam deinde pluries peregit. Quamvis in iurisdictione sua. exercenda difficultates invenit, tamen decursu temporis auctoritas ordinaria Servi Dei plene agnita est.

Anno 1662 in Galliam remeavit, et a rege Ludovico XIV beneficia quaedam in bonum Ecclesiae Canadensis obtinuit. Ad suam sedem reversus, Seminarium Quebecense fundavit et erectionem dioecesis instanter petivit ; qua canonice erecta, mense Octobri anni 1674 primus eiusdem Ecclesiae Antistes ab Apostolica Sede constitui promeruit.

In confirmanda et dilatanda Ecclesia in immensa Canadensi regione, mirum est quot labores Dei Famulus pertulerit, quot pericula obiverit, idque per quinquaginta ferme annos. Mirum quoque, quanta prudentia ac sollicitudine curavit ne Ecclesia Canadensis civili potestati subiecta esset, atque Ecclesiae et Sedis Apostolicae iura detrimentum caperent. Summum quoque Pontificem peculiari obsequio et omnimoda submissione prosecutus est. Infirmitatibus ingravescentibus cupiensque maiorem profectum Ecclesiae sibi creditae, anno tandem 1684 in consilium ivit episcopatum deponendi, locum cedens iuniori ac validiori Episcopo. Postremis vitae suae annis vitam quasi reclusam in domo Seminarii Quebecensis duxit, communitatis moderatori in omnibus obsequens. Pauper, humilis, orationi intentus, omnibus eximiae virtutis exemplum praebebat. Plenus tandem annorum et meritorum coram Deo et hominibus, extremis Ecclesiae Sacramentis munitus, die 6 mensis Maii anno 1708, Quebeci, Servus Dei obdormivit in Domino, praeclarae sanctitatis famam relinquens.

Haec sanctimoniae fama prodigiis quoque suffulta, quae deinceps eius intercessione a Deo patrata ferebantur, nedum desierit, ad nostra usque tempora vivida atque integra perseveravit. Hinc factum est, ut ad processus ordinaria auctoritate tandem anno 1878 deveniretur super eiusdem fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in Curia Quebecensi ; quibus absolutis, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Leone Papa XIII, die 24 Septembris a. 1890, obsignata est. Super scriptis autem Famulo Dei tributis editum est decretum die 14 Ianuarii anni 1891, atque super obedientia Decretis Urbanianis de cultu liturgico non praestando alterum exiit die 4 Februarii a. 1893 decretum. Apostolicis deinde inquisitionibus peractis,

de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Francisci de Montmorency-Laval est disceptatum in antepraeparatorio coetu die 16 Ianuarii anni 1912, quem secutus est praeparatorius, qui dicitur, coetus die 11 Iunii a. 1918. Hic autem coetus eum sortitus est exitum, ut amplior et accuratior super Documentis requireretur investigatio ; huic vero gravi muneri Historica Sectio Sacrae Rituum Congregationis plene satisfecit, ita ut Causa rursus sistere potuerit in altero praeparatorio coetu diei 25 Novembris a. 1958. Demum die 23 huius mensis Februarii apud Vaticanas aedes, coram Ss'mo D. N. Ioanne Papa XXIII, generalis coacta est Congregatio, in qua Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, Episcopus Tusculanus Sacraeque Rituum Congregationis Praefectus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, dubium disceptandum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Francisci de Montmorency-Lavai, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Et, qui interfuere, Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores id constare cunctis suffragiis affirmarunt. Beatissimus vero Pater in re tanti momenti suum de more distulit iudicium proferre, quo interim, enixis precibus ad Deum admotis, maiorem superni luminis copiam impetraret. Tandem die 28 eiusdem mensis Februarii, accitis ad se Cardinali Caietano Cicognani, Causae Relatore, necnon R. P. Ferdinando Antonelli, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto a Secretis, sacrosancto Missae Sacrificio religiosissime litato, sollemni Decreto edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, Venerabilis Servi Dei Francisci de Montmorency-Lavai, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Roma, die 28 Februarii, anno Domini 1960.

I$i C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. $ S.

Henricus Dante, *a Secretis*

IV

ROMANA

CANONIZATIONIS BEATI INNOCENTII PAPAE XI, CONFESSORIS

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ecclesiam Dei sanctitudinis floribus omne per aevum semper ornatam fuisse historia disertissime docet. Cuiusvis enim generis, status ac nationis vel pro fide sanguinem fundentes, vel in coenobiis umbratilem vitam ducentes, vel Christi Evangelium gentibus praedicantes, vel animarum regimini praepositi sanctitatis culmen attigere, et vere sanctam eam opere et sermone proclamarunt.

Inter eximios Christi asseclas merito adnumerantur etiam plurimi Summi Pontifices qui indefesso virtutum exercitio ita fulserunt, ut quasi lucernae in candelabro positi, erroris tenebras fugantes et salutis viam indicantes, fortiter suaviterque Petri naviculam inter maris procellas ad salutis portum adduxerint.

Beatus Innocentius Undecimus hos inter iure merito adscribitur, qui, post heroicarum virtutum exercitium, miraculorumque iuridicam recognitionem, inter beatos caelites a Pio Papa XII fel. rec. die 7 Octobris mensis anno 1956 relatus est.

Liturgica sollemnia in Basilica Vaticana celebrata universum orbem gaudio affecere, et erga novensilem beatum pietatem ac religionem ita adauxerunt, ut quamplurimae caelestes gratiae, eodem opitulante, veri miraculi signa praeseferre videantur, et ad canonizationem viam explanare possint.

Unde de Causae reassumptione agere necessarium visum est.

Hinc, instante Revmi o P. Carolo Miccinelli, Societatis Iesu, Causae sollertissimo postulatore, quorundam Patrum Cardinalium, Episcoporum, Moderatorumque Religiosorum Ordinum et Congregationum postulatoriis litteris exhibitis, Emus ac Revmus Dominus Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus, eiusdemque Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrae Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, dubium discutiendum proposuit : *An signanda*

sit commissio reassumptionis Causae Beati Innocentii Papae Undecimi, Confessoris, in casu et ad effectum de quo agitur. Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, inspectis quoque Praelatorum Officialium votis, responderunt signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit, die 26 Aprilis anno 1960.

Facta demum de iis omnibus Sanctissimo Domino Nostro Ioanni Papae XXIII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum sententiam ratam habens, *commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beati Innocentii Papae XI* Sua manu signare benigne dignata est, die 27 eisdem mense et anno.

Datum Roma, die 27 Aprilis anno 1960.

£B C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. $ S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (VALENZINI - FILIPPAKU)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Helenae Filippaku, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 20 Octobris 1960, hora undecima, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An sententia Rotalis diei 28 Aprilis 1960 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praefatae dominae Helenàe Filippaku curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Iosephus Pasquazi, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 21 Iulii a. 1960.

Marius Pompedda, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Hélène Filippaku, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, an siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 20 octobre 1960, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 28 avril I960 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Hélène Filippaku, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 26 aprile 1960, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti ***ordinaria,*** nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso :

1. Sulla introduzione della Causa di Beatificazione del Servo di Dio Gaspare Stangassingen, sacerdote professo della Congregazione del SSmo Redentore.
2. Sulla riassunzione di Causa del Beato Innocenzo XI.
3. Sulla Canonizzazione equipollente del Beato Gregorio Cardinale Barbarigo, Vescovo di Padova.
4. Su gli scritti della Serva di Dio Laura Vicuña, vergine secolare.

Martedì, 10 maggio 1960, nel Palazzo dei Propilei in Piazza Pio XII, si è adunata la S. Congregazione dei Riti ***antepreparatoria*** alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Vescovo di Palestrina, nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Fratel Michele, religioso professo dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

Martedì, 17 maggio 1960, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti ***generale,*** nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Bertilla Boscardin, vergine, dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori, e sulle virtù del Servo di Dio Meinrado Eugster, laico professo dell'Ordine Benedettino.

Martedì, 7 giugno 1960, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti ***preparatoria,*** nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulle virtù eroiche della Serva di Dio Eugenia di Gesù, fondatrice dell'Istituto delle Suore dell'Assunzione.

Gli stessi Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno inoltre discusso, in Congregazione ***ordinaria,*** sugli scritti dei Servi di Dio : Andrea Carlo Cardinale Ferrari, Arcivescovo di Milano ; Caterina di Maria (Saturnina Rodríguez), fondatrice della Congregazione delle Ancelle del S. Cuore ; e Anita Cantieri, del Terz'Ordine Carmelitano, vergine secolare.

Martedì, 28 giugno 1960, nel Palazzo della Cancelleria Apostolica, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Clemente Micara, Vescovo

di Velletri, Ponente o Relatore delia Causa della Serva di Dio Maria degli Apostoli (Teresa von Wuellenweber), fondatrice delle Suore del Divin Salvatore, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulle virtù in grado eroico della predetta Serva di Dio.

Martedì, 19 luglio 1960, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione di Causa dei Servi di Dio :

1. Giorgio Maria Martinelli, fondatore del Collegio Missionario degli Oblati di Rho.
2. Ruperto Mayer, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

Hanno poi trattato della riassunzione della Causa di Canonizzazione dei Beati :

1. Carlo Lwanga, Martire dell'Uganda.
2. Giovanni Masías, Confessore, dell'Ordine dei Frati Predicatori.

Infine hanno preso in esame la relazione dei censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio:

1. Andrea Manjón y Manjón, sacerdote, professore delle università spagnole e fondatore delle scuole « Ave Maria ».
2. Leone Giovanni del S. Cuore Dehon, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del S. Cuore.
3. Pietro Poveda, sacerdote, fondatore dell'Istituto Teresiano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data 12 luglio 1960, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare *Consiglieri della Pontificia Commissione Centrale Preparatoria per il Concilio Ecumenico Vaticano II:*

S. E. Rema Monsig. Giuseppe da Costa Nuñes, Patriarca Arcivescovo tit. di Odesso, Vice Camerlengo di Santa Romana Chiesa.

S. E. Revma Monsig. Pietro Parente, Arcivescovo tit. di Tolemaide di Tebaide, Assessore della Suprema S. Congregazione del Sant'Offizio.

S. E. Revma Monsig. Giuseppe Ferretto, Arcivescovo tit. di Sardica, Assessore della S. Congregazione Concistoriale.

S. E. Revma Monsig. Pietro Sigismondi, Arcivescovo tit. di Neapoli di Pisidia, Segretario della S. Congregazione de Propaganda Fide.

S. E. Revma Monsig. Antonio Samorè, Arcivescovo tit. di Tirnovo, Segretario della S. Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinari.

S. E. Revíña Monsig. Angelo Dell'Acqua, Arcivescovo tit. di Calcedonia, Sostituto della Segreteria di Stato di Sua Santità.

Il Revmo Padre Acacio Coussa, dei Basiliani Aleppini, Assessore della S. Congregazione per la Chiesa Orientale.

S. E. Revma Monsig. Cesare Zerba, Segretario della S. Congregazione dei Sacramenti.

S. E. Revma Monsig. Pietro Palazzini, Segretario della S. Congregazione del Concilio.

Il Revmo Padre Paolo Philippe, dei Predicatori, Segretario della S. Congregazione dei Religiosi.

S. E. Revma Monsig. Enrico Dante, Segretario della S. Congregazione dei Riti.

S. E. Revma Monsig. Dino Staffa, Segretario della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.

S. E. Revma Monsig. Vittorio Bartoccetti, Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

S. E. Revma Monsig. Francesco Brennan, Decano del Tribunale della Sacra Romana Rota.

S. E. Revma Monsig. Pietro Sfair, Arcivescovo tit. di Nisibi.

S. E. Revma Monsig. Pio Paschini, Rettore Magnifico Perpetuo Onorario della Pontificia università Lateranense.

L'IIlmo e Revmo Monsig. Arturo Wynen, Uditore Emerito del Tribunale della Sacra Romana Rota.

L'IIlmo e Revmo Monsig. Alberto Canestri, Uditore Emerito del Tribunale della Sacra Romana Rota.

L'IIlmo e Revmo Monsig. Alfredo Cavagna.

Il Revmo Abb. D. Pietro Salmón, dei Benedettini.

Il Revmo Padre Reginaldo Garrigou-Lagrange, dei Predicatori.

II Revmo Padre Alberto Vaccari, della Compagnia di Gesù.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

31	marzo	1960.	S. E. Revma Monsig. Gomes dos Santos Fernando, Arcivescovo di Goiània.
»	»	»	S. E. Revma Monsig. da Silva Farias Ranulfo, Arcivescovo di Maceió.
19	maggio	»	S. E. Revma Monsig. Di Girolamo Mcola Maria, Vescovo di Caiazzo.
3	giugno	»	S. E. Revma Monsig. Collins Giovanni, Vescovo tit. di Tala.
9	»	»	S. E. Revma Monsig. McEntegart Bryan Giuseppe, Vescovo di Brooklyn.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

27	novembre	1959.	Monsig. Heroncio de Mello Paolo, della diocesi di Caicó.
15	aprile	1960.	Monsig. Teixeira Giuseppe Antonio, della diocesi di Mterói.

22 aprile 1960. Monsig. Alves Ferreira Landim Giuseppe, dell'arcidiocesi di Natal.
6 maggio » Monsig. Galbiati Giovanni, dell'arcidiocesi di Milano.
13 » » Monsig. Maddalena Pietro, dell'arcidiocesi di Bari.
» » » Monsig. Vendenda Vito, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Marcant Carlo, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» » » Monsig. Mention Giovanni, della medesima arcidiocesi.
27 » » Monsig. Mariani Angelo, della diocesi di Pavia.
9 giugno » Monsig. Melis Giovanni, dell'arcidiocesi di Oristano.

Prelati Domestici di Sua Santità:

27 febbraio 1959. Monsig. Andino Correa Felice, dell'arcidiocesi di Managua.
» » » Monsig. Mejía y Fajardo Luigi, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mendoza Gonzalo, della medesima'arcidiocesi.
27 novembre » Monsig. Dantas Gurgel Valfredo, della diocesi di Calco.
» » » Monsig. Ramalho Cavalcanti Amanzio, della medesima diocesi.
18 febbraio 1960. Monsig. Ayres E Steves Anisio, dell'arcidiocesi di Sao Salvador da Bahia.
26 » Monsig. Vieira Emanuele, della diocesi di Patos.
18 marzo Monsig. Dias Bicalho Giuseppe Augusto, dell'arcidiocesi di Belo Horizonte.
24 » » Monsig. Grant Carlo Alessandro, della diocesi di Northampton.
31 » Monsig. Butiñá Pages Antonio, della diocesi di Gerona.
» » Monsig. Combes Andrea, dell'arcidiocesi di Parigi.
15 aprile Monsig. Yañez Nuñez Giuseppe Germano, della diocesi di Guadix.
Monsig. De Abreu Macedo Antonio, delia diocesi di Niterói.
Monsig. Mostaza Rodríguez Michele, della diocesi di Orense.
Monsig. Pérez Bracho Giacinto, della diocesi di Santander.
» » Monsig. Bannenberg Gerardo P. G., della diocesi di ' s-Hertogenbosch.
17 » Monsig. Da Silva Leal Americo, dell'arcidiocesi di Belém do Para.
22 Monsig. Leclercq Giorgio, della diocesi di Lille.
» Monsig. Rebouças de Moura Pietro, dell'arcidiocesi di Natal.
6 maggio Monsig. Royo Campos Zotico, dell'arcidiocesi di Granada.
» » Monsig. Castiglioni Carlo, dell'arcidiocesi di Milano.
13 » Monsig. Loiacono Michele, dell'arcidiocesi di Bari.
» » Monsig. Mincuzzi Michele, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Maffeo Luigi, della diocesi di Biella.

13 maggio 1960. Monsig. Trompetto Mario, della diocesi di Biella.
» » » Monsig. Oorduant Enrico, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» » » Monsig. Guiot Stefano, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Daumas Alfredo, della diocesi di Mzza.
19 » » Monsig. Miglio Luigi, della diocesi di Novara.
27 » Monsig. Borfiga Luigi, della diocesi di Ventimiglia.
» » Monsig. Siccardi Pasquale, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Boero Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Abiondi Alberto, della medesima diocesi.
20 giugno Monsig. Bertini Ugo, dell'arcidiocesi di Lucca.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

16 ottobre 1959. Monsig. Montezuma Giuseppe, dell'arcidiocesi di Botucatù.
11 dicembre » Monsig. Almeida de Oliveira Antonio, della diocesi di Amargosa.
» » Monsig. Andrade Climerio, della medesima diocesi.
» » Monsig. Pedreira de Couto Ferraz Giovanni, della medesima diocesi.
» » Monsig. Teixeira Vieira Valfrido, della medesima diocesi.
18 febbraio 1960. Monsig. de Castro Filgueiras Luigi, della diocesi di Limoeiro.
» » » Monsig. de Oliveira Francesco Giuseppe, della medesima diocesi.
18 marzo » Monsig. Dos Santos Giovenale Onorio, dell'arcidiocesi di Belo Horizonte.
» » » Monsig. De Oliveira Giuseppe Gaspare, dell'arcidiocesi di Fortaleza.
» » » Monsig. Portela Francesco d'Assisi, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Brandäo Cavalcanti Vitale Francesco, dell'arcidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
24 » » Monsig. Van der Maden Guglielmo A. G., della diocesi di Breda.
» » » Monsig. McKeon Myles, dell'arcidiocesi di Perth.
15 aprile » Monsig. Delgado Antonio Battista, della diocesi di Faro.
» » Monsig. Pardal Emanuele Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. De Medeiros Vilanova Eugenio, della diocesi di Niteroi.
» » » Monsig. Mielli Gaetano Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Azcarate Inza Leandro, dell'arcidiocesi di Pamplona.
» » » Monsig. Nogueira Bessa Francesco, dell'arcidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
22 » » Monsig. Bezerra Severino, dell'arcidiocesi di Natal.
20 maggio » Monsig. Amstalden Costantino, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
» » » Monsig. Andery Alberto Abib, della medesima arcidiocesi.

6	maggio	1960.	Monsig. De Barros Marcondes Antonio E., dell'arcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
			Monsig. dos Santos Brito Lino, della medesima arcidio-
»	»		Monsig. Gándara Mendes Vittorino, della medesima arcidiocesi.
		»	Monsig. Mascarenhas Boxo Roberto, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig. Santini Gesuino, della medesima arcidiocesi.
13		»	Monsig. D'Alba Michele, dell'arcidiocesi di Bari.
	»	»	Monsig. Lionetti Nicola, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig. Sportelli Domenico, della medesima arcidiocesi.
19	»	»	Monsig. Piantoni Giovanni (Roma).
27			Monsig. Vodopivec Giovanni, della diocesi di Lubiana.
3	giugno	»	Monsig. Cassano Francesco, della diocesi di Cagli e Pergola.
»	»		Monsig. Caruso Amedeo, dell'arcidiocesi di Monreale.
	»	»	Monsig. Fileccia Onofrio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Lala Antonino, della medesima arcidiocesi.
			Monsig. Monteiro Tabosa Giovanni, dell'arcidiocesi di Olinda e Recite.
9	»	»	Monsig. Balassone Luigi, della diocesi di Valva e Sulmona.
		»	Monsig. Carfagnini Manfredo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Ciccarelli Antonio, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Cola Vincenzo Alessandro, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. D'Achille Giuseppe, della medesima diocesi.
			Monsig. Di Camillo Ferdinando, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Di Massa Silvio, della medesima diocesi.
			Monsig. Di Placido Damiano, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Sciullo Achille, della medesima diocesi.

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

8	aprile	1960.	Il sig. Carpentier de Changy Roger R. F. M., della diocesi di Liegi.
22	»	»	Lord Carmont Giovanni Francesco, dell'arcidiocesi di S. Andrea ed Edimburgo.
»	»	»	Il sig. Crichton Stuart Michele D. D., della medesima arcidiocesi.
9	giugno	»	Il sig. Medolago Albani Federico, della diocesi di Bergamo.

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

24	marzo	1960.	Il sig. D'Avella Federico, dell'arcidiocesi di Parigi.
6	maggio	»	Il sig. Lumia Fausto (Roma).
3	giugno	»	Il sig. Thiel Giovanni Melvin, della diocesi di Galveston-Houston.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine Piano :

24	marzo	1960.	Al sig. Tiberghien Eugenio Emilio, della diocesi di Lille.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13	maggio	1960.	Al sig. Santifaller Leo, dell'arcidiocesi di Vienna.
27	»	»	Al sig. Guespereau Enrico, dell'arcidiocesi di Parigi.
3	giugno	»	Al sig. Agusti Giuseppe (Argentina).
»	»		Al sig. Gálvez Gabriele (Argentina).
»	»	»	A S. E. il sig. Houssay Bernardo (Argentina).
»	»	»	Al sig. López Serrot Oscar (Argentina).
»	»	»	Al sig. Orlila Alessandro (Argentina).
»	»		Al sig. Wainfeld Mariano (Argentina).
9	»		Al sig. Castellucci Mario, della diocesi di Penne-Pescara.
15	»		Al sig. Musich Arnaldo (Argentina).

La Commenda con Placca dell'Ordirne di san Gregorio Magno, classe militare:

27	maggio	1960.	Al Gen. Mollard Emilio, dell'arcidiocesi di Parigi.
»	»	»	Al Gen. Pasteur Enrico, della medesima arcidiocesi.
8	giugno	»	Al Ten. Col. de Nevares Mariano Giacomo (Argentina).
»	»	»	Al Brig. LLerena Baldomero Giorgio (Argentina).
»	»	»	Al Brig. Mohando Placido (Argentina).
»	»	»	Al Contramm. Questa Giovanni H. (Argentina).
»		»	Al Cap. di Fr. Quijada Ermete Giuseppe (Argentina).
»		»	Al Vice Amm. Pérez Colman Ferdinando Emanuele (Argentina).
»	»	»	Al Gen. Rivera Romano (Argentina).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15	gennaio	1960.	Al sig. Lucas Antonio M., della diocesi di Rotterdam.
18	marzo	»	Al sig. De Andrade Furtado Emanuele Antonio, dell'arcidiocesi di Fortaleza.
8	aprile	»	Al sig. Gómez Duran Emanuele, della diocesi di Tuy-Vigo.
28	»	»	Al sig. Passarelli Vincenzo (Roma).
6	maggio	»	Al sig. Novati Mario, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»		Al sig. Ferrier Gabriele, dell'arcidiocesi di Parigi.
»	»	»	Al sig. Sineux Maurizio, della medesima arcidiocesi.
19	»		Al sig. Iazzetti Michele, dell'arcidiocesi di Catanzaro.
»		»	Al sig. Olivieri Pasquale, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Sestito Egidio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Vecchio Filippo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Casorati Pier Renato (Roma).

19	maggio	1960.	Al sig. Cambretta Antonino G. T., della diocesi di Squillace.
27	»		Al sig. Canova Francesco, della diocesi di Padova.
»	»		Al sig. Isabelle Bernardo, dell'arcidiocesi di Parigi.
»	»		Al sig. Maggioli Armanno (Roma).
31	»	»	Al sig. Vandenbrande Luigi (Belgio).
6	giugno	»	Al sig. González Edoardo (Argentina).
»	»	»	Al sig. Katzenstein Giovanni Carlo (Argentina).
»		»	Al sig. Zapata Gastone Rodolfo (Argentina).
»	»		Al sig. Bianco Vito, della diocesi di Lecce.
	»	»	Al sig. Capodanno Luigi (Roma).
»	»	»	Al sig. Prosperetti Ubaldo (Roma).
7	»	»	Al sig. Pereira de Araujo Giovanni Ermete (Brasile).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

17	giugno	1960.	Al Mag;g. Aloysi Vincenzo (Roma).
»	»	»	Al Ten.. Col. Di Giorgio Salvatore (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	dicembre	1959.	Al sig. Brackel Ludovico Enrico G., della diocesi di Rotterdam.
»	»	»	Al sig. Schüttenhelm Emilio Adriano, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Vroegh Gerardo Cornelio, della medesima diocesi.
1	gennaio	1960.	Al sig. Brök Martino F. A., della diocesi di Breda.
»	»	»	Al sig. Jansen Ludovico F. G., della diocesi di 's-Hertogenbosch.
»	»		Al sig. Langemeyer Enrico G., della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Van den Eerenbeemt Cornelio Giuseppe F., della medesima diocesi.
15	»	»	Al sig. Duynste Ludovico G. A., della diocesi di Rotterdam.
»	»	»	Al sig. Stulemeijer Guido G. M., della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Gijzels Francesco G. G., della diocesi di 's-Hertogenbosch.
	»		Al sig. Knippenberg Ermanno U., della medesima diocesi.
22			Al sig. Zegers Giuseppe F. E. C, della diocesi di Rotterdam.
»		»	Al sig. Puts Lamberto C. G., della diocesi di 's-Hertogenbosch.
12	febbraio	»	Al sig. Van Velzen Adriano Francesco A., della diocesi di Rotterdam.
18	»	»	Al sig. Pinxter Giovanni F. M., della diocesi di Haarlem.
28	»	»	Al sig. Rammelt Antonio, della medesima diocesi.
10	marzo		Al sig. Demanche Andrea, dell'arcidiocesi di Parigi.
»	»	»	Al sig. Van der Meulen Giovanni B. R., dell'arcidiocesi di Utrecht.
18	»	»	Al sig. Letters Francesco G. E., della diocesi di Annidale.

18 marzo 1960. Al sig. Began Giovanni Basilio, della diocesi di Annidale.
» Al sig. Meyer Otto Augusto Alfredo, della diocesi di Haarlem.
» » .Al sig. Van Geniert Adriano G. G., della medesima diocesi.
Al sig. Duret Marco, dell'arcidiocesi di Parigi.
» » Al sig. Pieck Giuseppe F., della diocesi di Rotterdam.
» » Al sig. Tholen Maria Uberto G. A., della medesima diocesi.
» Al sig. Rosenmöller Giovanni B. A. R., della diocesi di Ruremonda.
» Al sig. Bronkhorst Cristoforo, dell'arcidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Koch Giovanni A. M., della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Van de Weijer Eugenio A. M. G., della medesima arcidiocesi.
24 » » Al sig. Vermeulen Leonardo B. G., della diocesi di Rotterdam.
31 » » Al sig. Seguy Giovanni, dell'arcidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Verrière Pietro, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Peneau Giuseppe, della diocesi di Nantes.
8 aprile » Al sig. Miedema Dirk, dell'arcidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Van Kuyk Enrico, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
15 » » Al sig. Mollaret Ernesto, della diocesi di Grenoble.
28 » Al sig. Kaldenbach Ermanno Nicola, della diocesi di Haarlem.
» » Al sig. Woltring Lorenzo, della medesima diocesi.
» » Al sig. Rousseau Pietro, dell'arcidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Holt Giovanni G. E., dell'arcidiocesi di Utrecht.
8 maggio » Al sig. Guittard Clemente Enrico E., della diocesi di Versailles.
» » Al sig. Leouzon Alberto, della diocesi di Viviers.
13 » » Al sig. Couret Ruggero Carlo, della diocesi di Limoges.
19 » » Al sig. Gentile Raffaele, dell'arcidiocesi di Catanzaro.
15 giugno Al sig. Ratto Francesco (Argentina).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

17 giugno 1960. Al Cap. Cremisini Giovanni B. (Boma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

11 marzo 1960. Al sig. Leguizamon Carlo Alberto (Argentina).
3 giugno » Al sig. D'Hers Francesco Maria (Argentina).
» » » Al sig. Klein Guglielmo W. (Argentina).
» » » Al sig. Turano Armando L. (Argentina).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 maggio 1960. Al sig. Ferretti Romedio (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19	maggio	1960.	Al sig. Valenti Antonio (Roma).
17	giugno	»	Al Ten. Col. Gherardini Mario (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13	novembre	1959.	Al sig. Castellano Battista, dell'arcidiocesi di Paraiba.
28	aprile	1960.	Al sig. Bonamico Carlo (Roma).
»	»	»	Al sig. Colini Carlo Maria (Roma).
»	»	»	Al sig. Guidi Francesco (Roma).
»	»	»	Al sig. Pensa Giulio (Roma).
»	»	»	Al sig. Ragazzoni Vincenzo (Roma).
6	maggio	»	Al sig. Teruzzi Giovanni, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Vaghi Mario, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Hahn Giulio, dell'arcidiocesi di Vienna.
13	»	»	Al sig. Bonora Pietro Angelo, della diocesi di Biella.
»	»	»	Al sig. Bortolotti Giovanni (Roma).
19	»	»	Al sig. Chiodo Eugenio, dell'arcidiocesi di Catanzaro.
27	»	»	Al sig. Alberti Angelo, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Bajetto Giovanni, dell'arcidiocesi di Torino.
3	giugno	»	Al sig. Costa Hoevel Giovanni Maria (Argentina).
»	»	»	Al sig. Petenello Giuseppe Maria (Argentina).
»	»	»	Al sig. Pico Giuseppe Maria (Argentina).
»	»	»	Al sig. Pico Estrada Ignazio E. (Argentina).
»	»	»	Al sig. Pozzi Rolando (Argentina).
»	»	»	Al sig. Rodríguez Barreta Orazio (Argentina).
»	»	»	Al sig. Stabio Giovanni (Argentina).
»	»	»	Al sig. Taboada Giovanni Carlo (Argentina).
»	»	»	Al sig. Quinlan Aroldo, dell'arcidiocesi di Dublino.
17	»	»	Al Cap. Casali Massimiliano (Roma).
»	»	»	Al Magg. Imbrighi Gastone (Roma).

NECROLOGIO

5	agosto	1960.	Monsig. Strods Peters, Vescovo tit. di Stadia, Amministratore Apostolico di Liepaja e di Riga.
8	»	»	Monsig. Squintani Ambrogio, Arcivescovo tit. di Amorio.
18	»	»	Monsig. Castelltort Subeyre José, Vescovo di Astorga.
28	»	»	L'Emo Sig. Card. O'Hara John F., del titolo dei SS. Andrea e Gregorio al Monte Celio, Arcivescovo di Philadelphia.
30	»	»	Monsig. Massimiliani Massimiliano, Vescovo di Modigliana.

An. et vol. **LII** 25 Octobris 1960 (Ser. **III,** v. **II)** - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

EPISTULA APOSTOLICA

AD EMUM P. D. VALERIANUM S. R. E. CARDINALEM GRACIAS, ARCHIEPISCOPUM BOMBAYENSEM, ET AD CETEROS INDIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS, QUINQUENNALEM CONVENTUM CELEBRATUROS.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quod Dilectum Filium Nostrum Gregorium Petrum Agagianian, Sacri Consilii Fidei Propagandae Praefectum, ad vos misimus quinquennalem Indiae Episcoporum Conventum celebraturos, id aperto testimonio ostendit, quanta paterni animi delectatione, quam laeta uberum fructuum spe atque fiducia ad vos ad vestrosque coetus cogitationes Nostras intendamus.

Etenim summo Nos afficit solatio pastoralis muneris conscientia, qua in exemplum praestatis, itemque alacre religionis studium, quo incensi estis, ut, collatis consiliis, ea omnia expendantur atque opportunis normis aptius ordinentur, quae in pernobili ista Natione, Nobis sane carissima, ad Ecclesiae Dei firmitatem, progressum et apostolicam actionem pertinere videantur.

Dum Indiae populus, ubertate vitae florens, ad novas progredientis aetatis rationes summe contendit, novimus in id haud parum conferre felicia apud vos Ecclesiae incrementa, quae quidem Civitatis bono sociam operam navat, non humanis nixa opibus, nec terrenis propositis ducta, sed paciferis veritatis armis, quae ab ipso divino fonte manavit; morum disciplina, quae homines ad vitae sanctitudinem perducit; cae-

lestis gratiae muneribus, quae id nobis praestat, « ut filii Dei nominemur et simus ;[1] caritatis denique operibus, quibus istic tam late Christi bonus odor dispergitur : innumera valetudinaria dicimus, hospitales domus, sedes medicamentis opportune dilargiendis ac varia domicilia senibus, infantibus aliisque auxilio egentibus excipiendis, vere Dominici viridarii flores pulcherrimos, cum tantopere ethnicorum animos ad christianam fidem alliciant, ad Divinumque ipsum Redemptorem, qui « pertransiit benefaciendo et sanando omnes ».[2]

Nec ignoramus, Venerabiles Fratres, pro gregibus vigilantiae vestrae creditis vos libentissime impendere omnia et percupere vosmet ipsos superimpendi,[3] ut sacri magisterii pastoralisque regiminis opus aptiore usque efficacioreque ratione absolvatur ; quod quidem manifesto testantur tum Indiae primi Concilii Plenarii acta, anno MDCCCCX, habiti, tum Episcoporum Consilii sedula navitas, quod istic omnis apostolatus incepta regit ac sapienti ordine moderatur.

Quam ad rem, optimo sane iure vobis in primis cordi est Seminariorum alumnos Deique administros excolere, ad quos praecipuae Ecclesiae curae semper spectaverunt. Nulla enim res tam arte cum religionis prosperitate coniungitur, quam clericorum mores probi et christianae studia sanctitatis. Quapropter qui in spem sacerdotii adolescunt, eos summopere oportet non tantum numero augeri, verum etiam ad doctrinam et ad vitae innocentiam impensa opera sapientique disciplina informari, prout sanctissima sacerdotalia officia postulant, ad quae obeunda singulari prorsus Dei beneficio a Christo Iesu vocantur. Hanc autem celsissimam metam, quam proponere sibi debent, iidem tunc tantummodo tenere poterunt, si mentem caelesti illa doctrina penitus imbuerint, quam Ecclesia utpote hereditatem divinitus acceptam inviolate custodit, et ad sanctitudinem vitae pervenerint, quae diuturna perfectaque virtutum exercitatione ipsis est comparanda. Optata quippe humani generis salus non ex novitate sermonis, sed ex verbi Dei efficacitate exspectanda est, quod variis rationibus in usum inductis traditur, ut Iesu Christi regnum in terris promoveatur. Hanc autem verbi Dei efficientiam in primis palam proferant necesse est « ministri sermonis »[4] supernaturali illa vitae suae novitate, qua christifidelium multitudini in exemplum praeire debent. Praeterea meminerint omnes utriusque

[1] *1 Io.* 3, 1.
[2] *Act.* 10, 38.
[3] Cfr. *2 Cor.* 12, 15.
[4] *Luc.* 1, 2.

cleri Indiae sacerdotes — quos in oculis f erimus et ad quos peculiari modo mentem Nostram convertimus, quotiescumque coram admittimus alumnos Collegii Urbaniani a Propaganda Fide, tam egregie meriti de re catholica ac Nobis perquam dilecti —• nihil esse quod tam vehementer sacri muneris fructus adaugeat, quam prompto atque alacri animo sacris Pastoribus obsequium praestare ac mutuam fraternamque fovere caritatem, ut Apostolorum Principis verba admonent : « ministrate ... in amore fraternitatis caritatem. Haec enim si vobiscum adsint et superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini Nostri Iesu Christi cognitione » .[5] Nisi enim sacri administri ((cor unum et anima una »[6] fiant — qua quidem excelsa vivendi forma iam inde ab initio Iesu Christi Ecclesia dignota est ab hominibus — parum proderunt externa incepta, quamvis magni momenti, et vel ipsi apostolicae actionis labores ; quin immo, monente Gentium Apostolo, « nihil » sunt, si divina attrice caritate careant.[7]

Aliud praeterea est quod ad rei catholicae profectum confert ac Nobis magnopere cordi est, ut per Encyclicas Litteras, quibus index « Princeps Pastorum », significavimus : congruam dicimus laicorum hominum christianam institutionem atque educationem, ut cum professione catholici nominis, cumque oificiis quae ex eo proficiscuntur, tota ratio publice privatimque vivendi apprime consentiat, eorum praesertim qui in Civitate altiores dignitatis gradus sint consecuti. Huc potissimum pertinere necesse est curas omnes in scholis et in catholicis ephebeis collocandas ; quae causa cum maximi sit momenti, nemini graviora videantur ferenda onera, ut huiusmodi Instituta incrementa suscipiant demandatoque muneri apte respondeant. Ad laicorum autem apostolatum quod spectat, supervacaneum est monere nullo modo huiusmodi adiutricem Sacrae Hierarchiae collatam operam optatos fructus edere posse, nisi eam comitentur penitusque afficiant Ecclesiae doctrinae atque praeceptorum inviolata custodia, constans ac prompta ad parendum iis qui praesunt voluntas, christiana vita unde exempla virtutis petant.

Denique vobis, Venerabiles Fratres, maxime compertum est, Ecclesiae incremento consuli, ut oportet, non posse, nisi catholicorum hominum unitas et concordia omnibus viribus foveatur. Quodsi ob peculiaria rerum adiuncta forte alicubi in grave discrimen adducantur vel catho-

[5] *2 Petr. 1,* 5-8.

[6] *Act.* 4, 32.

[7] Cfr. *1 Cor.* 13, 2-3.

lica fides, vel iustitia socialis, vel morum disciplina, sive quae naturalibus sive quae christianis principiis innititur, palam est¿ si alias umquam, tunc potissimum horum bonorum tuendorum promovendorumque causam postulare magnam omnium catholicarum virium conspirationem, quae a sacris Pastoribus, ut reapse vi polleat, auspicium et ductum accipiat. Ita feliciter continget, ut Ecclesia Dei, quamvis adhuc uspiam ((pusillus grex »[8] videatur, ad germanam populorum prosperitatem eorumque utilitatem, quae potiores aestimandae sunt, re vera conducat, atque eius filii palam ostendant se terrenam patriam sincera caritate adamare.

In qua salutarium bonorum laeta spe dum de conventu vestro sumus, eique ut aspirent Deiparam Mariam Virginem, S. Thomam Apostolum, S. Franciscum Xaverium ceterosque Patronos vestros precamur, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, atque clero populoque universae Indiae Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Augusti, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS LAURENTIUS, MARTYR, ET SANCTUS ADALBERTUS, EPISCOPUS ET MARTYR, PRINCIPALES PATRONI, SANCTUS AUTEM GEORGIUS, MARTYR, SECUNDARIUS PATRONUS DIOECESIS CULMENSIS ELIGUNTUR; PRAETEREA SANCTUS BERNARDUS, ABBAS, PRINCIPALIS PATRONUS PELPLINI, URBIS EPISCOPALIS EIUSDEM DIOECESIS, DECLARATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Beati Caelites, qui ab his locis aerumnarum plenis in supernam patriam innumeris felicitatibus aftluentem, ob eximiae virtutis merita demigrarunt, a Sancta Matre Ecclesia Christifidelibus, in hac mortali vita versantibus, recte proponuntur ad imitandum, opportune constituuntur Patroni, quo facilius viatores iidem opta-

[8] *Luc.* 12, 32.

tissimam illam metam con tingere valeant. Quod sentiens, Venerabilis Frater Casimirus Iosephus Kowalski, Culmensis Episcopus, Nos adiit precibus, ut praeclarissima quaedam Ecclesiae lumina, Viros dicimus sanctimoniae laude illustres, qui sive dioecesis ipsius sive urbis episcopalis Patroni ab antiqua aetate haberentur colerenturque, caelestes earundem confirmaremus tutores. Quibus votis libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctos Laurentium, Märtyrern, et Adalbertum, Episcopum et Märtyrern, *principales Patronos,* atque Sanctum Georgium, Märtyrern, *secundarium Patronum* dioecesis Culmensis, ac praeterea Sanctum Bernardum, Abbatem, *principalem Patronum* Pelplini, urbis episcopalis Culmensis eiusdem dioecesis, confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus et secundariis dioecesium necnon praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

CATHEDRALIS ECCLESIA TRANENSIS BASILICAE MINORIS TITULO INSIGNITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Monumentum pietatis artisque vetustum atque insigne praedicatur princeps templum Tranense, quod, velut portus et refugium salutis in maris litore positum, Apuliam nobilitat maxime. Quod scilicet documento est ea in urbe priscis temporibus religionem cultam esse et floruisse ingenia, quandoquidem prius templum

Beatae Mariae Virgini sacrum saeculoque saltem VII p. Ch. n. ascribendum, ut hypogeum, propter amplitudinem spectabile, alterius ecclesiae cathedralis etiamnum exstat. Haec anno MLXXXXIIII, uti tradunt, exstrui coepta est, eodem videlicet tempore, quo Sanctus Nicolaus Peregrinus, advena Graecus, ea in urbe piissime obiit. Cui, paulo post in Sanctorum Caelitum numerum relato ibique honestissime sepulto, novum opus dicatum est. Hoc autem non est quin admiretur, cum sit exemplum praecipuum singularis architectandi rationis, quam « Romanicam-Apulam » appellant periti. Quodsi ampla laudis materia inde colligitur, daret tamen templum maxime spirituali pulchritudine, cum reliquiae Sancti Nicolai Peregrini, in crypta, omnium consensu celebrata, conditae, ad se convertant Christifidelium animos ac perfundant religione. Rerum gestarum etiam memoriis haec aula Dei commendatur, in qua plures Praesules eximii sunt temporum successu versati. Votis igitur annuens Canonicorum Collegii, civilium potestatum, parochorum omniumque sodalium ab Actione Catholica, Venerabilis Frater Reginaldus Iosephus Maria Addazi, Archiepiscopus Tranensis et Barolensis, Nos rogavit, ut Cathedrale hoc templum, merito dilaudandum, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Cathedrale Templum Tranense ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae ecclesiis, hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrx mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. RICHARDUM IACOBUM TIT. S. SU S ANNAE PRESB. CARDINALEM CUSHING, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, QUEM LEGATUM ELIGIT AD EUCHARISTICUM CONVENTUM EX UNIVERSA PERUVIENSI NATIONE IN URBE PIURA CELEBRANDUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Alta stirpe inhaerens animis adhuc superest memoria Eucharistici ex universa Peruviensi Natione Conventus, qui magna fidelium frequentia uberique pietatis fructu Limae anno MCMLIV habitus est, atque nunc altera eiusdem generis et momenti Congressio, cui sedes dilecta est urbs Piura, aemula certatione paratur.

Cum probe noverimus, quo religionis studio, qua prudentia et operae sollertia in has religiosas instaurandas celebritates ii quorum res interest incumbant, securam in spem adducimur fore, ut communi exspectationi eventus atque exitus rerum respondeat. Quo autem hae magnificentiores contingant, libenter concedentes precibus Venerabilis Fratris Caroli Alberti Arce Masías, Piurensis Episcopi,. qui a Nobis id poposcit, ut aliquem e Purpuratorum Patrum Collegio illuc destinaremus, te, Dilecte Fili Noster, Legatum renuntiamus et eligimus qui, personam Nostram gerens, illi Eucharistico Conventui praesideas, atque paterno studio flagrantia omina et vota afferas, quibus ei spirituales opes et dona caelestia invocamus.

Id etiam valde cupimus, ut tu, Noster factus interpres, multitudinem fidelium, qui eo una simul convenient, cohorteris, ut augustum altaris Sacramentum impensiore usque obsequio colant, frequentius sumant, atque inde novos impulsus viresque capiant : ita sane, sobrie, iuste, pie viventes christiani nominis professionem sanctitate morum, unitatis concordia, aeternarum rerum desiderio magis magisque decorabunt, atque eorum spectata virtus iustis gaudia et adversariis reverentiam indet. Si haud paucis nominibus christianus populus praestat, eidem haec est causa excellentiae et dignitatis praecipua, quod is familia Dei est : hoc nihil profecto amabilius, augustius et optabilius. Quod quidem mani-

festissime apparet, cum pueri et senes, pauperes et divites, cuiuslibet aetatis coetusque fideles festis diebus sicut novellae olivarum in circuitu mensae Domini[1] sacras aedes laeto agmine stipant: una simul Deo hostiam laudis offerunt, sacris mysteriis intersunt, angelico Pane vescuntur. Atqui Ss. Eucharistia tantae unitatis est signum, suavis fraternae caritatis est vinculum huius communionis, qua tellus caelis consociatur, firmum est fundamentum. Propterea autem quod sacerdotes Ss. Eucharistiae veri ministri sunt, si eorum numerus animorum curae necessitatibus fit impar vel tenuior, praeter alia detrimenta, quae communi bono afferuntur, familiae Dei rationes noxie labant et misere deficiunt.

Novimus, Dilecte Fili Noster, quantum huiusmodi negotium tibi cordi sit atque quomodo — ut alii quoque sollertes Foederatarum Americae Civitatum Antistites — operam naves, ut exiguitati sacerdotum in latissimis regionibus Americae Australis, ubi quam plurimae nunc a catholicae fidei et vitae hostibus insidiae struuntur, provide succurras, atque adeo fraterno animo neque parvo cum merito illarum regionum Episcoporum anxiae sollicitudines participantur.

Scito magnae congruens esse exspectationi desiderii Nostri, si inter sacra sollemnia, quibus praeeris, sueta tibi diligentia eniteris, ut ad virorum e sacro ordine augendas numero et virtute cohortes, quemadmodum res tanti momenti flagitat, maiore contentione et melioribus praesidiis omnium evigilent studia.

Sancti Spiritus lumen et robur invocantes, ut Eucharistico ex universa Peruviensi Natione Conventui opimi et diu durabiles pietatis et pacis fructus egignantur, ut in operibus fidei fortitudo exsistat, ac praecipue ut sacerdotum ordo incrementa suscipiat, tibi, Dilecte Fili Noster, sollerti Piurensi Episcopo, Antistitibus, magistratibus, sacerdotibus et christifidelibus, in Eucharistici Sacramenti laudem et gloriam festos illos coetus frequentaturis, Apostolicam Benedictionem, superni auxilii pignus et ad salutaria incepta incitamentum, peramanter impertimus.

L)atum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvii mensis Iunii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

i Cfr. *Ps.* 127, 3.

II

AD EMUM P. D. IOSEPHUM TIT. S. MARIAE NOVAE PRESB. CARDINALEM WENDEL, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, OB EUCHARISTICUM EX OMNIBUS NATIONIBUS CONVENTUM MONACHII CELEBRATUM.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Gratulationis et laudis verba tibi ex animo proferre cupientes, ob praeclarum sedulitatis testimonium, quod in xxxvn Eucharistico ex omnibus Nationibus Conventu instruendo, eodemque in Urbem Monachium, tuae pastoralis dignitatis sedem, magnificentissima liberalitate excipiendo, edidisti, hasce litteras ad te mittimus, postquam anteactorum dierum labores peregrinorumque frequentia iam remiserunt.

Laetitiam Nostram tibi, ac tuis operae sociis, cunctisque istius archidioecesis sacerdotibus et Christi fidelibus significare properamus : non modo ob faustum eiusdem Congressionis successum, ad quem parandum in primis communia studia atque consilia incubuerunt vestra, sed potissimum ob insigne caritatis concordiaeque exemplum, quo avitam fidem publice ostendere certavistis.

Ut probe noscis, Eucharistici Conventus ritibus, etsi corpore absentes, praesentissimi tamen animo interfuimus. Cotidie enim preces Nostras ad Christum Iesum pro felici eius eventu flagrantissime fudimus ; persaepe, ac quotquot ad Nos fidelium turbae adventarunt, eorum animos ad Monacensia sollemnia ereximus ; quae nuntia ad Nos singulis Conventus diebus pervenerunt, ac praesertim quae tu diligentissime perferenda curasti, ea attente simul audivimus simul perlegimus, ac res istic aetas e Legato Nostro Gustavo Cardinali Testa haud ita pridem studiose percontati sumus. At praesertim — omnium recordationum plane suavissima ! — summa cum animi commotione a. d. VII Id. Aug. per televisificum instrumentum « ab initio ad finem », ut iam alias scripsimus, caeremonias aspectavimus, quae postremo Conventus die istic habitae sunt : atque in mente Nostra penitus defixa manebit religiosae multitudinis pietas ac reverentia, quae orationi Nostrae pronas praebuit aures, ac postea Sacro pontificali ritu facto interfuit, ad Eucharisticum panem sumendum diu accedere non intermisit, suosque cantus unanima voce fudit.

Haec omnia ut prospere cederent, sollicita diligentia tua sapienter

providit. De qua re tibi — simulque omnibus, qui consilio et navitate tibi auxiliatricem navarunt operam — maximas agimus gratias, teque rogamus ut civili quoque auctoritati animi Nostri sensus, oblectamenti plenos, Noster factus interpres, expromas atque ostendas.

Nos laetam concipimus spem, ut ex ista populorum congressione, quae quasi orbis Statio in tua urbe facta est, optatissima proficiscantur mutuae caritatis coniunctionisque emolumenta, cunctisque gentibus, pretiosissimo Dei Sanguine redemptis, serena diuturnaque illuceat pax, pro quarum vita ipse Christus suave ac salutiferum se praebet alimentum.

Ac praeterea vota facimus, ut pietatis religionisque fructus, quos archidioecesis tua, omnium sane prima, ex Eucharistico percepit Conventu, et integri in posterum perseverent et abundantiores Dei gratia cotidie fiant.

Quae paterna omina peramanter Apostolica Benedictione confirmamus, quam tibi, simulque Episcopo Auxiliari tuo, vestrorum laborum sociis sive ex utroque clero sive e laicorum ordine, universaeque pariter archidioecesi tuae ultro impertimus.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Augusti, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PP. XXIII

III

AD EMUM P. D. CLEMENTEM S. R. E. CARDINALEM MICARA, EPISCOPUM VELITERNUM: AC VICARIA POTESTATE URBIS ANTISTITEM: ROMANI PRAESERTIM CHRISTIFIDELES AD MARIALE ROSARIUM PER OCTOBREM MENSEM PIE RECITANDUM INVITANTUR.

Signor Cardinale.

L'ottobre che ci sta innanzi raccoglie il nostro spirito intorno a pensieri pacifici, ed a propositi di saggezza e di attese fiduciose.

Nei mesi scorsi Ci furono motivi di pena gli echi dolorosi di sommovimenti della natura, che funestarono vaste regioni lontane dagli occhi, ma tanto care al sentimento di umana e cristiana fraternità. In giorni più recenti altre calamità si abbatterono su paesi più vicini e a Noi familiari.

E in consonanza con queste notizie, altre continuarono ad annunciarsi durante tutto Panno ad indicazione di prove e di ansietà che

accompagnano il corso della vita umana, di ciascun uomo senza distinzione.

Ma ciò che trattiene quasi il sospiro di tutta l'umanità è il mesto insistere delle incertezze di un mondo ancora ansioso di vera pace tra gli uomini e le nazioni, e variamente turbato da tragiche preoccupazioni circa il più o meno lontano avvenire.

Ora, per le anime credenti in Dio e nella presenza nel mondo del suo Figliuolo Cristo Gesù ad universale redenzione e salute, ecco, sull'aprirsi dell'ottobre, una dolce schiarita all'orizzonte, nella santa e pia visione della Madre benedetta del Salvatore : *sancta Maria, Mater Dei,* invocata dal popolo cristiano, religioso e confidente, con la devozione del Eosario, che accomuna grandi e piccoli, in una stessa elevazione spirituale apportatrice di luce, di conforto, di pace.

È questa — del Santo Rosario — per il popolo cristiano la preghiera più semplice ed accessibile, già cumulata dai Nostri venerati Antecessori da tanti incoraggiamenti e benedizioni.

Noi non viviamo di illusioni. Come tante e tante altre volte nella storia — poiché *nil sub sole novum*[1] — l'ora che il mondo sta attraversando è grave assai : grave e pericolosa. È in gioco la vocazione storica dei popoli, il destino eterno di ciascun uomo creato ad immagine di Dio.

Non è Nostra abitudine sollevare il velo di miserie e di minaccianti rovine, che stringono il cuore per chi sente il sacro dovere di custodire e difendere l'ordine domestico, sociale, religioso.

Ma le statistiche stanno là, allarmanti nella gelida enunciazione dei dati offertici pubblicamente da studiosi avvertiti e competenti : generale disprezzo della vita, smania di strapotere : sottile ma ostinata iniziazione all'errore, che determina con teorie e con spirito anticristiani la struttura di sistemi di vita sociale delle masse alimentate da contraffazioni della verità.

Tutto questo, Ella comprende, Signor Cardinale, come debba essere riguardato con sgomento nei riferimenti all'ordine spirituale, religioso e sociale per chi, come il Vescovo di Roma, e quanti partecipano alle Sue pastorali sollecitudini, di questo vivono, soffrono e grandemente si preoccupano in faccia al Signore e in faccia alle anime.

Oh ! Noi accompagniamo col più vivo interesse, e seguiamo di buon cuore con incoraggiamento fervido, augurale e benedicente quanti

[1] *Eccl.* 1, 10.

uomini dabbene e capi di Stato posti in alto dalla Provvidenza — che tutto dispone o permette — nel governo dei popoli e delle nazioni portano le più gravi responsabilità, nei consessi nazionali e internazionali, affinchè si volgano decisamente a salvaguardia della giustizia e delia- libertà.

Ma innanzi tutto ed in unione col popolo cristiano, Noi invitiamo a fervore grande di supplicazione alla Madre di Gesù e Madre nostra, *Maria Auxilium Christianorum, et Regina mundi.*

Come tornano commoventi gli inviti alla preghiera che San Bernardo suggeriva dai suoi tempi ! Quel suo : *Respice stellam : voca Mariam :* nelle avversità, nelle dubbiezze, nei pericoli per la Santa Chiesa, anche per l'ordine sociale : sempre pensa a Maria : *Mariam cogita, Mariam invoca.*

Il *Pater Noster,* il *Gloria* e le *Ave Maria* sulle labbra, la visione dei misteri della vita di Gesù e della sua Madre negli occhi : il sospiro del cuore attento e in fervore : oh ! che delizia, questo Rosario benedetto, oh ! che sicurezza di esaudimento, qui sulla terra e nei cieli eterni.

Signor Cardinale ! Amiamo porgere un invito fiducioso innanzitutto ai Romani, che il Signore ha voluto darCi come più vicino oggetto delle Nostre sollecitudini di Vescovo. Ci sentiamo confortati al pensiero che nel mese di ottobre, specialmente in seno alle famiglie, dopo la quotidiana fatica, le mani dei genitori e dei figli, particolarmente dei piccoli innocenti, degli ammalati e degli anziani, intreccino la corona del Rosario e levino al Cielo la preghiera benedetta.

E poiché, nella recita del Rosario, ciò che conta è il movimento delle labbra in accordo con la devota meditazione dei singoli misteri, Noi siamo certi che i Nostri figli, facendo eco ai fratelli di tutto il mondo, sapranno farne una scuola di vera perfezione, contemplando con intimo raccoglimento gli insegnamenti che irraggiano dalla vita di Cristo e di Maria Santissima.

Invitiamo dunque a pregare secondo le Nostre intenzioni. Tutti le conoscono. Tra queste ce n'è una più familiare al Nostro spirito ed in rapporto con gli interessi generali della Chiesa : vogliamo dire la preparazione del Concilio Ecumenico. Il grande avvenimento della vita ecclesiastica, che sempre più vasti consensi ottiene nel mondo, vuol trovare rispondenza non soltanto presso il clero, i religiosi e le religiose, i seminaristi, ai quali di recente Ci siamo espressamente rivolti, ma altresì nel cuore di tutti i fedeli, che vivono in armonia di convincimenti e di opere con la Santa Chiesa.

Nella gioia che Ci procura il pensiero, che questo Nostro desiderio susciterà emulazione di santo fervore presso 1 Nostri figli di Roma, particolarmente nelle parrocchie, nelle famiglie religiose, nei collegi e negli ospedali, voglia gradire per Lei, Signor Cardinale, per il Cardinale Pro-Vicario e loro collaboratori, e trasmettere con la consueta amabilità al clero ed ai fedeli, la Nostra confortatrice Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico, il 28 settembre dell'anno 1960, secondo del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

In Petriano foro habita ad athletas ex omnibus nationibus, qui Romam convenerunt ut Ludos participarent Olympios. *

Dilecti athletae Ludos Olympios Romae participantes.

Prope huius fori obeliscum, in medio Neronis circo olim erectum, apud quem constat Petrum Apostolorum Principem martyrium fecisse, Berniniana porticus vos quasi geminis immensis brachiis amplecti, Nobisque conspiciendos offerre videtur.

Eadem effusa benevolentia erga vos affecti, qua Decessor Noster immortalis memoriae Sanctus Pius X anno millesimo nongentesimo quinto nobilem virum Petrum De Coubertin, ludorum Olympiorum instauratorem, coram admisit eiusque incepta admodum probavit, cupimus in primis adventum vestrum ex animo gratulari. Vos diu exspectatos nunc excipimus, ut superiore tempore familiariter colloquendo alias significavimus; ac perlibenter Gandulfi Arce hodierna die discessimus, ut in hoc Petriano foro conf erta ac ferventia agmina salutaremus vestra.

Utinam faustissimum huiusmodi vespertinum eventum, quod tot res in memoriam revocat, vestros animos penitus tangat; ita quidem ut exinde unusquisque vestrum et de propria athletae dignitate Celsius sentiat et Romae spiritualem arcanam vocem aptius percipiat.

Patet nec omnibus gymnicis cohortibus, nec athletis singulis Nos

*** Die 24 Augusti mensis a. 1960.**

ominari posse victoriam ; hanc referant qui ceteris praestant. Id tamen minime prohibet quominus flagrantibus exoptemus votis, ut horum dierum certamina vobis universis prosint, ex iisdemque omnes prorsus emolumenta capere possitis.

17	»	»	Al sig. Giacomini Egidio, della diocesi di Vittorio Veneto.

NECROLOGIO

	luglio	1960.	Monsig. Gojdié Peter Pavel, Vescovo di Preso v dei Ruteni.
14	settembre	»	Monsig. Reis Antonio, Vescovo di Santa Maria.
25	»	»	Monsig. Cotton Francis, Vescovo di Owensboro.
29	»	»	Monsig. Balanza y. Navarro Rafael, Vescovo di Lugo,
1	ottobre	»	L'Emo Sig. Card. Fietta Giuseppe, del titolo di San Paolo Apostolo alla Regola.
10	»	»	Monsig. Raeymaekers Georges Desire-, Vescovo di Buta.
11	»	»	Monsig. Sebastian Jerome, Vescovo tit. di Baris di Ellesponto.
12	»	»	Monsig. Chappe Joseph, Vescovo di Le Puy-en-Velay.

An. et vol. **LII** 28 Novembris 1960 (Ser. **III,** v. **II) -** N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

RIOPRETENSIS
(IALESPOLITANAE)

DETRACTIS QUIBUSDAM TERRITORIIS A DIOECESI RIOPRETENSI, NOVA QUAEDAM DIOECESIS CONDITUR ((IALESPOLITANA)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesia sancta, Christi memor praecepti qni iussit Apostolos omnibus Nationibus praedicare Evangelium, non desistit animos mentesque hominum ad immortalia erigere bona, quorum spes, si sit in animis vivax, fieri non potest quin civile etiam hominum consortium egregie afficiat. Cuius rei gratia, cum venerabilis Prater Libanius Lafayette, Episcopus Riopretensis, post auditum venerabilem Fratrem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi, et in Brasilia Apostolicum Nuntium, expostulaverit ut, diviso suae Sedis territorio, alia ex eodem dioecesis excitaretur, Nos, populi utilitatibus servire cupientes, exquisita sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, consensuque suppleto eorum qui aliquod ius in hoc negotio habeant, de

Nostra summa et apostolica auctoritate haec statuimus atque iubemus. A dioecesi Riopretensi integrum territorium detrahimus sequentium municipiorum, sic lingua vulgari cognominatorum : Jales, Auriflama, Cardoso, Dolcinópolis, Estrêla d'Oeste, Fernandópolis, General Salgado, Guaraní d'Oeste, Indiaporä, Meridiano, Palmeira d'Oeste, Populina, Santa Albertina, Santa Fé do Sul, Sud Mennùçci, Tres Fronteiras, Urania; item integrum territorium municipii Pereira Barrette, quod ad dexteram fluminis Rio Tieté exstat, et simul territorium civilis districtus, quem dicunt, Major Prado, in dextera eiusdem fluminis situm, ed ad municipium Araçatuba pertinens. Quibus terris novam dioecesim efficimus, *Ialespolitanam* nomine, quae scilicet iisdem limitibus terminabitur ac municipia simul sumpta quibus constat, prout lege civili describuntur, excepta parte municipiorum Pereira Barrette et Araçatuba, quae naturali limite fluminis Rio Tieté terminatur. Novae dioecesis Sedes in urbe vulgo Jales cognominata ponetur, in qua Episcopus domicilium suum statuet, cathedra in templo curiali S. Expediti collocata, quod usque dum novum templum in honorem B. M. V. caelo receptae exstruatur, tamquam cathedrale habebitur, cum iuribus, honoribus, privilegiis propriis. Eadem sane iura et insignia Episcopo facimus, cui tamen congruas obligationes imponimus ; in his autem id memorare placet : esse nempe eum una cum sua Ecclesia sacro Praesuli Rivi Nigri obnoxium et suffraganeum. In constituta dioecesi Canonicorum Collegium condatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas : quod valde honori Dei procurando confert. Si tamen id ad praesens fieri nequeat, indulgemus ut Consultores dioecesani deligantur, qui sincero consilio et opera suo Praesuli assint. Item gravi obligatione curabit Episcopus Seminarium saltem elementarium condere, iuvenibus excipiendis qui olim sacerdotio augeri cupiant, ad normas iuris communis atque S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur, philosophiae atque theologiae disciplinis in Pontificio Collegio Piano Brasiliano imbuendi. Sacerdotes qui, his Litteris ad effectum deductis, in Ialespolitana dioecesi vel beneficium vel officium habeant, eidem censeantur ascripti; ceteri vero clerici, ei in qua legitimo degant domicilio. Ad regimen, administrationem quod attinet, item ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, hisque similia, ea fieri censemus, quae Codex Iuris Canonici iubet. Volumus denique ut cum dioecesis constitutio facta fuerit, documenta et acta quae ad eam quoquo modo pertineant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibique religiosa cura in tabulario asserventur.

Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, exsequi studebit, vel per se ipse, vel per alium, factis ad id potestatibus necessariis. Cum autem res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum digna fide exempla ad S. Congregationem Consistorialem mittet. Quodsi fiat ut eo tempore alius eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesia stica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

fR MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

A. Serafini, *Proton. Apost.*
C. Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane tab., vol. 011, n. 70.

II

ASSISENSIS
(PRUDENTIPOLITANAE)

QUIBUSDAM EX ASSISENSI DIOECESI, IN BRASILIA, DETRACTIS TERRITORIIS, NOVA EFFICITUR DIOECESIS, ((PRUDENTIPOLITANA)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum. venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicus Nuntius, post quidem auditum venerabilem Fratrem Iosephum Lazarum Neves, Episcopum Assisensem, ceterosque provinciae ecclesiasticae Botucatuensis sacros Praesules, ad quos res pertineret, ab hac Apostolica Sede postulaverit ut ex quibusdam Assisensis dioecesis territoriis nova efficeretur dioecesis, visum est Nobis eiusdem precibus esse concedendum, qui certa spe ducimur magnam exinde orituram christifidelium animis utilitatem. Sententiam ideo rogatis venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Consistorialibus negotiis praepositis, eorumque consensu suppleto, qui hac in re aliquid iuris habeant vel se praesumant habere, ea quae sequuntur de suprema potestate Nostra decernimus ac iubemus. A dioecesi Assisensi territorium detrahimus sequentium municipiorum vulgo sic cognominatorum : Presidente Prudente, Alfredo Marcondes, Alvares Machado, Anhumas, Caiabú, Caiuá, Indiana, Marabá Paulista, Mirante do Paranapanema, Piquerobi, Pirapozinho, Presidente Bernardes, Presidente Epitácio, Presidente Venceslau, Regente Feijó, Sandovalina, Santo Anastácio, Santo Expedito, Ta ciba, Tabaraí. Quibus regionibus novam dioecesim condimus, *Prudentipolitanam* appellandam atque iisdem terminandam finibus ac municipia simul sumpta quibus coalescit, prout in praesens civili lege terminantur. Novae Ecclesiae sedes in urbe, cui nomen a Praeside Prudente, ponetur, in qua Episcopus domicilium habebit, cathedra in curiali templo Christo Regi in honorem S. Sebastiani dicato collocata; quod templum tamquam cathedrale scilicet habebitur, cum iuribus, honoribus, privilegiis propriis. Eadem iura et privilegia Episcopo facimus, cui tamen con-

gruas obligationes imponimus, quas inter id memorare placet ; esse nempe eum una cum sua Ecclesia sacrorum Botucatuensi Antistiti obnoxium et suffraganeum. In constituta dioecesi Canonicorum Collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas. Si tamen id modo fieri nequeat, Consultores dioecesani ad tempus deligantur, qui consilio et opera Episcopo assint. Item Episcopus Prudentipolitanus gravi obligatione tenetur Seminarium saltem elementarium exstruendi pueris excipiendis qui sacerdotali dignitate ornari cupiant, ad communis iuris normas atque peculiaria S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus praescripta. Ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur, philosophiae ac theologiae disciplinis in Pontificio Collegio Piano Brasiliano imbuendi. Mensa episcopalis, quae dicitur, bonis efficietur quae Prudentipolitanae dioecesi ad normam canonis 1500 C. I. C. obvenient, Curiae fructibus atque liberis fidelium collationibus. Quod vero ad regimen et administrationem attinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad aliaque huiusmodi, ea servanda censemus quae Codex Iuris Canonici statuit. Sacerdotes vero qui, his Litteris ad effectum deductis, in Prudentipolitana dioecesi beneficium vel officium habeant, eidem censeantur ascripti; ceteri clerici ei, in qua legitimo domicilio degant. Volumus etiam ut, cum dioecesis constitutio facta fuerit, documenta et acta quae ad eam pertinent ad eius Curiam mittantur, ibique religiose in tabulario serventur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, exsequi studebit, vel per se ipse vel per alium, factis ad id necessariis potestatibus. Cum autem acta res fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum digna*fide exempla ad S. Congregationem Consistorialem mittet. Quodsi fiat ut eo tempore alius eidem Apostolicae in Brasilia Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint sub-

scripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
ST. R. E. Cancellarius

ÇÊ MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CHI, n. U.

III

SOKODENSIS

(DE D APANGO)

EX DIOECESI SOKODENSI QUODAM DETRACTO TERRITORIO, NOVA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, ((DE D APANGO)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo tempore divinus hominum Redemptor Apostolis suis mandata dedit ut, in mundum universum proficiscentes, Evangelium praedicarent omni creaturae, magis magisque in dies, summo Deo incrementa largiente, divinae Legis semina ubique gentium floruerunt. Quod cum uberrime factum esse accepissemus in finibus Sokodensis dioecesis, in qua videlicet regione tres iam annos a Sodalibus Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Gallicae impense regno Dei prolatando laboratur, opportunum visum est Nobis atque catholicis rebus perutile preces accipere, quas,

post auditos sive Episcopum Sokodensem sive Apostolicum Delegatum cui in urbe Dakarensi sedes est, dilectus Filius Noster S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Fidei Propagandae Pro-Praefectus Nobis proposuit, ut ex septemtrionibus partibus Sokodensis dioecesis nova conderetur praefectura apostolica. De summa ergo Nostra potestate, eorum suppleto consensu, qui hac in re aliquid iuris vel habeant vel se putent habere, haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi Sokodensi septentrionalem regionem separamus Reipublicae Togoensis, quae ad occidentem solem, ad septemtrionem et ad orientem Rebuspublicis Ghanaënsi, Voltaënsi et Dahomeyensi finitima est, ad meridiem vero decursu continetur fluminum Kara et Keran ac termino, inter eadem flumina, quo civilis subdivisio de Kandé ibidem limitatur; idque territorium sui iuris facimus et in praefecturae apostolicae formam redigimus, *de Dapango* appellandae, omnibus assignatis bonis sive mobilibus sive immobilibus, quae dicunt, in eodem territorio exsistentibus, aliisque mutuo Episcopi Sokodensis atque Fratrum Minorum, quos nominavimus, consensu statutis. Cui novae praefecturae, curis traditae atque regimini Sodalium Fratrum Minorum Provinciae Gallicae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, omnia adiungimus iura ac privilegia, quae ad eandem Iure Canonico spectant : eiusque pariter Praefectum Apostolicum honoribus decoramus astringimusque officiis et oneribus congruis. Harum autem Litterarum decreta volumus ut per eum ad effectum deducantur qui vel in praesens Togoensi territorio Delegatum Apostolicum agit vel aget tempore exsecutionis, facta potestate et alium virum delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate insignem. Qui vero rem perfecerit, onus habebit factae territorii divisionis documenta exarandi, eorumque fide digna ad S. Fidei Propagandae Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si

ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

A. Serafini, *Proton. Apost.*
C. Federici, *Proton. Apost.*

Loco ₰ Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. C II, n. 61.

IV

NICTHEROYENSIS ET **ALIARUM**
(NEO-IGUASSUENSIS - NEO-FRIBURGENSIS)

QUIBUSDAM E NICTHEROYENSI ALIISQUE DIOECESIBUS DETRACTIS TERRITORIIS, DIOECESES CONDUNTUR « NEO-IGUASSUENSIS » ET « NEO-FRIBURGENSIS », ATQUE NOVA PROVINCIA ECCLESIASTICA CONSTITUITUR, « NICTHEROYENSIS » APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem verbis Pauli Apostoli Ecclesia est « columna et firmamentum veritatis » (*I Tim.* 3,14), omnibus modis curandum Nobis est ut apte eius munera disponantur in terris, novis conditis dioecesibus, vel aliter finibus demensis, quo propius supernae veritatis fax hominibus praeferatur. Qua de re libenti sane animo sententiam accepimus quam venerabilis Frater Armandus Lombardi, Apostolicus in Foederatis Brasiliae Civitatibus Nuntius, post auditos locorum Ordinarios quibus interesset, dedit, cui bene fieri visum est si in amplissimo Brasilianae Reipublicae territorio, certis ex aliquibus dioecesibus detractis territoriis, novae dioeceses conderentur, atque nova ecclesiastica provincia constitueretur. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.

Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, consensum eorum supplentes qui in hoc negotio aliquod ius habeant vel se putent habere, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab Ecclesia Nictheroyensi integrum territorium municipiorum separamus, quibus nomen Bom Jardim, Cachoeiras de Macacu, Cantagalo, Duas Barras, Itaocara, Nova Friburgo, itemque illam partem municipii Cordeiro quae ad dioecesim Nictheroyensem pertinet ; ab Ecclesia Camposina integrum territorium municipiorum, quibus nomen Casimiro de Abreu, Conceiçâo de Macabu, Macaé, Santa Maria Madalena, Säo Sebastiâo do Alto, Trajano de Moráis, itemque alteram partem municipii Cordeiro quae ad dioecesim Camposinam pertinet ; ab Ecclesia Valentina in Brasilia integrum territorium municipiorum Carmo et Sumidouro. Quibus terris novam condimus dioecesim *Neo-Friburgensem* appellandam, iisdemque terminandam finibus atque territoria simul sumpta quae recensuimus, ut ad praesens per civilem legem uniuntur. Novae Sedis caput Episcopique domicilium in urbe Nova-Friburgo collocabitur ; cathedram autem suae potestatis Praesul in templo adhuc curiali S. Ioannis Baptistae figet, quod scilicet ad gradum et dignitatem templi cathedralis evehimus. Item ab Ecclesia Barrensi de Pirahy integrum territorium municipiorum separamus quae vulgari sermone sic cognominantur : Nova Iguacú, Nilópolis, Itaguaí, Mangaratiba atque civilem districtum Tairetá et regionem cui nomen Sertâo, ad municipium Vassouras pertinentia; ab Ecclesia Petropolitana integrum territorium curiarum a Nostra Domina Gratiarum, a S. Ioanne Baptista et a S. Matthaeo in urbe S. Joäo de Meriti exstantium. Quibus terris novam dioecesim condimus, *Neo-Iguassuensem* appellandam, atque iisdem terminandam finibus atque territoria quae diximus simul sumpta, ut ad praesens per legem civilem uniuntur. Novae Sedis caput Episcopique domicilium in urbe Nova-Iguaçu erit; cathedram autem episcopalis potestatis sacrorum Antistes in templo, adhuc curiali, S. Antonii Patavini, quod vulgo dicitur Matriz de Santo Antonio de Jacutinga, figet, quod ad gradum cathedralis templi attollimus. Statuimus insuper ut recens condita dioecesis eiusque Praesul metropoli S. Sebastiani Fluminis Januarii et eius Archiepiscopo tamquam suffraganei subiciantur. Sacros earundem dioecesium Antistites iisdem honoribus decoramus, officiis adstringimus, quibus ceteri per terrarum orbem Episcopi ornantur atque onerantur. Volumus autem ut iidem Canonicorum collegium constituant; sin autem possint, sinimus ut ad tempus Consultores dioecesanos deligant, qui consilio et opera iuvent. Hi vero a suo munere cessabunt Canonicorum coetu

condito. Item utriusque dioecesis Praesulibus onus facimus, gravi obligatione implendum, Seminarii saltem elementarii quam primum aedificandi, pueris bonae spei excipiendis, ex quibus optimi quique Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Piano Brasiliano philosophiae et sacrae theologiae operam dent. Mensam episcopalem efficient : Curiae fructus, fidelium collationes, dos a rei publicae Moderatoribus danda, bonorum pars quae novae circumscriptioni obveniet ad normam canonis 1500 C. I. G. Quod autem ad regimen et administrationem attinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi, ea omnia serventur quae Codex Iuris Canonici statuit. Ad clerum vero quod attinet, iubemus ut sacerdotes, his Litteris ad effectum deductis, ei Ecclesiae censeantur ascripti in qua beneficium vel officium habeant ; ceteri clerici ei, in qua legitime degant. Documenta postremo et acta quae ad recens conditas dioeceses quoquo modo respiciant, ad earum Curiam episcopalem cito mittantur, in tabulario religiose servanda. Ex dioecesibus insuper Camposina, Petropolitana, Nictheroyensi, quas a metropolitico iure Archiepiscopi pro tempore S. Sebastiani Fluminis Ianuarii per has Litteras solvimus, itemque ex nova Neo-Friburgensi dioecesi, novam condimus Provinciam ecclesiasticam *Nictheroyensem* appellandam, iisdemque terminandam finibus ac dioeceses e quibus fit. Nictheroyensem igitur Sedem ad gradum et dignitatem metropolitanae archiepiscopalis Ecclesiae attollimus, omnibus datis iuribus et honoribus quae eiusmodi Ecclesiis iure communi debentur, oneribus et obligationibus impositis ; cui, ut suffraganeas, dioeceses quas diximus subdimus, nempe Camposinam, Petropolitanam, Neo-Friburgensem, quarum Episcopos Nictheroyensi Metropolitae obnoxios volumus. Venerabilem autem Fratrem Antistitem Nictheroyensem eiusque successores gradu et insignibus Archiepiscopi Metropolitae instruimus, cum iuribus et privilegiis, officiis et obligationibus propriis. Item Canonicorum Collegium Ecclesiae Nictheroyensis ad gradum et dignitatem evehimus Collegii metropolitam, cum iuribus et privilegiis debitis. Ceterum haec Nostra decreta venerabilis Frater Armandus Lombardi exsequi curabit, vel quem ille delegaverit, dummodo ecclesiastica dignitate ornatum, factis ad id necessariis facultatibus. Cum vero negotium egerit, documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si eo tempore alius eidem Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose

serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

Cfr MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CUI, n. 35.

V

CULMENSIS

TEMPLUM SSMAE TRINITATIS IN URBE CULMSA COLLEGIATUM EFFICITUR

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum venerabilis Frater Casimirus Iosephus Kowalski, Episcopus Culmensis, ab hac Apostolica Sede petierit ut curiale templum, olim cathedrale, in urbe Culmsa exstans, SS. Trinitati sacrum, quod flammis adustum mirifice christifidelium sacerdotumque pietas nuper restituit,

ad dignitatem templi Oollegiati eveheretur; cumque S. Congregatio Consistorialis, factis a Nobis facultatibus, post auditum dilectum Filium Nostrum Stephanum S. R. E. Cardinalem Wyszynski, Archiepiscopum Gnesnensem et Varsaviensem, cui Culmensis Episcopus subicitur suffraganeus, adhibitas preces accipiendas esse censuerit, Nos haec omnia rata habentes, de Nostra apostolica auctoritate ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. Templum quod diximus ad dignitatem et honorem Collegiati templi evehimus, datis iuribus et privilegiis quibus sacrae eiusmodi ordinis aedes condecorantur, legibus tamen et condicionibus quae sequuntur. In novo Collegiata templo Canonicorum Collegium condatur, quod quattuor Canonicis constabit, unaque dignitate, Praeposito nempe, qui erit Curio pro tempore templi SS. Trinitatis. Ad sacra communiter facienda, Canonicorum propria, quod attinet, iubemus ut diebus dominicis fiant ceterisque de praecepto celebrandis, item in festo S. Valentini Martyris. Ad insignia autem et habitum choralem quod attinet, tum Canonicorum tum Praepositi, decernimus ut supra habitum « pianum », qui dicitur, rochetum gestent et mantelletum nigri coloris, addito signo vulgo ((Distinctorium Canonicale ». Praeposito insuper mitram simplicem deferre permittimus. Quae insignia tamen in sacris tantum caerimoniis, quibus omnes Canonici intersint, gestare licebit. Dignitatem, quam diximus, primus obtinebit qui ad praesens eiusdem templi curionem agit, scil. dilectus filius Sigefridus Kowalski ; postea vero eius assignatio ad normam iuris penes Nos erit et Apostolicam Sedem. Canonicorum vero electio iure communi temperetur, ad quorum numerum ascribi permittimus etiam eos sacerdotes qui iam alio beneficio fruantur, etiam cum animorum curatione coniuncto. Regimen curiale, cetera quae ad animorum curationem pertinent, Curioni commissa erunt. De Collegii dote denique eiusque administratione et distributione inter Canonicos, id ratum habemus quod Constitutiones, ab eodem Collegio describendae et a sacro Praesule Culmensi approbandae, statuent. Ceterum ea quae mandavimus exsequenda curabit dilectus Filius Noster Stephanus S. R. E. Cardinalis Wyszynski, quem diximus, factis ad id potestatibus, quas cuilibet delegare poterit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero peracta, idem documenta exarari studebit, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt,

cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive-typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

Cfr MARCELLUS Card. MIMMI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco)$i Plumbi

In Ap. Cane, tal)., vol. CHI, n. 28.

VI

MULTANENSIS
(LYALLPURENSIS)

É DIOECESI MULTANENSI QUIBUSDAM DETRACTIS TERRITORIIS, NOVA DIOECESIS CONDITUR, ((LYALLPURENSIS)) APPELLANDA.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Caelestis civitas Ecclesia, quae veluti hospes et advena in terris degens ad patriam tendit, aeterna bona se inde sperans hausturam unde pignora iam accepit, Christi voluntate externis indiget adiumentis, quibus mysticum Christi corpus « compactum et conexum per omnem

iuncturam subministrationis » (*Eph.* 4,16) crescat atque solidetur. Hanc ob rem, cum S. Congregatio Fidei Propagandae, audito dilecto Filio Emmanuele Clarizio, Apostolico in Pachistana Republica Inter nuntio, nonnihil boni ibidem terrarum esse futurum censuerit, si nova dioecesis condatur, eiusmodi sententiam accipientes et ratam habentes, de Nostra summa potestate ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. A dioecesi Multanensi, Karachiensi metropoli suffraganea, integrum territorium districtuum separamus qui vulgari sermone cognominantur Lyalipur, Montgomery et Jhang, ex iisque novam dioecesim constituimus *Lyallpurensem* appellandam, iisdem terminandam finibus atque territoria quae recensuimus. Novae Sedis caput Episcopique domicilium in urbe Lyalipur erit; cathedra autem episcopalis potestatis erit in templo quod mox erigetur SS. Apostolis Petro et Paulo sacrum, quod scilicet ad gradum et dignitatem templi cathedralis evehimus, cum debitis iuribus. Statuimus insuper ut nova dioecesis eiusque sacer Antistes metropoli Karachiensi eiusque Archiepiscopo, tamquam suffraganei subiciantur. Canonicorum Collegium in nova dioecesi condatur. Quod si fieri ad praesens nequeat, consultores dioecesanos ad normam iuris renuntiari permittimus, qui tamen a suo munere cessabunt canonicis constitutis. Item Seminarium saltem elementarium struatur, alumnis in sortem Domini vocandis, ad normam iuris communis atque peculiarium S. Congregationis de Propaganda Fide legum. Quod autem attinet ad mensam episcopalem, quam vocant, ceterorumque bonorum administrationem, item ad regimen dioecesis, electionem Vicarii Capitularis sede vacante, iura cleri et populi, alia eiusmodi, iuris canonici leges serventur. Documenta postremo et acta quae ad dioecesim Lyallpurensem quoquo modo respiciant, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, in tabulario religiose servanda. Ceterum haec Nostra decreta dilectus Filius Emmanuel Clarizio, quem diximus, exsequi curabit vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Cum vero negotium egerit, documenta exarari iubebit eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si eo tempore alius eidem Apostolicae Internuntiaturae in Pakistana Republica praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos edi-

ximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £fi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CUI, n. 30.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA VIRGO, NOMINE ((IMMACULATAE CONCEPTIONIS)) APPELLATA, PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA TOTIUS ARCHIDIOECESIS PLATENSIS ELIGITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Salutare sidus in huius saeculi exaspérate fluctibus mari hominibus lucet, quod si respiciunt, rectum tenent iter, quod si sequuntur, tutissimum portum contingunt. Quae amica stella per translationem Beatissima Virgo Maria merito dicitur, quam Deus iis dedit opiferam Matrem, qui in hac vita peregrinantur. In hanc pientissimam Parentem Christifideles archidioecesis Platensis laudata feruntur pietate, hanc, quae primae labis Dei beneficio expers est, excolunt ac deprecantur. Quo religionis studio factum est, ut eadem augusta Virgo, nomine Immaculatae Conceptionis invocata, caelestis

Patrona archidioecesis, quae dicta est, eligeretur. Cum igitur Venerabilis Frater Antonius Iosephus Plaza, Platensis Praesul, Nos enixe rogasset, ut huiusmodi electionem ratam haberemus, Nos, quibus nihil antiquius est quam eiusdem Deiparae cultum incrementis augere et propagare, his precibus libenti animo statuimus obsecundare. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine Immaculatae Conceptionis appellatam, praecipuam apud Deum *Patronam* totius archidioecesis Platensis confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iunii anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.

D. Card. TARDINI
a jmblicis Ecclesiae negotiis

II

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR ECCLESIA CATHEDRALIS AYACUQUENSIS.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Meritis laudibus fertur princeps templum Ayacuquense, saeculo xvn conditum Almaeque Deiparae ad Nives dicatum, ubi religionis ritus congruenti celebrarentur splendore undeque velut e capite superna bona in christianam plebem manarent. Probatur structurae genus, quod « barocum » audit, ipsaque molis amplitudo movet admirationem. Praeterea, signis affabre factis, picturis colorum venustate insignibus, pretiosis metallis sacraque supellectile artificiosa haec aula Dei non paulum decoratur. Quo autem maior

eidem, Nostro benefìcio, accrescerei honor, qui simul esset ad pietatis studium efficax invitamentum, Venerabilis Frater Othoniel Alcedo, Ayacuquensis Episcopus, Nos rogavit, ut augustum hoc templum maximum Basilicis Minoribus accenseremus. Nos autem persuasum habentes expetitae benevolentiae Nostrae signum collaturum esse ad christianae pietatis incrementa, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Ayacuquensem, in finibus Reipublicae Peruvianae, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrarius quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

BASILICAE MINORIS TITULO EXORNATUR CATHEDRALIS ECCLESIA VALENTINA IN VENEZUELA.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Urbi Valentiae in Venetiolae finibus» non modicum perhibetur decus accrescere principe templo, Opiferae Matri caelesti dicato, quippe quod antiquitate sit religiosum, cum fuerit anno fere MDLXXX excitatum, molis amplitudine surgat insigne, structurae commendetur ratione, cultu renideat vario, picturis illustretur egregiis. Ad hanc vero maiestatem venustatemque spiritualis accedit pulchritudo, cum templum sit sedes quaedam praecipua pietatis Marialis. Ibi enim singulari colitur studio imago Beatae Mariae Virginis de

Succursu, quae anno MCMX, auctoritate Sancti Pii PP. X, Decessoris Nostri, aureo diademate est redimita. Unde, irradiantis luminis instar, religio in totam Valentinam dioecesim propagatur atque dimanat. Quibus permotus, Venerabilis Frater Gregorius Adam, Valentinus in Venezuela Episcopus, nomine quoque Cleri, Piarum Sodalitatum cunctique populi suis curis commissi, Nos rogavit, ut maximam banc ecclesiam Basilicae Minoris honore augeremus. Quibus precibus libenti animo concedentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Valentinam in Venezuela, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis de Succursu consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem titulo decoratis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Februarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

SANCTUS IOSEPH, SPONSUS B. MARIAE V., PRAECIPUUS PATRONUS CAELESTIS DIOECESIS CUCUTENSIS CONFIRMATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatum Ioseph, qui Divinum Infantem eiusque Matrem Virginem Mariam vigili tutatus est cura, Christifideles non immerito praesidium habent in hac mortali vita, tot obnoxia difficultatibus atque aerumnis. Opportuno igitur ductus consilio, Venerabilis Frater Paulus Correa León, Cucutensis Episcopus, votis quoque obsecundans sacri cleri et plebis Dei, eundem Deiparae Sponsum suae dioecesis, ante aliquot annos constitutae, elegit caele-

stem Patronum; qui preces Nobis adhibuit, ut id Apostolica Nostra auctoritate ratum haberemus. Nos autem, qui piissimum hunc Sacrae Familiae Custodem percolere gestimus, supplicationibus huiusmodi libenti animo censuimus esse annuendum. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ioseph, Sponsum Beatae Mariae Virginis, Confessorem, totius Cucutensis dioecesis praecipuum apud Deum caelestem *Patronum* confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

ECCLESIA PAROECIALIS S. DOMINICI IN URBE ARRETIO BASILICAE MINORIS TITULO INSIGNITUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclarissimum opus cognoscitur templum Sancti Dominici, quo urbs Arretium non paulum ornatur, siquidem et religionis sedes est eximia et monumentum arte imprimis conspicuum. Quod saeculo XII inito constructum est ea ratione architectandi, quae Romanica-Gothica appellatur et qua austeritas quaedam et maiestas praeclare inter se coniunguntur. Sculptae vero imagines ac picturae, quas inter simulacrum Iesu Domini cruci affixi est commemorandum, quod nobilis artifex, cui nomen « Cimabue », coloribus expressit, decus eidem addunt non modicum. Praeterea huic ecclesiae, molis amplitudine commendatae, continuatur coenobium sodalium Do-

minicianorum, structurae genere insigne, ubi Beatus Innocentius PP. V, Decessor Noster, electus esse traditur Summus Ecclesiae Pastor. Religiosa autem familia, quam supra diximus, eo curas intendit, ut sacri ritus in templo, qua par est, cum diligentia peragantur et pueri ad Christi capessendam militiam vitamque Deo in Ordine illo devotam ineundam componantur. Cum igitur haec Sancti Dominici ecclesia, quae paroeciae quoque sedes est, meritis decoretur laudibus, preces ad Nos admotae sunt, ut eadem Nostro beneficio Basilicae Minoris nomine ac iure augeretur. Quae vota, Venerabilis Fratris Telesphori Ioannis Cioli, Episcopi titulo Liviensis et Coadiutoris Arretini Episcopi, commendatione suffulta, libenti animo implere statuimus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Deo in honorem Sancti Dominici Arretii consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine honestatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Aprilis, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS ECCLESIA CATHEDRALIS NATIVITATI BEATAE MARIAE VIRGINIS DICATA, IN URBE AC DIOECESI SANDOMIRIENSI EX STANTE, COHONESTATUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Catholica Polonia artificiosis vetustisque monumentis suam erga Romanam Ecclesiam fidelitatem per saecula ostendit. Qua ex parte profecto eminet collegialis Ecclesia in antiqua claraque urbe Sandomiriensi exstans, Beatae Mariae Virginis

Nativitati dicata atque, locò vetustioris sacrae Aedis saeculo xn aedificatae ac postea dirutae, a Casimiro Magno, Poloniae Rege, stilo gothico, anno MCCCLX, constructa. Canonicorum Collegii domus, iuxta Templum illud saeculo xn condita, virorum sanctitate ac doctrinarum studiis illustrium domicilium fuit, quos inter memoria digni B. Vincentius Kadlubek, postea Episcopus Cracoviensis nec non rerum gestarum polonarum scriptor; B. Ceslaus, e canonicorum coetu ad Praedicatorum Ordinem postea translatus atque impiger sacer contionator. His vero nostris etiam temporibus fidelium movet admirationem ipsa Ecclesia ob amplitudinem atque artificiosa opera, cum udo illita tum sculpta, quibus, iam inde a saeculo xv, parietes et altaria sunt affabre ornata. In eadem insuper Ecclesia, Beatae Mariae Virgini in urbe Sandomiria una dicata nec non ad dignitatem Cathedralis Ecclesiae, anno MDCCCXVin, evecta, Apostolicus in Polonia tunc Nuntius Achilles Ratti, postea Summus Pontifex, fel. rec, Pius PP. XI, Decessor Noster, centum post annos pie litavit. Quibus omnibus perpensis, Venerabilis Frater Ioannes Cantius Lorek, Sandomiriensis Episcopus, sextum revolutum saeculum ab ipsa condita Ecclesia posterorum memoriae tradere cupiens, Nos enixe rogavit ut praefatam Ecclesiam Basilicae Minoris titulo ac dignitate augere benigne dignaremur. Nos autem, ne tantum Optimatum, Episcoporum, cleri fideliumque opus in honorem Deiparae Virginis Apostolicae careat benevolentiae testimonio, huiusmodi precibus obsecundandum libenti censemus animo. Quare, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem urbis ac dioecesis Sandomiriensis in Polonia, Deo in honorem Nativitatis Beatae Mariae Virginis dicatam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI

a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. IOANNEM CAROLUM MCQUAID, ARCHIEPISCOPUM DUBLINENSEM, PRIMO EXPLETO SAECULO, EX QUO SEMINARIUM PRINCEPS DUBLINENSIS ARCHIDIOECESIS CONDITUM EST.

IOANNES PP. XXIII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sollemnia proxime in tuae dicionis sede agitari, expletum saeculum celebrandi causa, ex quo Dublinensis archidioecesis Seminarium princeps conditum est, et iustum esse et opportunum omnino putamus. Nam si quodvis Seminarium, fine et momento aestimatis, magnum quiddam et pene venerabile Apostolica haec Sedes semper duxit, tum istud, cui a Cruce sancta nomen ascitum, sive origine sive rerum gestarum memoria multis praestare aequum est profiteri. Seminarium ad annum millesimum octingentesimum sexagesimum constituit vir ille clarissimus et illustri laude conspicuus Paulus Cullenius, Dublinensis Archiepiscopus, olim Hibernici Collegii et Urbaniani de Propaganda Fide Bomae moderator, qui ob amplissima non modo officia, sed merita erga Petri Cathedram Ecclesiamque ipsam universam a Decessore Nostro f. r. Pio IX in Purpuratorum Patrum numerum cooptatus est. Qui Collegium, sacrorum alumnis philosophiae et theologiae operam navaturis paratum, quasi accessionem Catholicae Studiorum Universitati, a se, sex annis ante, toti Hiberniae perutili consilio exstructae esse censuit. Sed, qua animi erat excelsitate, Cullenius, magis quam de concretis aedificii fundamentis, de sensu potius deque spiritu laboravit, quibus sacerdotii tirones, in ea domo recepti, imbuerentur, id congruentissime cavens, ut iidem insigniter pietatem excolerent, ut disciplinis omne genus, praesertim sacris, multam darent operam, ut Christi in terris Vicarii nutus omnes observarent.

Nihil igitur mirum si Seminarium a tali viro conditum talibusque erectum auspiciis, non tantum firmitatem ilico accepit, sed continuis etiam progressionibus simul alumnorum numero, simul mirificorum, qui inde percepti sunt, fructuum ubertate floruit. Ex isto enim Seminario in patentem Dublinensis archidioecesis campum, per horum annorum spatium, sine ulla temporis intermissione, magna processit virorum manus, quorum sollers providensque actionis industria illuc recidit, ut

ipsis concreditae christianorum multitudines aeque religionis observatione et morum integritate niterent. Quod veluti necessario factum esse opinamur, quippe cum illi Dei administri ea vitae sacerdotalis quasi supellectile instructi essent, virtute dicimus, sapientia, eruditione, cuius exitus neutiquam ad spem respondere non posset.

In qua sacrorum alumnorum institutione coepta duo peculiari modo laudare placet, praepositorum alacritate inducta, quorum momenti pondus nemo est qui non videat : et omnes scilicet adulescentes, inito philosophicorum studiorum curriculo, piis animi exercitationibus more Ignatiano triginta dies vacare ; et sacerdotio initiatos, moderatoribus et magistris ducibus, in Seminarii templo sacris publice fungi muneribus, tirocinii ponendi gratia. Sed in hac, licet inchoata tantum, Seminarii vestri memoria, duorum virorum recordationem desiderari nolumus, qui propter egregias virtutes, omnium gentium litteris commendantur : id est Columbae Marmionis Abbatis et Matthaei Talbotii ; quorum alter in Collegio sacras disciplinas prius didicit, postea docuit; alter vero, eiusdem Seminarii professore quodam suadente, a vitiis emersus, ad eximiam vitae sanctimoniam contendit.

Quapropter haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII sibi specialiter concessarum, statuit ut dioecesis « Benensis in Congo Belgico » deinceps dioecesis « Benensis » nuncuparetur.

In cuius rei memoriam eadem Sacra Congregatio praesens Decretum expediri iussit.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 7 mensis Iulii a. D. 1960.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*

L. j£ S.

Adam Pucci, *Ad. a st.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

MARIANOPOLITANA

CANONIZATIONIS BEATAE MARGARITAE BOURGEOYS, VIRGINIS, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM DOMINAE NOSTRAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Universam Canadensium Civitatem magno gaudio affecit Venerabilis Dei Famulae Margaritae Bourgeoys, Virginis, fundatricis Congregationis Sororum Dominae Nostrae, solemnis in Basilica Vaticana glorificatio, die 12 Decembris anno Iubilari 1950 peracta.

Novensilis enim Beata, licet in Gallia nata, apud Canadenses diu vixit, maximam navavit operam puellis erudiendis et christiana reli-

gipne instituendis. Marianopoli demum ad Superos feliciter evolavit die 12 Ianuarii anno 1706.

Exinde eam erga fidelium pietas ac religio ita in dies crevit, ut immensa Dei bonitas, eadem Beata opitulante, innumeras gratias caelestesque favores largiri benigne dignata sit, quos inter quidam veri miraculi notas praeseferre videntur, quae ad canonizationis honores viam feliciter explanare poterunt.

Quapropter R. P. D. Iosephus Géraud, Antistes Urbanus, Societatis Sancti Sulpitii Procurator generalis eiusdemque Causae postulator legitime constitutus, Emi ac Revmi Domini Pauli Aemilii Cardinalis Léger, Archiepiscopi Marianopolitani, ceterorumque Canadensis Ditionis Archiepiscoporum et Episcoporum postulatorias Litteras depromens, Sanctissimum Dominum nostrum Ioannem Papam XXIII enixe est adprecatus, ut Canonizationis Causa Beatae Margaritae Bourgeoys, Virginis, resumi valeat.

Hinc Emus ac Revmus Dominus Carolus Cardinalis Confalonieri, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis S. Rituum Congregationis Comitiis, die 15 Martii 1960 in Vaticano habitis, dubium discutiendum proposuit : An signanda sit Commissio reassumptionis Causae eiusdem Beatae, in casu et ad effectum de quo agitur. Emi ac Revmi vero Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, auditis quoque Praelatorum Officialium, praesertim Revmi P Ferdinandi Antonelli, Fidei Promotoris Generalis, suffragiis, re mature perpensa, respondendum censuere : *Signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Beatae Margaritae Bourgeoys, Virginis, si Sanctissimo placuerit.*

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII, per Revmum P. Ferdinandum Antonelli, Fidei Promotorem Generalem, relatis, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum sententiam ratam habens, propria manu *Commissionem reassumptionis Causae Beatae Margaritae Bourgeoys, Virginis,* signare benigne dignata est.

Die 16 Martii 1960.

✠ C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

II

PATAVINA SEU CRACOVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI MAXIMILIANI MARIAE KOLBE, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis » *(Io.* 15,13). Mirabilem hanc caritatem, eamque eo usque perductam ut animas nostras pro fratribus ponere non dubitemus, quam Christus Dominus et dictis et factis sapienter docuit, iamque in caelum aditurus discipulis suis in hereditatem reliquit, immo veri christiani signum ac notam peculiarem constituit, a permultis Christi sectatoribus perfectissimo modo excultam esse Ecclesiae monumenta disertissime testantur. Idque non modo antiquis illis temporibus cum fides apud christianos vividior atque efficacior fuisse creditur, sed nostra hac etiam aetate, cum, propter corruptos hominum mores falsasque doctrinas passim vulgatas, et fides et caritas refriguisse videri possunt.

Huius fraternae caritatis admirandum in modum nobis exemplum praebet Dei Famulus Maximilianus Maria Kolbe, sacerdos professus Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, qui, die 7 Ianuarii anno 1894 in oppido v. d. Zunska-Wola, Lodzensis dioeceseos intra fines, in Polonia natus, Christi monitum de vitae iactura pro fratribus facienda ad litteram servavit.

Iuvenili aetate religiosam vitam amplexus, primum in Collegio Seraphico apud Leopolim studiis vacavit. Novitiatum ingressus, die 5 Septembris anno 1911 vota canonica nuncupavit, ac post annum in Urbem missus, sacrum litterarum studium cum pietate coniungens, duplicem lauream in philosophia et sacra theologia assecutus est, omniumque virtutum, quas deinceps exculturus erat, solida fundamenta iecit. Die 28 Aprilis a. 1918 sacerdos ordinatus est. Iuvat heic in primis flagrantissimam eius ac plane singularem pietatem erga Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam commemorare. Huius honori cultuique augendo totam suam vitam consecravit : cum aliquot sociis enim, adhuc subdia-

conus, anno 1917 in Collegio Internationali sui Ordinis Romae, moderatoribus assentientibus, Militiam Mariae Immaculatae instituit, quam uti Piam Unionem Ecclesia deinceps probavit.

Studiorum curriculo expleto, anno 1919 patriam repetens, in Collegio Cracoviensi sacram theologiam per aliquod tempus docuit, infirma semper valetudine laborans. Brevi post ad pastorale ministerium totum impigre se dedit, ac Militiam Mariae Immaculatae late diffundere sategit. Anno 1927, obtento moderatorum sui Ordinis consensu, prope Varsaviam parvam civitatem fundavit, quam Mepokalonow, « Civitatem Immaculatae » vocavit, in qua sacerdotes et fratres laici, aliique peculiari vocatione praediti, in apostolatu adlaborabant artem typographicam praesertim exercendo, ope ephemeridis cui titulus « Miles Immaculatae » ac diurnorum commentariorum catholicorum, qui late inter catholicos Poloniae diffusi erant, ac religionem et pietatem erga Beatissimam Virginem Immaculatam augebant. Anno 1930 in Iaponiam missus, devotionem Marianam illas inter gentes propagavit, et multos ad catholicam fidem convertit. Post sex annos in patriam reversus, ad suam « Civitatem Immaculatae » in Poloniam rediit, ibique usque ad annum 1939 commoratus est. Mense Septembri eiusdem anni, altero teterrimo universali bello exorto, Polonia ab hostibus occupata, ipse cum aliis multis captus, deinde in infami publicae custodiae campo, loci v. Oswiecim, detentus est. Ubi, cum catholicam fidem constantissime coram impiis tortoribus confessus esset, incredibile dictu est quot quamque horribiles corporis et animae contumelias, opprobria, vexationes, tormenta ob eam causam passus sit. Quibus tamen nec territus neque deiectus, captivitatis sociis animum addere, verbum Dei praedicare, eos a peccatis absolvere, etiam proprium cibum eis praebere perrexit. Tandem, cum unus ex captivis qui uxorem liberosque domi reliquerat^ mortis sententiam accepisset, coram impio campi praefecto se sistens, pro illo calamitoso homine semetipsum morti obtulit; se enim esse aegrotum dicebat et inutilem, illum vero uxorem et liberos habere, qui eius opera et labore indigerent. Hinc ipse cum aliis novem captivis in tenebricosum carcerem subterraneum inedia interimendus detruditur, ubi sacerdotale ministerium ad mortem usque continuavit socios adhortans, Rosarium marianum clara voce recitare et cantus ad Virginem Mariam pandere. Tandem, post circiter tres hebdomadas, in vigilia Assumptionis Deiparae Virginis, anno 1941, cum ceteri unus post alium demortui iam essent, soli supererant quatuor, quos inter Maximilianus, qui, novissimus omnium, aeido fenico in venas brachii sinistri iniecto, placidissime

in Domino quievit. Omnium corpora in crematorio in cineres redacta fuere.

Sanctitudinis fama, qua adhuc in vita fruebatur, vulgata eius heroica morte, magnum incrementum cepit, et propter gratias extraordinarias, eius intercessione obtentas, magis in dies lateque diffusa est et aucta. De ea ordinariae inquisitiones canonicae, ob peculiares rerum condiciones locorum et personarum, in ecclesiastica Curia Patavina annis 1948-52 peractae sunt, Varsaviae vero et Nagasaki rogatoriales annis 1948-51, ac Romam ad Sacrorum Rituum Congregationem transmissae.

Servatis vero omnibus de iure servandis, die 12 Maii anno 1955 decretum prodiit super scriptis perpensis ac perquisitis eidem Dei Famulo tributis, ut ad ulterius procedendum via explanaretur. Interim quamplurium Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Moderatorumque Ordinum Religiosorum ex universo fere orbe ad Apostolicam Sedem postulatoriae litterae pervenire Causae Servi Dei Maximiliani Kolbe introductionem exposcentes.

Quare, instante Revmo P. Antonio Maria Ricciardi, sollertissimo Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Postulatore Generali, infrascriptus Cardinalis Caietanus Cicognani, Episcopus Tusculanus, S. Rituum Congregationis Praefectus, Causae ponens seu Relator, in Ordinario S. Rituum Congregationis Coetu die 15 Martii anno 1960 in aedibus Vaticanis habito, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Camsae praefati Servi Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, Praelatorum Officialium votis, praesertim Revmi P. Ferdinandi Antonelli, Fidei Promotoris Generalis, inspectis, omnibus diligenti studio perpensis, rescribendum censuere : *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de iis omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII per ipsum Fidei Promotorem Generalem relatione, Sanctitas Sua, Purpuratorum Patrum sententiam ratam habens, propria manu *Commissionem introductionis Causae Servi Dei Maximiliani Mariae Kolbe* signare benigne dignata est.

Die 16 Martii anno 1960.

£8 C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. & S.

Henricus Dante, *a Secretis*

III
TARVISINA

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE BERTILLAE BOSCARDIN, VIRGINIS, INSTITUTI SORORUM MAGISTRARUM A S. DOROTHEA FILIARUM SACRORUM CORDIUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatarum Virginum honoribus die 8 mensis Iunii anno 1952 Venerabili Servae Dei Mariae Bertillae Boscardin, Instituti Sororum Magistrarum a S. Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium, in Patriarchali Basilica Vaticana sollemniter decretis, christifideles magis magisque in dies eamdem tamquam sanctitatis heroidem colere atque invocare perrexerunt, suprema Sanctorum corona eam exoptantes redimitam. Inde novis ipsa coruscare prodigiis coepit. Quamobrem die 9 Martii anno 1953 Causa canonizationis resumpta est. Cum autem in Sanctorum Caelitum honoribus decernendis divinum miraculorum sigillum rite agnoscatur oporteat, binas sanationes Causae actores selegerunt sacroque huic foro, ut tantae mulieri supremi canonizationis compararentur honores, proposuerunt.

Porro, duae mirae, quae precibus et meritis Beatae Mariae Bertillae a Deo dicuntur sanationes patratae et de quibus Apostolicae inquisitiones habitae sunt, hic breviter referuntur et hoc Decreto promulgantur.

Prima quidem accidit dominae Veronicae Frigo, uxori Iacobi Zori, in pago quem vulgo appellant *Gesuna,* intra Patavinae dioeceseos fines, degenti. Quae mulier quadraginta et unum annos nata, cum suum octavum edidit natum, immediate marrullas persensit infirmas gravi cum dolore elataque febri. Inutilia cum evasissent a medico praescripta medicamina, quarundam amicarum suasu voluit catharticum sumere. At loco salium a Monte Catilinae, ex errore, die 23 Aprilis a. 1952 acidum hausit oxalicum, quo eius maritus, f aber lignarius, in sua arte utebatur, et quidem ea quantitate quae mortem omnino secum f erit. Protinus veneni effectus experta est, licet vomitionem ciere conata sit. A cura medicus eam in nosocomium urbis *Asiago* transferendam curavit. Bini medici

infaustam omnino prognosim ediderant. Insequenti tantum mane causam veneficii cognoscere valuerunt, at nimis sero ad stomachi lavationem peragendam. Aegrotae condiciones in horas graviores fiebant, ita ut medici imminentem eius mortem portèndérint.

Iamvero a primo in nosocomium ingressu infirma eiusque maritus necnon Sorores nosocomii preces ad implorandam intercessionem Beatae Mariae Bertillae fundere coeperunt. Die insequenti omnes nosocomii infirmi ad eundem effectum ad sacram Synaxim accesserunt. Noven dialibus precibus expletis, aegrota extra omne periculum versabatur, et die 9 mensis Maii domum redire potuit. Haec sanatio praeter naturae leges evenisse una eademque sententia omnes medentes necnon periti ex officio et medicum Collegium Sacrae Rituum Congregationis professi sunt.

Altera mira sanatione fruita est Caesira Fasolato, agricolarum filia, quae domicilium habebat apud *Massanz&go,* intra fines Tarvisinae dioeceseos. Ipsa morbigenum statum trium annorum exhibuit. Cum vicesinum primum aetatis ageret annum passa est pleuriten, quam dicunt, siccam laeva parte, quo morbo circiter mensem laboravit. Anno 1950, undetriginta annos nata, advertere coepit in pectoris parte laeva, ante et retro, dolorem. Medicus eam curavit dixitque agi de gianduia in pillinone excreta, qui morbus ad mensem usque Augusti anni 1951 permansit. At protinus mulier laborare coepit ex intestinis. Medens, radiologico examine peracto, specificum morbum agnovit curasque idoneas prae scripsit. Mense Augusto eiusdem anni rite statuta est a medente et chirurgo pelviperitonites tubercularis ; quae, alternis vicibus in peius inclinantibus, ita ut mense Ianuario a. 1953 etiam vertebrarum columna infirmata sit, ad diem usque 4 Martii 1953 perduravit. Aegrota, quae humanis remediis, incassum adhibitis, non amplius fldebat, iisdem omnino intermissis, die 5 Februarii anni 1953 fidenter nostrae Beatae apud Deum patrocinium efflagitavit ut sanationem impetraret. At morbus usque ad vesperas diei 4 Martii eiusdem anni perstitit. Ea autem nocte tranquillo somno correpta est, atque die insequenti plene sanata expergefacta est, ita ut surrexerit et in ecclesiam se contulerit, cum esset prima illius mensis Feria sexta. Exinde semper bona valetudine gavisa est expletque omnia opera vel laboriosa agrorum. Hanc sanationem medentes, periti ex officio et medicum Collegium nostrum praeternaturalem con clamant.

<, Super utraque sanatione Apostolici conditi sunt processus, in Curia quidem ecclesiastica Patavina super priore, in Tarvisina vero Curia super altera, eorumque agnita fuit iuridica validitas per Decretum diei 15 Aprilis 1955. Postmodum Decretum aliud ad processiculum Apostolicum in Urbe instruendum super altero miro die 7 Iunii anni 1957 est prolatum.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, de iisdem sanationibus disceptatum est, primum in Praeparatoria Congregatione die 20 mensis Maii a. 1958, deinde in Nova Praeparatoria die 9 Iunii 1959, quibus denique Generalia Sacrae Rituum Congregationis successerunt Comitia die 17 mensis Maii anni huius coram Sanctissimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII, in quibus Revmus Cardinalis Caietanus Cicognani, Episcopus Tusculanus causaeque Relator, dubium proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Tunc omnes, qui interfuerunt, Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores propria ediderunt vota. Beatissimus vero Pater suam pandere mentem de more distulit, ut tam in gravi negotio tempus precationi esset ad supernum lumen implorandum.

Hoc autem faustissimo die, nempe 28 huius mensis Maii, eadem Sanctitas Sua, Sacris in Suo Sacello olentissime operatus, accitis ad Se Cardinali S. Rituum Congregationis Praefecto Causaeque ipsius Relatore, atque R. P. Ferdinando Antonelli, Fidei Promotore Generali, meque a Secretis, iisque adstantibus solemni decreto sanxit : *Constare de duobus miraculis, Beata Maria Bertilla Boscardin intercedente,* scilicet de primo : *lnstantaneae perfectaeque sanationis Dominae Veronicae Frigo a fortuito gravi veneficio ex assumpto acido oxálico,* et de altero : *lnstantaneae perfectaeque sanationis Dominulae Caesirae Fasolato a pelviperitonite tuberculari.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Rituum Congregationis Acta referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Maii a. D. 1960.

© C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. $ S.

Henricus Dante, *a Secretis*

IV

NULLIUS EINSIEDLEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI MEINRADI EUGSTER, FRATRIS CONVERSI ORDINIS S. BENEDICTI.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Inclitus Sancti Benedicti Ordo, qui veluti amoenissimum viridarium a remotissimis inde temporibus, hominum mutabiliumque aetatum nequitia haud obstante, innumeros ferme flores doctrina non modo, verum etiam sanctitate fragrantés, Ecclesiae comparavit, novum et pretiosum nunc exhibet fructum florentissimae arboris Helveticae, quae Abbatia Beatae Mariae Virginis de Einsiedeln audit. Vetustissima haec et insignis Abbatia *nullius*, « religionis observantia, pietatis nitore, animarum zelo, scientiarum, litterarum atque universim eximio bonarum artium cultu, per tot saeculorum decursum tamquam fulgens sidus resplenduit et in praesens adhuc feliciter splendescit » (Pius Papa XII, in *A. A. S.* 1948, p. 142). Arboris huius spiritualis fructus, de quo instituitur sermo, est Famulus Dei Meinradus Eugster.

Is ortum duxit in loco vulgo *Gätziberg*, qui oppido Helvético *Altstätten* nuncupato imminet, intra Sancti Galli dioeceseos fines, die quidem 23 Augusti anno 1848, ex Ioanne Udalrico Eugster, ludimagistro, et Anna Maria Rechsteiner, piis honestisque coniugibus, atque ipsa nativitatis die baptismali unda est ablutus eique nomina Iosephus et Gebhardus imposita fuere. Inter domesticos parietes, ubi summa concordia, intima pax, sinceraque affectio semper vigebant, tali religiosa et morali institutione gavisus est, ut suis coaetaneis virtutum exemplar facile evaserit. Angusta autem res domestica atque haud exiguus familiae numerus, nedum parentibus, sed filiis quoque onus grave simulque iucundum imposuit, horis ab officio religionis et scholae vacantibus, X>ueriles manus praestandi domesticis et agrestibus laboribus. Sacramento Confirmationis illitus die 13 Iulii mensis a. 1859, in fabrili quadam

officina per duos annos operam suam dedit; quod duri laboris sacrificium eo magis aestimandum, quo fortius Famulus Dei ad superiora sese attractum studia sentiret. Propriae huic animi inclinationi etiam renuntiavit, cum operam suam locavit piissimo mercatori, nomine Rist, celeberrimo per fundationem « Boni Pastoris » in loco *Altstätten,* ut fratres natu maiores studia prosequi possent. Tandem post biennium res familiares siverunt, ut ipse sartoris artem edisceret; et, tirocinio expleto, pro temporum more novellus opifex, ad maiorem peritiam in arte et pleniorem iudicii ingeniique calliditatem et celebritatem sibi comparandam, patriae vale dixit pluribusque in Austriae et Helvetiae locis suam artem exercuit, et, qua pollebat pietate, indole et dexteritate, hominum laudem et aestimationem sibi concilia vit.

Cum autem inde a pueritia ad religiosum statum se vocatum persentiret, Servus Dei celeberrimum monasterium Einsiedlense petiit et, ineunte anno 1872 tamquam adspirans, quem dicunt, admissus, suae se totum dedit arti. Ibidem Novitiatum ingressus est, suscepto nomine Meinrado; quadriennio demum elapso, solemnia vota nuncupavit.

Absconditus cum Christo in Deo (Cfr. *Col.,* 3, 3), illam inibi per quinquaginta annos uberi cum fructu evangelicam perfectionem assequi enisus est, ad quam divino quodam instinctu vocabatur. Nam humillimus frater laicus, monita legiferi Patris Benedicti secutus, non propriam quaesivit voluntatem, sed opera gravia, quae fratribus domestica munia absolventibus imponebantur, libenter suscepit simulque « omnia dura et aspera, per quae itur ad Deum » *(Reg. B. Benedicti,* cap. 58), videlicet Regulae observantiam, silentium monasticum, obedientiam laboresque ipsi iniunctas, quos inter eminet sartoris opus ab ipso religiosae vitae exordio usque ad provectam aetatem exercitum, minime obstante corporis gracilitate. Cui officio accessit custodia vestiarii monachorum Conventus.

Cum autem hoc in Benedictinae vitae Instituto praecipuum sit, ut omnes nempe, dum vel manu vel mente operantur, in id potissimum respectent atque contendant, ut ad Deum se quisque continenter erigant eiusque perfectissimo amore exardescant, Famulus Dei Meinradus plene in praxim deduxit illud « Ora et labora », quod angusta brevitate continet et refert totius humanitatis et cultus praecipuam legem et immutabile fundamentum. Inde Noster per manuum labores Regulaeque obedientiam veluti per gradus ascendentes ad Deum potiundum sese erigebat.

Flagrantissimo in Denm amori caritas in proximos respondit in hoc Servo Dei; omnes namque veluti fratres amplectebatur eosque omni, qua poterat, ope iuvabat. Peculiarem quoque religionem habebat erga Deiparam Virginem. Voluntariis corporis afflictationibus domitor sui plene factus est.

Tandem Servus Dei, tot per annos vitae religiosae probatus atque cum Christo cruci affixus, senectutis aerumnis, morbi cruciatibus fortiter toleratis, extremis Ecclesiae Sacramentis munitus, pie obdormivit in Domino die 14 mensis Iunii anno 1925.

Eius autem sanctitatis famam, qua vivus decorabatur, in dies crebrescentem, Deus caelestibus signis visus est comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus ipsi decernendis agi coepta est, atque post Ordinarios, qui dicuntur, Processus in Abbatia *nullius* Einsiedlensi, ubi eius mors contigerat, anno 1939 ádornatos, edito super scriptis eidem tributis Decreto die 27 Maii a. 1941, Commissio introductionis Causae penes Sacram Rituum Congregationem instituendae a Piò Papa XII die 12 Iulii anno 1946 obsignata est. Recognita deinde obedientia Decretis Urbanianis super indebito cultu latis, atque absolutis Apostolicis inquisitionibus, de virtutibus theologalibus et cardinalibus disceptatum est, et quidem primum in Antepraeparatoria Congregatione die 29 Martii anno 1955, et deinde die 25 Martii anno 1958 in Praeparatoria. Quibus denique Generalia successerunt Sacrae Rituum Congregationis Comitia die 17 mensis huius Maii coram Sanctissimo D. N. Ioanne Papa XXIII, in quibus Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestin., Causae Ponens seu Relator, dubium disceptandum proposuit, nimirum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi autem Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores, qui convenerant, suum quisque panderunt favorabile suffragium. Beatissimus vero Pater suam edere sententiam de more distulit usque ad hanc diem 28 mensis Maii, üt impensius divinam mentis illustrationem suis praesentiumque precibus imploraret.

Quapropter infrascriptum Cardinalem S. Rituum Congregationis Praefectum atque Revmum Cardinalem Benedictum Aloisi Masella, Causae Ponentem, nec non R. P. Ferdinandum Antonelli, Fidei Promotorem Generalem, meque a Secretis ad Se advocavit, Sacroque Eucha-

ristico Sacrificio pientissime litato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Meinradi Eugster, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Actis Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 28 Maii a. D. 1960.

83 C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praefectus*

L. **B** S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

SANCTI ANTONII

NULLITATIS MATRIMONII (RARBOUR - CLEMENS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Elaine Clemens, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum,,in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 2 Februarii 1961, bora meridiana, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur turnus pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Elaine Clemens curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Petrus Mattioli, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 Octobris a. 1960.

Marius Franciscus Pompedda, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Elaine Clemens, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 2 février 1961, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Elaine Clemens devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

LAFAYETTEN.

NULLITATIS MATRIMONII (THERIOT - (^HÄNDLER)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Hermanni Chandler, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 19 Aprilis 1961, bora undecima, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum dubium subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Hermanni Chandler curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Guillelmus Doheny, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Octobris a. 1960.

Marius Franciscus Pompedda, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Hermann Chandler, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 19 avril 1961, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le casf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Hermann Chandler, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (RASURE - GARA VELLI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Ioannis Caroli Garavelli, natus Alexandriae Statiell. die 5 Martii 1922, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis Vicariatus Urbis (Roma, Via della Pigna, 13 a), die 3 Ianuarii 1961, hora 9,30, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum.

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Ioannis Caroli Garavelli curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Aemilius Boccalini, *Iudex instruct, delegat.*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 1 Octobris 1960.

Vincentius Frazzano, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jean Charles Garavelli, né à Alessandria (Italie), défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma, Via della Pigna, 13-a) le 3 Janvier 1961, à 9,30 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.

Conste-t-il de la nullité du mwriage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Jean Charles Garavelli, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 18 ottobre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor FRANKLIN AGTJILAR ALVARADO, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Costa Rica, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

Lunedì, 31 ottobre I960, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Maggior Generale *Nawabzada* AGHA MOHAMMED RAZA, **Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Pakistan, per la presentazione delle Lettere Credenziali.**

Lunedì, 31 ottobre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in Udienza le Loro Maestà il Re GUSTAVO ADOLFO **VI e la Regina** LUISA, **So.vrani di Svezia.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

25 luglio 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Muench Luigi Giuseppe, *Protettore delle « School Sisters of St. Francis »* (Milwaukee, U.S.A.).

8 agosto » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cento Fernando, *Protettore delle « Ancelle Riparatrici del Sacro Cuore »* (Messina).

17 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle « Sœurs du Rosaire de Jérusalem »* (Gerusalemme).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore della « Catholic Students Mission Cruzade »* (Cincinnati, U.S.A.).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tardini Domenico, *Protettore delle Suore di Carità di Cincinnati* (Ohio, U.S.A.).

8 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Garibi y Rivera Giuseppe, *Protettore delle « Carmelitas Descalzas Terciarias »* (Guadalajara, Mexico).

22 settembre 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Godfrey Guglielmo, ***Protettore Clelia Società delle « Sisters of the Presentation of the Blessed Virgin Mary »*** (Matlock, Nottingham).

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., ***Protettore delle Federazioni Monastiche delle Benedettine del SSmo Sacramento.***

» » ». S. E. Revma Monsig. Mojoli Giuseppe, Arcivescovo tit. di Larissa di Tessaglia, ***Intemunzio Apostolico in Etiopia.***

1 ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Traglia Luigi, ***Protettore delle Suore dell'Addolorata Serve di Maria*** (Nocera Superiore).

» ». » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, ***Protettore delle « Sisters of Gharity of the Incarnate Word»*** (Galveston-Houston, U.S.A.).

15 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, ***Protettore delle « Suore Orsoline della Sacra Famiglia*** » (Roma).

17 » » Il Revmo Don Canals Salvatore, ***Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Consultori della Pontificia Commissione dei Vescovi e del Governo delle Diocesi per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Vincenzo Brizgys, Vescovo tit. di Besana.

il Reverendissimo Sacerdote Giovanni Lambrechts ;

il Reverendissimo Padre Francesco Milini, dei Missionari Scalabriniani.

Membro della Pontificia Commissione della Disciplina del Clero e del popolo cristiano per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Enrico Mazerat, Vescovo di Fréjous-Toulon.

Consultori della Pontificia Commissione della Disciplina del Clero e del popolo cristiano per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Antonio Vovk, Vescovo di Lubiana;

il Reverendissimo Monsignor Urbano Krizomali.

Membri della Pontificia Commissione dei Religiosi per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

i Reverendissimi Padri:

Pietro Rutten, dei Crocigeri;

Francesco Savarese, dei Minimi;

Giuseppe Mirande, dei Preti del Sacro Cuore di Gesù di Bétharram ;

il Reverendissimo Fratel Alessandro, dei Fratelli Maristi delle Scuole.

Consultori della Pontificia Commissione dei Religiosi per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Luigi Severino Haller, Vescovo tit. di Betlemme e Abate ***nullius*** di San Maurizio di Agaune ;

i Reverendissimi Padri :

Gerardo Mulcahy, dei Frati Minori ;
Teodoro Foley, dei Passionisti.

Memori della Pontificia Commissione della Sacra Liturgia per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

le Loro Eccellenze Reverendissime i Monsignori:

Giovanni Hervás y Benet, Vescovo tit. di Dora e Ordinario di Ciudad Real ;
Enrico Jenny, Vescovo tit. di Licaonia e Ausiliare di Cambrai.

Consultori della Pontificia Commissione della Sacra Liturgia per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

il Reverendissimo Monsignor Giovanni Wagner ;
Il Reverendissimo Sacerdote Amato Giorgio Martimort ;
il Reverendissimo Padre Luca Brinkhoff, dei Frati Minori.

Membri della Pontificia Commissione degli Studi e dei Seminari per la preparazione del Concìlio Ecumenico Vaticano II :

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Antonio Ferreira Gomes, Vescovo di Porto ;
il Reverendissimo Padre Pietro Girard, dei Sulpiziani.

Consultore della Pontificia Commissione degli Studi e dei Seminari per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

l'Illustrissimo e Reverendissimo Monsignor Giovanni Gabriel.

Membri della Pontificia Commissione delle Chiese Orientali per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II :

le Loro Eccellenze Reverendissime i Monsignori:

Andrea Katkoff, Vescovo tit. di Nauplia e Coadiutore del Vescovo Ordinante per il rito bizantino ;
Celso Sipowic, Vescovo tit. di Mariamme ;
Basilio Cristea, Vescovo tit. di Lebedo.

Consultori della Pontificia Commissione delle Chiese Orientali per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II :

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Ignazio Ziadé, Arcivescovo di Beirut dei Maroniti.

i Reverendissimi Padri:

Angelico Lazzeri, dei Frati Minori;

Basilio Talatinian, dei Frati Minori.

Membri della Pontificia Commissione delle Missioni per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II :

i Reverendissimi Padri:

Luciano Rubio, degli Agostiniani ;
Pietro Humbert-Claude, dei Marianisti;
Michele Schulien, dei Verbiti.

Consultore della Pontificia Commissione delle Missioni per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II:

Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Giovanni C. Sison, Arcivescovo tit. di Nicopsi e Amministratore Apostolico di Nuova Segovia.

Membri del Segretariato Amministrativo per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II :

gli Illustrissimi e Reverendissimi Monsignori :

Enrico Arato ;
Gaspare Cantagalli ;

il Reverendissimo Monsignor Ferrerò Conti;

gli Illustrissimi Signori :

Conte Enrico Pietro Galeazzi;
Mario Seganti ;
Massimo Spada;
Luigi Mennini ;
Francesco Vacchini ;
Raffaele Quadrani ;
Fernando Musa.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

12 ottobre 1960. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, ***Membro della Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.***

4 novembre » L'IIlmo e Revmo Monsig. Pedroni Angelo, ***Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'UNESCO.***

Au. et yol. LII 38 Decembris 1960 (Ser. III, v. II) - N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONVENTIONES

INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM AUSTRIACAM

I

CONVENZIONE

TRA LA
SANTA SEDE
B LA
REPUBBLICA AUSTRIACA
PER IL REGOLAMENTO DI
RAPPORTI PATRIMONIALI

VERTRAG

ZWISCHEN DEM
HEILIGEN STUHL
UND DER
REPUBLIK ÖSTERREICH
ZUR REGELUNG VON
VERMÖGENSRECHTLICHEN
BEZIEHUNGEN

Fra la Santa Sede,

rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Revma Mons. Dr. Giovanni DELLEPIANE, Arcivescovo tit. di Stauro - poli e Nunzio Apostolico in Austria, residente in Vienna,

e la Repubblica Austriaca,

rappresentata dai suoi Plenipotenziari

il Signor Dr. Bruno KREISKY, Ministro Federale per gli Affari Esteri, e

Zwischen dem Heiligen Stuhl,

vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz, den Herrn Apostolischen Nuntius in Österreich, Titularerzbischof von Stauropolis, Dr. Giovanni DELLEPIANE in Wien,

und der Republik Österreich,

vertreten durch deren Bevollmächtigte,

Herrn Dr. Bruno KREISKY, Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und

il Signor Dr. Heinrich DRIMMEL, Ministro Federale per l'Istruzione,

viene conclusa la seguente Convenzione :

Articolo I

La Santa Sede e la Repubblica Austriaca hanno convenuto di regolare con il presente Accordo taluni rapporti di natura giuridico-patrimoniale fra la Chiesa Cattolica e lo Stato e di modificare varie disposizioni del Concordato del 5 giugno 1933 e del Protocollo Addizionale.

Articolo II

1) Considerato che è venuta meno la dotazione del Clero stabilita in passato dalla legislazione sulla congrua, considerata la cessazione dei Patronati di diritto pubblico e degli oneri relativi alla manutenzione degli edifici ecclesiastici,

a soddisfazione delle richieste avanzate dalla Chiesa Cattolica circa il patrimonio dei Fondi di Religione, e considerato il disposto dell'art. VIII della presente Convenzione,

la Repubblica Austriaca verserà alla Chiesa Cattolica ogni anno a partire dal 1961 :

a) una somma di 50 milioni di scellini,

b) il controvalore delle retribuzioni volta a volta in vigore di 1250 impiegati ecclesiastici, prendendo come base una retribuzione media; tale viene considerato lo stipendio corrente di un impiegato statale

Herrn Dr. Heinrich DRIMMEL, Bundesminister für Unterricht,

wird nachstehender Vertrag geschlossen :

Artikel I

Der Heilige Stuhl und die Republik Österreich sind übereingekommen, mit diesem Vertrag gewisse vermögensrechtliche Beziehungen zwischen der Katholischen Kirche und dem Staat zu regeln und verschiedene Vorschriften des Konkordates vom 5. Juni 1933 sowie des Zusatzprotokolls abzuändern.

Artikel II

(1) Die Republik Österreich wird der Katholischen Kirche

im Hinblick auf den Wegfall der Dotierung des Klerus aus der ehemaligen Kongrua-Gesetzgebung, im Hinblick auf den Wegfall der öffentlichen Patronate und Kirchenbaulasten,

zur Abgeltung der Ansprüche, die von der Katholischen Kirche auf das Religionsfondsyermögen erhoben werden, sowie

in Anbetracht der Bestimmungen des Artikels VIII dieses Vertrages

beginnend mit dem Jahr 1961 alljährlich folgende Leistungen erbringen :

a) einen Betrag von 50 Millionen Schilling,

b) den Gegenwert der jeweiligen Bezüge von 1250 Kirchenbediensteten unter Zugrundelegung eines Durchschnittsbezuges; als solcher wird der jeweilige Gehalt eines Bundesbeamten der Ver **Wendlings-**

del gruppo A, IV classe di servizio, 4* scatto, più i pagamenti straordinari e le indennità di caro vita.

2) Il versamento sarà fatto alla Arcidiocesi di Vienna in 4 rate uguali al più tardi rispettivamente il 31 maggio, il 31 luglio, il 30 settembre ed il 30 novembre di ogni anno.

3) L'intera somma di cui al capoverso 1) sarà ripartita dalla Chiesa Cattolica.

4) Le tasse ecclesiastiche continueranno ad essere percepite ; i loro proventi potranno essere usati liberamente dalla Chiesa Cattolica.

gruppe A, Dienstklasse IV, 4. Gehaltsstufe, zuzüglich Sonderzahlungen und Teuerungszuschlägen angenommen.

(2) Die Zahlung wird jeweils in vier gleichen Teilbeträgen bis längstens 31. Mai, 31. Juli, 30. September und 30. November eines jeden Jahres zu Händen der Erzdiözese Wien geleistet werden.

(3) Der Gesamtbetrag nach Absatz 1 wird von der Katholischen Kirche aufgeteilt.

(4) Die Kirchenbeiträge werden weiter eingehoben ; über ihre Erträgnisse kann die Katholische Kirche frei verfügen.

Articolo III

1) I beni della « Amministrazione fiduciaria dei Fondi di Religione » eretta con la Legge federale del 20 dicembre 1955, BGBl. N. 269, vengono spartiti come segue :

1 - I beni — come chiese, case canoniche o conventi insieme con i terreni, beni di dotazione e simili tro van tisi in nesso economico con detti edifìci — che al 13 marzo 1938 ovvero al I° settembre 1959 erano utilizzati, a qualsiasi titolo, da una istituzione ecclesiastica, passano in proprietà della Chiesa Cattolica.

2 - Per la manutenzione dei beni citati al n. 1 la Chiesa Cattolica riceve circa 5.600 ettari di terreni a bosco produttivo di specie e qualità medie, che al presente sono amministrati dal Demanio forestale austriaco per conto della « Amministrazione fiduciaria dei Fondi di Religione ».

Artikel III

(1) Das Vermögen der durch das österreichische Bundesgesetz vom 20. Dezember 1955, BGBL Nr. 269, errichteten Religionsfonds - Treuhandstelle wird wie folgt aufgeteilt :

1. Vermögen, das von einer kirch-' liehen Einrichtung aus welchem Titel immer am 13. März 1938 oder am 1. September 1959 benützt wurde, wie Kirchen, Pfarrhöfe oder Klostergebäude samt den dazugehörigen mit diesen in wirtschaftlichem Zusammenhang stehenden Grundstücken, Dotationsgüter und ähnliches, geht in das Eigentum der Katholischen Kirche über.

2. Zum ZAveck der Erhaltung des in Ziffer 1 angeführten Vermögens erhält die Katholische Kirche forstlich genutzte produktive Liegenschaften mittlerer Art und Güte im Ausmass von rund 5600 ha, welche von den österreichischen Bundesforsten derzeit für die Religionsfonds-Treuhandstelle verwaltet werden.

3 - I beni che a tenore dei n. 1 spettano alla Chiesa Cattolica passano in proprietà dell'Arcidiocesi di Vienna; quelli che le spettano a tenore del n. 2 passano in proprietà dell'Arcidiocesi di 'Salisburgo.

4 - I beni restanti saranno trasferiti in proprietà della Repubblica Austriaca, fermo restando quanto prescritto nell'art. V, capov. 2).

2) In quanto, per ragioni economiche, singoli trasferimenti patrimoniali richiedano un arrotondamento, i beni indicati nel capov. 1), nn. 1 e 2, possono essere trasferiti in proprietà della Repubblica Austriaca, ed i beni indicati nel capov. 1), n. 4, in proprietà dell'una o dell'altra Arcidiocesi indicate al n. 3, previa approvazione del Governo Federale Austriaco e dell'Arcidiocesi interessata.

Articolo IV

1) Il passaggio di proprietà dei beni menzionati nell'art. III si attuerà secondo le prescrizioni del diritto austriaco. All'uopo l'((Amministrazione fiduciaria dei Fondi di Religione » dovrà indicare nominativamente per iscritto i beni che cadono sotto l'art. III. Le indicazioni riguardanti l'art. III, capov. 1), n. 1, dovranno essere sottoposte all'approvazione dell'Arcidiocesi di Vienna; le indicazioni riguardanti l'articolo III, capov. 1), n. 2, dovranno essere sottoposte all'approvazione dell'Arcidiocesi di Salisburgo e in ambedue i casi con l'approvazione del Governo Federale della Repubblica Austriaca.

3. Das gemäss Ziffer 1 der Katholischen Kirche zufallende Vermögen geht in das Eigentum der Erzdiözese Wien und das ihr gemäss Ziffer 2 zufallende Vermögen in das Eigentum der Erzdiözese Salzburg über.

4. Das verbleibende Vermögen wird unbeschadet der Bestimmung des Artikels V Absatz 2 in das Eigentum der Republik Österreich übertragen.

(2) Soweit es zur wirtschaftlichen Abrundung von einzelnen Vermögensübertragungen erforderlich ist, kann das im Absatz 1 Ziffer 1 und 2 angegebene Vermögen in das Eigentum der Republik Österreich und das im Absatz 1 Ziffer 4 bezeichnete Vermögen in das Eigentum der einen oder der anderen, in Ziffer 3 angegebenen Erzdiözese mit Genehmigung der österreichischen Bundesregierung und der interessierten Erzdiözese übertragen werden.

Artikel IV

(1) Der Eigentumsübergang an den im Artikel III genannten Vermögen vollzieht sich nach den österreichischen Rechtsvorschriften. Zu diesem Zweck hat die Religionsfonds-Treuhandstelle die unter Artikel III fallenden Vermögen schriftlich namentlich zu bezeichnen. Die Bezeichnungen bedürfen im Falle des Artikels III, Absatz 1, Ziffer 1, der Genehmigung der Erzdiözese Wien> im Falle des Artikels III, Absatz 1, Ziffer 2, der Genehmigung der Erzdiözese Salzburg und in beiden Fällen der Genehmigung der Bundesregierung der Republik österreich.

2) I provvedimenti richiesti dalle disposizioni del capov. 1) debbono essere presi possibilmente entro due anni dall'entrata in vigore della presente Convenzione.

3) Le indicazioni scritte dei beni immobili ai sensi del capov. 1) costituiscono atti pubblici ai sensi del paragrafo 33 della Legge generale austriaca del 1955 sul Catasto.

(2) Die nach Abstaz 1 erforderlichen Massnahmen sind möglichst binnen zweier Jahre nach Inkrafttreten dieses Vertrages zu treffen.

(3) Die schriftlichen Bezeichnungen des unbeweglichen Vermögens im Sinne des Absatzes 1 stellen öffentliche Urkunden im Sinne des § 33 des österreichischen Allgemeinen Grnndbuchgesetzes 1955 dar.

Articolo V

1) La Repubblica Austriaca trasferisce in proprietà dell'Arcidiocesi di Salisburgo oppure di una persona giuridica da nominarsi dall'Ordinario dell'Arcidiocesi di Salisburgo entro un anno dall'entrata in vigore della presente Convenzione i beni di cui ai nn. 174, 183, 188, 209, 228, 236 e 477 del Catasto della Città di Salisburgo-Centro, ed i beni di cui al n. 1772 del Catasto di Aigen nel mandamento di Salisburgo.

2) La Sede Arcivescovile di Salisburgo riceve inoltre in proprietà dal patrimonio dell'<(Amministrazione fiduciaria dei Fondi di Religione » 560 ettari circa di terreni a bosco produttivo di specie e di qualità medie.

3) Il passaggio di proprietà dei beni di cui ai capov. 1) e 2) verrà attuato secondo le prescrizioni del diritto austriaco.

4) Il Ministero Federale dell'Istruzione rilascerà un certificato ufficiale per l'incorporazione del diritto di proprietà ai beni indicati nel capov. 1) ; questo certificato vale come documento ai sensi del paragrafo 33

Artikel V

(1) Die Republik Österreich überträgt in das Eigentum der Erzdiözese Salzburg oder in das Eigentum einer vom Ordinarius der Erzdiözese Salzburg binnen eines Jahres nach Inkrafttreten dieses Vertrages namhaft zu machenden juristischen Person die Liegenschaften Einlagezahl 174, 183, 188, 209, 228, 236 und 477 des Grundbuches der Stadt Salzburg, Innere Stadt, sowie die Liegenschaft Einlagezahl 1772 des Grundbuches Aigen des Gerichtsbezirkes Salzburg.

(2) Der Erzbischöfliche Stuhl Salzburg erhält ferner aus dem Vermögen der Religionsfonds - Treuhandstelle in das Eigentum rund 560 ha forstlich genutzte produktive Liegenschaften mittlerer Art und Güte.

(3) Der Eigentumsübergang an den im Absatz 1 und 2 genannten Liegenschaften vollzieht sich nach den österreichischen Rechtsvorschriften.

(4) Das Bundesministerium für Unterricht hat für die Einverleibung des Eigentumsrechtes an den im Absatz 1 genannten Liegenschaften eine Amtsbestätigung auszustellen ; diese gilt als Urkunde im Sinne

della Legge generale austriaca dei 1955 sul Catasto.

5) Quanto ai beni di cui al capov. 2) vale il disposto dell'art. IV.

Articolo VI

1) La Repubblica Austriaca verserà all'Amministrazione Apostolica del Burgenland (diocesi di Eisenstadt) « una tantum » ed in via definitiva un importo di 10 milioni di scellini in compenso dell'uso finora fatto, da parte dello Stato, degli edifìci, terreni, oggetti di arredamento, mezzi per l'insegnamento e libri, trovantisi nel territorio di tale Amministrazione Apostolica (diocesi) e già o ancora destinati a scopi didattici, che sono proprietà della Chiesa Cattolica, di suoi Ordini, Congregazioni o altre istituzioni ecclesiastiche.

2) Il pagamento avverrà in quattro rate annuali uguali : la prima un mese dopo l'entrata in vigore della presente Convenzione e le altre rate entro il I° luglio di ogni anno.

Articolo VII

1) Gli atti giuridici, i documenti e gli scritti derivanti dalla presente Convenzione ed aventi per oggetto il trasferimento di proprietà di valori patrimoniali, sono esenti dalle tasse di bollo e dai diritti legali, dalle imposte sull'acquisto di fondi e sulle donazioni, dalle tasse spettanti ai tribunali ed all'amministrazione giudiziaria, come pure dalle tasse d'amministrazione spettanti allo Stato.

2) Se i beni patrimoniali trasferiti in base alla presente Convenzione

des § 33 des österreichischen Allgemeinen Grundbuchgesetzes 1955.

(5) Hinsichtlich der im Absatz 2 genannten Liegenschaften gilt Artikel IV sinngemäss.

Artikel VI

(1) Die Republik Österreich wird der Apostolischen Administratur Burgenland (Diözese Eisenstadt) für die bisherige Inanspruchnahme der im Eigentum der Katholischen Kirche oder ihrer Orden, Kongregationen und sonstiger kirchlicher Einrichtungen stehenden Gebäude, Grundstücke, Einrichtungsgegenstände, Lehrmittel und Bücher, die im Bereich dieser Apostolischen Administratur (Diözese) gelegen und Schulzwecken gewidmet sind oder waren, eine einmalige und endgültige Leistung im Betrag von 10 Millionen Schilling erbringen.

(2) Die Zahlung wird in vier gleichen Jahresraten, die erste einen Monat nach Inkrafttreten dieses Vertrages, die folgenden werden jeweils bis 1. Juli eines jeden Jahres erbracht werden.

Artikel VII

Los primeros cristianos se daban mutuamente el nombre de ((hermanos » y no era ésta expresión pura fórmula, ya que los mismos paganos quedaban admirados del amor que se tenían. De este modo el cristianismo alumbró en la humanidad un hontanar de donde habían de derivar tantas'obras de misericordia, tantas instituciones que son gloria de la Iglesia. La caridad, patrimonio del cristianismo, se fundamenta en la sublime realidad de estar todos los hombres vinculados en un mismo Padre Creador, en un mismo Redentor y en una misma Madre que El nos dio en el momento cumbre de la cruz.

Este amor fraterno, sin distinciones, es fuente segura de bienestar-para las sociedades y abraza perspectivas vastísimas desde el plano de las relaciones personales al de las colectividades.

La paz auténtica y estable, que no es algo superficial y negativo, aflora de la concordancia general y es fruto de una labor constante y progresiva que resuelve primero las tensiones sociales dentro de cada Nación y tiende luego puentes de comprensión entre unos y otros Países.

La gran tarea que en la hora actual el Nuevo Mundo tiene ante sí, no

[1] *i Io.* 3, **i.**

podría ser realizada si le faltara en su base la unidad, la concordia, y éstas no podrían ser sinceras ni duraderas si no estuvieran alentadas por el sentido cristiano de la gran familia humana.

¡ Oh, si los hombres todos, los que mandan y los que obedecen, los pueblos poderosos y los débiles, tuvieran presente que la caridad es el supremo lazo, la suprema fuerza unitiva en cualquier comunidad de orden familiar, nacional o internacional !

San Juan Crisòstomo decía de las celebraciones litúrgicas cristianas : « Cuando estamos en el altar oramos ante todo por el mundo entero y por los intereses colectivos ».[2] Tal sea ahora y siempre en vuestra oración a Nuestra Señora : la sonrisa brotará de sus labios repleta de bendiciones.

Sea para todos este acto mariano un compromiso con que cada uno se obligue a vivir un cristianismo cada día más eficiente y pletòrico de esencias marianas, de un amor mutuo más acrisolado, de una participación más compacta en las obras católicas.

Que el Primer Congreso Mariano Interamericano constituya un punto de partida para agrupar las fuerzas de los hombres de buena voluntad en la defensa de la fe cristiana, ¡ Cuántos bienes esperamos — los estamos ya casi viendo — de una colaboración fraterna para el florecimiento de la fe católica en las Naciones americanas !

Estas gracias confiadamente pedimos invocando sobre vosotros el Santísimo nombre de Jesús, mientras con el más vivo afecto de Nuestro corazón de Padre, damos a Nuestro dignísimo Cardenal Legado, al amadísimo y tan benemérito Cardenal Arzobispo de Buenos Aires, a las Autoridades eclesiásticas y civiles ahí congregadas, al Clero, Religiosos y pueblo todo con cada una de las Naciones de la queridísima América, una particular Bendición Apostólica.

II

CHRISTIFIDELIBUS P ARAQUARI ANA E NATIONIS, OB QUINTUM ET VICESIMUM EXPLETUM ANNUM, EX QUO STATIO RADIOPHONICA, CUI NOMEN ((CARITAS)), ASSUMPTIONOPOLI AETHERIAS PRIMUM MISIT UNDA S. *

Amadísimos fieles del Paraguay :

Las Bodas de Plata de la Emisora « Caritas» Nos brindan la oportunidad de enviar a los católicos todos del Paraguay un saludo paterno, y a los Padres Franciscanos de Asunción una palabra de felicitación y de aliento.

* *Horn. H in 2 Cor.;* Migne *PG,* 61, 398.
* Die 25 Novembris mensis a. 1960.

Nos es bien conocida la eficiencia y la buena labor de apostolado y de elevación cultural, desarrollada por Radio « Caritas » en los cinco lustros pasados. Secundando el mandato evangélico *Quod in aure auditis, praedicate super tecta,*[1] las ondas de vuestra Emisora dan alas a la palabra de Dios para recorrer la Nación entera, penetrando en la: intimidad de los hogares como portadora del mensaje del Altísimo. Congratulaciones a cuantos dirigís Radio « Caritas » o en la misma colaboráis. ¡ Animo y adelante ! *Laudate Dominum de coelis, laudate eum in excelsis,* os diremos con el Salmista.[2] Alabad al Señor en los Cielos, alabadle desde las alturas. Que esta Emisora, siempre al servicio de la Jerarquía y de la causa católica, continúe siendo instrumento de alabanza al Creador, y vehículo de amor y de luz, de paz y de alegría para cuantos la oigan.

Dulce y consolador para Nos es también el poder expresaros en este momento todo el afecto que, en las entrañas de Cristo,[3] profesamos a esa querida Nación. Como Padre Vuestro Nos sentimos con vosotros ufanos de vuestras glorias y tomamos parte igual en vuestros gozos que en vuestras tristezas. Amamos al Paraguay que se honra con la memoria de San Francisco Solano, de cuya muerte conmemoráis el trescientos cincuenta aniversario. Os honor insigne de Asunción el Beato Roque Conzález, aquel heroico misionero cuyo corazón — la más significativa y preciada reliquia suya — lo tenéis ya entre vosotros. ¿Quién duda de que la Virgen de Caacupé ocupa un puesto preferente en el corazón de cada paraguayo? A Ella y a vuestros Santos Protectores suplicamos que os asistan en la defensa de vuestro patarimonio católico, a fin de que, en la fidelidad y obediencia a vuestros legítimos Pastores, nada haya que temer para la unidad de la fe que señala la ruta luminosa de vuestra historia.

Y si Nos pedís unas consignas, permitid que os digamos en paterna confidencia, lo que constituye un ardiente anhelo de Nuestro corazón en el deseo de que vuestro catolicismo florezca cada día más lozano y vigoroso. Estamos ciertos de que haréis todo lo posible por conservar íntegra la santidad del hogar, en el respeto de la ley de Dios para la constitución de la familia cristiana. Dais un gran consuelo a este humilde Vicario de Cristo que ahora os habla, cuando os esforzáis por que la formación religiosa de vuestros niños, iniciada con una catequesis metódica y

[1] *Matth.* 10, 27.
[2] *Ps.* 148, 1.
[3] Cfr. *Phil.* 1, 8.

organizada, se prolongue y complete en la edad adulta con un cultivo ulterior y una instrucción adecuada a sus exigencias y al grado de cultura en los demás ramos del saber. De los hogares y escuelas, en que se vive con sincera generosidad el evangelio, esperamos, como fruto espontaneo, la abundancia de vocaciones sacerdotales y religiosas tan necesarias en ese hermoso País.

Que Dios bendiga a vuestro pueblo y os conceda para siempre la paz y concordia en el espíritu de la justicia y de la caridad cristianas.

Ayeruré tupmy Caacupé to meé peéme ñandeyára pytyvó.

A la Virgen de Caacupé rogamos quel del Señor os obtenga su ayuda.

En prenda de estas gracias, mientras invocamos sobre vosotros el nombre Santísimo de Jesús, os damos de todo corazón la Bendición Apostólica.

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONCILII

I

DECRETUM

NOVUS INDEX STATUITUR DIERUM FESTORUM, QUIBUS INEST OBLIGATIO LITANDI SACRUM PRO POPULO.

Cum in novas Rubricas Breviarii et Missalis editas post Litteras Apostolicas ((Rubricarum instructum » diei 25 mensis Iulii 1960 per Decretum Generale Sacrae Rituum Congregationis « Novum rubricarum Breviarii ac Missalis romani codicem » diei 26 mensis Iulii 1960, quaedam variationes circa dies festos inductae fuerint, nonnulli Ordinarii locorum per varias Regiones constituti a Sacra Congregatione Concilii expostulaverant ut, ad dubii atque perplexitatis occasionem auferendam circa dies, quibus est applicandum Sacrum pro populo, congrua aliqua ratio miretur.

His itaque votis annuens, Sacra Congregatio Concilii, de mandato Summi Pontificis Ioannis XXIII feliciter Regnantis, indicem taxativum, qui sequitur, festorum, quibus, iuxta praescripta canonum 339 §1 et 466 § 1 Codicis Iuris Canonici, in universa Ecclesia a die 1 Ianuarii 1961 inest obligatio litandi Sacrum pro populo, conficiendum statuit ; idest :

FESTA DE PRAECEPTO

Dominicae T et H Classis.

Alia Festa I Classis in Calendario Ecclesiae Universae :

1. Nativitas Domini - 2. Dies octavus Nativitatis Domini - 3. Epiphania Domini - 4. Ascensio Domini - 5. Festum SSimi Corporis Christi - 6. Conceptio Immaculata B. Mariae Virginis - 7. Assumptio B. Mariae Virginis - 8. Festum S. Ioseph, Sponsi B. M. V. - 9. Festum SS. Petri et Pauli Apostolorum - 10. Festum Omnium Sanctorum.

FESTA NON DE PRAECEPTO

/ Classis in Calendario Ecclesiae Universae :

1. Festum SSmi Cordis Iesu - 2. Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. - 3. Annuntiatio B. Mariae Virginis - 4. Festum Sancti Ioseph Opificis - 5. Dedicatio S. Michaelis Archangeli - 6. Nativitas S. Ioannis Baptistae.

/ Classis in Calendariis particularibus :

7. Festum Patroni principalis Nationis - 8. Festum Patroni principalis Regionis seu Provinciae sive ecclesiasticae sive civilis - 9. Festum Patroni dioecesis - 10. Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis - 11. Festum Patroni principalis loci seu oppidi vel civitatis - 12. Anniversarium Dedicationis Ecclesiae propriae - 13. Titulus Ecclesiae propriae.

/7 *Classis :*

14. Nativitas B. Mariae Virginis - 15. Purificatio B. Mariae Virginis - Festa natalicia Apostolorum et Evangelista rum, scilicet : 16. Festum S. Andreae - 17. Festum S. Thomae - 18. Festum S. Ioannis - 19. Festum S. Mathiae - 20. Festum S. Marci - 21. Festum SS. Philippi et Iacobi - 22. Festum S. Iacobi - 23. Festum S. Bartholomaei - 24. Festum S. Matthaei - 25. Festum S. Lucae - 26. Festum SS. Simonis et Iudae.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 3 Decembris 1960.

P. Card. Cimaci, ***Praefectus***

L. © S.

P. Palazzini, *a Secretis*

II

DECRETUM

DE SERVITIO CHORALI NOVO RUBRICARUM CODICI ACCOMMODANDO

In Litteris Apostolicis « Rubricarum instructum » diei 25 mensis Iulii 1960 ad num. 3) edicitur: «Item statuta, privilegia, indulta et consuetudines cuiuscumque generis, etiam saecularia, et immemorabilia, immo specialissima atque individua mentione digna, quae his rubricis obstant, revocantur ».

Quare Sacra Congregatio Concilii, de mandato Summi Pontificis Ioannis XXIII feliciter Regnantis, statuit, ad servitium chorale quod attinet, ut locorum Ordinarii curent emendari statuta capitularia et abrogari praefata privilegia, indulta et consuetudines, quae dictis rubricis obstent.

Insuper declarat reductiones servitii choralis, quae a Sacra Congregatione Concilii fuerint concessae, adhuc vigere, si et quatenus praedictis rubricis haud obstent.

Petitiones autem reductionum servitii choralis vel earundem prorogationum a Capitularibus exarentur iuxta novas rubricas Breviarii et Missalis.

Contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, die 3 Decembris I960.

P. Card. CIRIAOI, *Praefectus*

L. © S.

P. Palazzini, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

LAUDIBUS IN BLASPHEMIARUM REPARATIONEM NOVA ADDITUR INVOCATIO

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, in Audientia die 12 Octobris mensis anno I960 infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Cardinali Praefecto concessa, statuere benigne dignatus est, ut laudibus in blasphemiarum reparationem, quae incipiunt « Benedictus Deus » (italice : « Dio sia Benedetto »), addatur invocatio : ((Benedictus Sanguis eius pretiosissimus » (italice : « Benedetto il suo Preziosissimo Sangue »), et quidem post invocationem ((Benedictum Cor eius Sacratissimum ».

. Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 12 mensis Octobris, anno 1960.

83 C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculanus, *Praefectus*

Henricus Dante, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITAS NAVARRENSIS IN HISPANICA DITIONE ERIGITUR.

Erudiendae instituendaeque iuventae Sancta Mater Ecclesia summa contentione semper prospexit, nullis laboribus impensisve parcens, adolescentibus adultisque sanam luculentamque doctrinam praebendo ne « variis et peregrinis abducerentur ... tabulis » *(Hebr.* 13, 9; *II Tim.* 4, 3-4), sed « gens sancta, populus acquisitionis », immo et « regale sacerdotium » Deo hominibusque pararentur, in omnium salutem, quae Veritate nititur, opem praestituri. Quod praecipue in illis regionibus factum est unde catholica fides sine intermissione gentibus effulsit, Ecclesiae magisterio fidelissime retento, sicut de Hispania omnibusque hispanico idiomate utentibus nationibus constantissime liquet. Celeberrimae enim memorandae veniunt clericorum laicorumque scholae a perinsigni Ecclesiae Doctore S. Isidoro Hispalensi in catholici populi profectum inceptae, Salmanticense Pontificium Regiumque Studium Generale, cuius surculi exstiterunt Manilana, Dominicana, Limana aliaeque a Summis Pontificibus erectae studiorum Universitates. Tot praeclara redintegrantes, sodales Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis et Operis Dei, hodiernis excultiorum adolescentium necessitatibus pro vide consulentes, Centrum Superiorum Studiorum, « Estudio General de Navarra » nuncupatum, a. D. MCMLH inchoaverunt, cuius laeta primordia, paterne impellente Nuntio Apostolico apud Hispanos planeque faventibus tum Sancta Sede tum loci Ordinariis, in primis Pampilonensi, tantis incrementis invaluerunt ut omnes praecipuae Facultates (« Escuelas »), quibus pleniores studiorum Universitates de more constant, Studio Generali Navarrensi paulatim accesserint. Simul duo instruebantur instituta, ad scientificam moralemque alumnorum institutionem fovendam, «Praeceptores» («Jefes de estudio») nempe, quorum est unumquemque discipulum curare tuerique, atque « Collegia » (« Colegios

Mayores »), quibus alumnorum institutio religiosa, humanistica, socialis, optimis praeeuntibus ecclesiasticis viris aliisque <(Operis Dei » membris, opportunis aptisque mediis completur. Cum Facultatum seu Scholarum incrementum Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum universitatibus merito laudaret, ac de qualibet Facultate catholicis doctrinis ditanda assidue consulere!, Decreto d. d. **xn** m. Iunii a. D. MCMLix « Institutum Canonisticum » in Facultate Iuridica eiusdem Studii Generalis Navarrensis condidit, idque Pontificio Instituto Utriusque Iuris Lateranensis Urbis Universitatis aggregavit, cuius esset academicos gradus tum baccalaureatus tum licentiae Iuris Canonici, approbatis Statutis ad amussim servatis, selectis alumnis post superata examina conferre. Nunc autem, attentis Praesidis Generalis laudatae Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis et Operis Dei humillimis precibus, tum Apostolici Nuntii Matritensis tum Archiepiscopi Pampilonensis supplicibus commendationis litteris suffultis, ipsorumque civilium Magistrarum, qui Studium Generale Navarrense summa benevolentia^ prosequuntur, instantissimis rogationibus benigne acceptis, eadem Sacra Congregatio de tanto negotio certiorem fecit Augustum Pontificem fel. regn. Cum autem Ssmus Dominus Noster Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII perlibenter annuere dignatus sit, memorata S. Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, post approbata peculiaria exhibita Statuta, Athenaeum canonice erigendum ad normam can. 1376 C. I. C. pro munere deliberavit. Hisce igitur, ad gloriam Dei O. M., ad Sanctae Catholicae Ecclesiae decus ac incrementum atque ad animarum proventum « Catholicam studiorum Universitatem Navarrensem » in civitate archiepiscopali Pampilonensi vigentem, sodalibus laudatae Societatis Sanctae Crucis et Operis Dei commissam, pro munere *constituit erigitque* atque in perpetuum *erectam* declarat, quatuor studiorum Facultatibus praeditam (Iuris cum Instituto Iuris Canonici, Medicinae cum adnexa Schola Infirmariarum, Philosophiae Litterarumque cum Sectione Historiae, Scientiarum Mathematico-Physico-Chimicarum), necnon Instituto Superiore Periodismi aliisque vel nuper inceptis vel mox incipiendis — in primis Instituto Superiorum Studiorum de officinarum praepositis catholice instruendis, in Barcinonensi metropoli non ita pridem inchoato — necnon Facultate Machinariorum (« Escuela de Ingeniería » in Sancti Sebastiani urbe hoc exeunte anno condenda), — ipsi Catholicae Universitatis prorsus agnitis iuribus, honoribus, privi-

legiis, quae ad huiusmodi Athenaea in universo Catholico Orbe spectant. Sacra eadem Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur quae approbata Statuta tum de coetu curatorum ac de moderatoribus praescribunt tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, in primis de Sacra eadem Congregatione statis temporibus edocenda eademque roganda de novo Rectore nominando, de nova Facultate vel Superiorum Studiorum Instituto forte inchoandis,> de quavis in Statuta a Sede Apostolica probata mutatione inducenda. Ceteris servatis de iure servandis ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Roma, ex aedibus S. Congregationis, d. vi m. Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. Ch., a. D. MCMLX.

£8 I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen. *Praefectus*

L. $ S.

Dinus Staffa, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ROSPIGLIOSI - WEILL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Clarae Weill, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 2 Februarii 1961, hora meridiana cum dimidio, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus pro causae definitione.

An sententia Rotalis diei 21 Iulii I960 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae dominae Clarae Weill curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Petrus Mattioli, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 Novembris a. 1960.

Marius Franciscus Pompedda, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Claire Weill, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 2 février 1961 à 12 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 21 juillet 1960 doit elle être confirmée ou infirmée, dans le casf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lien de la résidence de la dite Claire Weill, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

MONTISVIDEI

NULLITATIS MATRIMONII (SORALUCE - URIA)

* Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Esther Uria, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 16 Februarii 1961, hora undecima, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum subscribendum.

An sententia Rotalis diei 31 Maii 1960 confirmanda vel infirmanda sit solummodo quod attinet querelam nullitatis adversus sententiam primae instantiae.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae dominae Esther Uria curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Gerardus M. Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 7 Decembris a. 1960.

Marius Franciscus Pompedda, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Esther Uria, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 février 1961 a 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 31 mai 1960 doit-elle être confirmée ou infirmée, seulement ce qui concerne la nullité de la sentence édictée en première instance?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Esther uria, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 19 novembre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza Sir Peter Scarlet, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Gran Bretagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Mercoledì, 23 novembre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza P On. Harold Macmillan, Primo Ministro del Regno Unito di Gran Bretagna e dell'Irlanda del Nord, e Sua Eccellenza the Earl of Home, Segretario di Stato agli Affari Esteri.

Sabato, 3 dicembre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza il Signor Benito Nardone, Presidente del Consiglio Nazionale di Governo della Repubblica Orientale dell'Uruguay.

Mercoledì, 7 dicembre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. Guillermo Enciso Velloso, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Paraguay, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Venerdì, 9 dicembre 1960, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. Henrique de Souza Gomes, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica degli Stati Uniti del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

9 luglio 1960. S. E. Revma Monsig. Righi-Lambertini Egano, Arcivescovo tit. di Doclea, ***Nunzio Apostolico nel Libano.***

17 settembre » S. E, Revma Monsig. McGeough Giuseppe, Arcivescovo tit. di Emesa, ***Delegato Apostolico nell'Africa Meridionale.***

19 settembre 1960. S. E. Revma Monsig. Pignedoli Sergio, Arcivescovo tit. di Iconio, ***Delegato Apostolico nell'Africa, Centro-Occidentale.***

» » » S. E. Revma Monsig. Pirozzi Felice, ***Delegato Apostolico delle Isole del Madagascar.***

8 ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, ***Protettore delle « Sisters of Providence, Saint-Mary-of-the-W'oods, Indiana*** » (Indianapolis, U.S.A.).

15 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Muench Luigi Giuseppe, ***Protettore delle Suore Scolastiche di Nostra Signora,*** (Roma).

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Wyszynski Stefano, ***Protettore delle « Figlie del Cuore Purissimo della Beata Vergine Maria*** » (Varsavia, Polonia).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, ***Protettore della « Œuvre de St. Paul*** » (Friburgo, Svizzera).

29 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, ***Protettore delle « Sœurs Missionnaires de Notre Dame des Apôtres»*** (Vénissieux ; Lione, Francia).

12 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tisserant Eugenio, ***Presidente della Pontificia, Commissione Cerimoniale per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano li.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

15 novembre 1960. Il Revmo Monsig. Lattanzi Ugo, ***Consultore della Pontificia Commissione Teologica per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » S. E. Revma Monsig. Rupp Giovanni, Vescovo tit. di Arca di Fenicia e Ausiliare di Parigi, ***Membro della Pontificia Commissione dei Vescovi e del Governo delle Diocesi per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » Il Revmo Padre Costantini Vittorio M., dei Frati Minori Conventuali, ***Membro della Pontificia Commissione della Disciplina del Clero e del popolo cristiano per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » Il Revmo Padre Grasso Domenico, della Compagnia di Gesù, ***Membro della Pontificia Commissione delle Missioni per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

15 novembre 1900. Gli Ilimi e Revmi Monsignori Mund Nicola e Mulders Al- f redo G. M. -; i Revmi Padri : Gathier Emilio, della Compagnia di Gesù; Caufield Gaspare, dei Passionisti ; Tragella Giovanni Battista, del Pont. Istituto dei SS. App. Pietro e Paolo e dei SS. Ambrogio e Carlo per le Missioni Estere ; Cauwe Alfredo, dei Padri Bianchi : Beckmann Giovanni Battista, della Società delle Missioni Estere di Betlemme in Svizzera ; ***Consultori della Pontificia Commissione delle Missioni per la preparati on e del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » • » Il Revmo Don Zanoni Luigi, della Pia Società San Paolo, ***Membro del Segretariato della Stampa e dello Spettacolo per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » S. E. Revma Monsig. Tavora Giuseppe Vincenzo, Vescovo di Aracajù, e Pillino e Revmo Monsig. Lopez da Cruz Emanuele, ***Consultori del Segretariato della Stampa e dello Spettacolo per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

17 » » S. E. Revma Monsig. Larraín Errázuriz Emanuele, Vescovo di Talea, ***Membro della Pontificia Commissione dell'Apostolato dei Laici per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

24 » » Il Revmo Padre Barbier Giovanni Francesco, dei Frati Minori, ***Consultore della Pontificia Commissione dei Religiosi per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

« ***y.*** « L'IIlmo e Revmo Monsig. Fallani Giovanni, ***Membro della Pontificia Commissione della Sacra Liturgia per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » S. E. Revma Monsig. Savino Paolo, Vescovo tit. di Cesarea di Tessalia e Ausiliare di Napoli, e S. E. Revma Monsig. Colombo Giovanni, Vescovo tit.. eletto di Filippopoli di Arabia e Ausiliare di Milano, ***Membri della Pontificia- Commissione degli Studi e dei Seminari per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » Gli T Unii e Revmi Monsignori: Herlihy J. Donai, Pascoli Plinio, Faraoni Vincenzo, Masi Roberto, Angioni Antonio ; e i Revmi Sacerdoti : Lores Vincenzo e Spadafora Francesco, ***Membri della Pontificia Commissione degli Studi e dei Seminari per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » Gli Illmi e Revmi Monsignori: MacDonald Guglielmo Giuseppe e Steinmueller E. Giovanni ; il Revmo

Sac. Martii Germano ; i Revmi Padri : Baldi Donato, dei Frati Minori, e Bouyer Luigi, dell'Oratorio ; l'Illmo Sig. Vito Francesco, ***Consultori della Pontificia Commissione degli Studi e dei Seminari per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

24 novembre 1960. Il Revino Padre Fennelly Bernardo, della Congregazione dello Spirito Santo, ***Consultore della Pontificia Commissione delle Missioni per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

» » » L'IIlmo e Revmo Monsig. Ligutti Luigi, ***Consultore della Pontificia Commissione dell'Apostolato dei Laici per la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano II.***

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

Il Collare dell'Ordine Piano :

21 novembre 1960. A S. E. il sig. Nardone Benito, Presidente dèi Consiglio Nazionale di Governo della Repubblica dell'Uruguay.

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

16 novembre 1960. A S. E. il Dott. Unda Murillo Jesús, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica del Guatemala.

25 » » A S . E. il sig. Martínez Montero Homero, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica dell'Uruguay.

26 » » A S. E. il sig. Ribeiro Briggs Moacyr, già Ambasciatore del Brasile presso la Santa Sede.

NECROLOGIO

22 ottobre 1960. Monsig. Torasso Antonio, Vescovo tit. di Tapso, Vicario Apostolico di Florencia.

3 novembre » Monsig. Martín y Villaverde Alberto, Vescovo di Matanzas.

6 » » Monsig. Navarro Nicola Eugenio, Arcivescovo tit. di Carpato.

8 » ' » Monsig. Cazzanelli Raffaele Ruggero, Vescovo tit. di Gindaro.

13 Monsig. Villa Pietro, Vescovo tit. di Listra.

16 Monsig. Touzé Paul Louis, Vescovo tit. di Lebesso.

25 Monsig. delle Nocche Raffaele, Vescovo di Tricarico.

26 Monsig. McNamara John Michael, Vescovo tit. di Eumenia,

7 dicembre Monsig. Vandewalle Elie, Vescovo tit. di Olbia.

9 » Monsig. Kallas Joseph, Vescovo di Tripoli dei Melchiti.

An. et vol. LII 31 Decembris 1960 (Ser. III, v. II) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA IOANNIS PP. XXIII

MOTU PROPRIO

DE PONTIFICIO CONSILIO ECCLESIASTICIS ITALIAE TABULARIIS CURANDIS

IOANNES PP. XXIII

La sollecitudine pastorale dei Nostri Predecessori si è rivolta in diverse occasioni, specialmente nei tempi più recenti, ad assicurare la conservazione e la buona amministrazione degli archivi ecclesiastici d'Italia, i quali costituiscono tuttora, nonostante le perdite dovute a molteplici circostanze di varia natura, un patrimonio di valore inestimabile. Tanto i preziosi depositi di antichi documenti, quanto le carte moderne degli archivi correnti, sono la testimonianza della vita e delle opere della Chiesa, e formano nel loro insieme una documentazione unica, essenziale e insostituibile, che è destinata innanzi tutto a servire alla Chiesa stessa, e merita di essere conservata anche a vantaggio degli studi storici. È quindi doveroso che tali archivi siano convenientemente amministrati a cura delle persone e degli Enti che ne hanno la responsabilità, ai quali sono e, in linea di massima, è opportuno che restino affidati.

Desiderando Noi pertanto continuare l'opera dei Nostri Predecessori, e in particolare del Sommo Pontefice Pio XII di v. m., il quale, con lettera della Segreteria di Stato del 5 aprile 1955, indirizzata al compianto Cardinale Giovanni Mercati, istituì la *Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia* **con carattere permanente, abbiamo deliberato** *di erigere ed erigiamo* **la medesima Pontificia Commissione** *in persona morale,*

mentre ne approviamo lo Statuto annesso al presente Nostro Motu Proprio.

Tutto ciò Noi abbiamo stabilito e stabiliamo, nonostante qualunque cosa in contrario, anche se degna di speciale menzione.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il giorno 29 Febbraio 1960, secondo del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

STATUTO

DELLA PONTIFICIA COMMISSIONE PER GLI ARCHIVI ECCLESIASTICI D'ITALIA

1. La Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia, istituita dal Sommo Pontefice Pio XII di v. m. con carattere permanente, ha lo scopo di prestare assistenza e collaborazione agli Ordinari locali e ai Superiori degli Istituti Religiosi d'Italia per quanto riguarda la conservazione e l'amministrazione degli archivi da essi dipendenti.

A tal fine essa esercita azione di direzione, di consulenza e d'ispezione, ispirandosi alle disposizioni del Codice di Diritto Canonico ed alle altre successivamente emanate in materia dalla Santa Sede.

2. È Patrono della Commissione il Cardinale Archivista di Santa Romana Chiesa ***pro tempore.***

3. La Commissione è retta dal Presidente, che è il Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano ***pro tempore;*** ed è composta di membri e di consulenti.

4. Il Presidente risponde al Santo Padre delle attività della Commissione ; ne convoca e dirige le sedute; ed ha di essa, la rappresentanza legale.

5. Sono membri della Commissione :

a) il Segretario della Sacra Congregazione del Concilio;

6)' il Segretario della Sacra Congregazione dei Religiosi;

e) il Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi;

d) un rappresentante della Segreteria di Stato di Sua Santità;

e) un rappresentante dell'Amministrazione dei Beni della Santa Sede;

/) il Direttore della Scuola Vaticana di Paleografìa e Diplomatica e del Corso di Archivistica ;

g) altri eventualmente nominati dal Santo Padre su proposta del Presidente.

Ê compito dei membri di partecipare alle sedute della Commissione, di esaminare collegialmente le materie proposte ed esprimere su di esse il loro voto.

6. I consulenti sono nominati dal Santo Padre su proposta del Presidente.

Essi esprimono il loro voto su determinate materie, e partecipano ä quelle sedute in cui la loro presenza sia ritenuta particolarmente utile.

7. Il Presidente ha la facoltà di nominare corrispondenti, udito il parere della Commissione, e richiesto, ove occorra, il nulla osta dell'Ordinario locale o Superiore, archivisti o persone di provata esperienza nel campo degli archivi.

Essi coadiuvano la Commissione specialmente per quanto concerne gli archivi locali, e partecipano alle sedute alle quali il Presidente ritenga opportuno invitarli. Durano in carica cinque anni.

8. Il Presidente nomina il Segretario scegliendolo tra i membri della Commissione.

Al Segretario spetta di preparare le materie da trattare nelle sedute, di redigerne il verbale e curare l'esecuzione delle deliberazioni prese.

9. Ë particolare compito della Commissione di :

a) favorire ogni mezzo che assicuri la buona amministrazione e conservazione degli archivi, il loro ordinamento, il restauro del materiale documentario e il facile accesso degli studiosi;

b) accertare lo stato e i bisogni degli archivi locali, anche mediante visite ;

c) completare e aggiornare le notizie sugli archivi raccolte con il censimento del 1942;

d) provvedere che in ogni archivio si abbia un inventario, che renda possibili le revisioni e faciliti le ricerche ;

e)" prestare aiuto ed intervenire, anche presso l'autorità civile, per eliminare eventuali difficoltà o inconvenienti;

/) diffondere nel Clero una più profonda conoscenza della funzione degli archivi ecclesiastici, con lezioni da tenersi nelle sedi opportune;

g) curare la preparazione del personale destinato agli archivi mediante corsi di archivistica ;

h) incoraggiare le attività degli archivisti locali ed accrescere la loro esperienza professionale per mezzo di convegni nazionali o regionali ;

i) promuovere la pubblicazione di istruzioni, titolari e manuali pratici sulla manutenzione degli archivi.

10. La Commissione si riunirà almeno due volte l'anno e ogni altra volta che il Presidente lo ritenga necessario.

11. Qualora nelle iniziative o nei provvedimenti da prendere si' trattino materie che interferiscano nelle competenze di Dicasteri Ecclesiastici o di Pontifìcie Commissioni, il Presidente ne darà comunicazione al Capo del Dicastero o della Commissione interessata per le opportune intese.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

DELEGATIO APOSTOLICA MEDIAE AFRICAE OCCIDENTALIS ERIGITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad universae Ecclesiae tractanda gubernacula, ex arcano divinae Providentiae consilio, asciti, Christifidelium, qui in longinquis regionibus, missionali opere excolendis, incolunt, necessitatibus spiritualibus pro re ac tempore prospicere maturamus. Ut ergo Fides in Mediae Africae partibus, ad occidentem spectantibus, amplioribus augeatur incrementis et Evangelii praeconum opus efficacius dirigatur, expedire videtur iisdem in terris, ubi Ecclesiae suboles feliciter succrescit, Apostolicam Delegationem institui. Collatis igitur consiliis cum Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Delegationem Apostolicam Mediae Africae occidentalis,* iurisdictioni Sacri Consilii nomini christiano propagando obnoxiam, constituimus atque erigimus, cuius sedem in urbe « Lagos », ut dicitur, collocamus, cuique haec territoria subicimus, quae appellantur : «Nigeria, Cameram, Gabon, Oubangui-Chari, Tchad », nec non medias regiones Congi. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare pote-

runt, nunc et in posterum plenissime suffragari : sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub.anulo Piscatoris, die iri mensis Maii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

NOVA DELEGATIO APOSTOLICA INSULAE MADAGASCARIAE ERIGITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum Apostolici officii conscientia postulat, ea omnia mature seduloque praestanda sunt Nobis, quae ad fines religionis proferendos salutemque animarum procurandam satius valeant. Huiusmodi studio permoti, res in regione missionali opere excolenda, qua Madagascaria aliaeque insulae, ((Reunion » et ((Mauritius » vulgo appellatae, continentur, novo statuimus componere ordine. Itaque Nos, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacri Consilii nomini christiano propagando Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ***Apostolicam Delegationem,*** nomine ***Insulae Madagascariae*** appellandam, erigimus et constituimus, quae praedictum territorium complectatur, cuiusque sedem in urbe Ta n a nari va collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationi™ propria sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; memorataeque Delegationi ita constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

NOMEN DELEGATIONIS APOSTOLICAE AFRICAE ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS BRITANNICAE MUTATUR EAQUE APPELLABITUR ((DELEGATIO APOSTOLICA AFRICAE ORIENTALIS)) : EIUS INSUPER FINES NOVO ORDINE STATUUNTUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad futuram rei memoriam. — Eo intendentes, ut populi, reiectis superstitionis ethnicae tenebris, ad unius veri Dei notitiam cultumque traducantur et Ecclesiae, Fidei custodi ac salutiferae Matri, aggregentur, sollicito studio ea praestamus, quae missionali operi provehendo moderandoque aptius conducere videantur. Quod ut in Africa propter mutatas rerum condiciones efficeretur, in animum induximus Delegationi Apostolicae, quae ab Africa Orientali et Occidentali Britannica appellabatur, novum nomen imponere eiusque fines accommodatiore constituere modo. Itaque, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi decernimus ac definimus, ut Apostolica Delegatio Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae in posterum appelletur *Delegatio Apostolica Africae Orientalis,* eidemque, Sacro Consilio nomini christiano propagando obnoxiae, has regiones subicimus, quae vulgo vocantur « Sudan, Kenya et Zanzibar, Uganda, Tanganika, North-Rhodesia, Nyassaland, Somalie Française et Seychelles ». Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

DELEGATIONI APOSTOLICAE ((DE DAKAR)) NOVO TITULO ((DELEGATIONIS APOSTOLICAE AFRICAE OCCIDENTALIS)) INDITO, NOVI EIUS FINES CONSTITUUNTUR.

IOANNES PP. XXIII

Ad futuram rei memoriam. — Decet Nos, pro Apostolici muneris magnitudine, ea omnia sollicito praestare studio, quae regimini gregis Dominici, in longinquis regionibus opera Evangelii praeconum feliciter augescentis, aptius conducere videantur. Propter mutatas igitur condiciones Africae, quae ad occidentem vergit, expedit novo ordine res ibi componi, scilicet Delegationem Apostolicam, abolito nomine «de Dakar», ab Africa Occidentali appellari, eiusque fines aliter constitui. Quae cum ita sint, Nos, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacri Consilii nomini christiano propagando Pro-Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi Delegationem Apostolicam, quae « de Dakar » ad praesens usque dicebatur, appellandam esse decernimus *Delegationem Apostolicam Africae Occidentalis,* eique has, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxias, regiones subicimus, quae vulgo appellantur : « Sénégal, Haute Volta, Côte d'Ivoire, Dahomey, Guinée, Mauritanie, Niger, Soudan, Togo, Ghana, Cambia, Sierra Leone ». Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die in mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI

a imblicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Habita in Petriana Basilica ad consilia coetusque Concilio Vaticano II apparando. *

Venerabiles Fratres, dilecti filii,

In sollemnis gravissimique huius consessus initium, veluti in limine habiti multorum et pacifieorum laborum, qui ad Oecumenicum Concilium Vaticanum II proxime parandum suscipiendi sunt, usitata ea verba optime conveniunt, quibus Episcoporum precandi continetur formula : *Sit nomen Domini benedictum. Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

Quid enim suavius est, quid ad animum permovendum aptius, quam Dei nomen laudibus efferre, adiutorium implorare?

Iucundum igitur est Nobis laetissimo hoc auspicio quasi vobiscum serere collocutionem, unde quod nostrum unusquisque mente et animo vol va t, lumen et vim haurire sentiamus. Deinde hominum conatus, Deo illustrante et movente capti, pro ratione fere proficient, qua nos ad supernae gratiae opem et animi consilia, et certa proposita, et piam contentionem adhibebimus.

Qua in re, ut communi fere consuetudine dicimus, quae dubitatio et sacra quasi perturbatio primo agendarum rerum initio in animo oriuntur, cum sint modestae mentis testimonia, protenus in confirmatiorem fiduciam vertuntur, maxime si, caeli sensim serenatis regionibus, ostendatur Deum adesse, ad lumen ferendum et ad voluntatem confirmandam, *ut corde magno et animo volenti* gradum longius inferamus.

Nostrum hoc Concilium appellationem neque a Hierosolyma trahit neque a Nica ea ; sed, ut par omnino est, Noster ipsorum animus, qui hodie sive Sancti Petri sive Silvestri Summi Pontificis locum occupamus, in tantum hoc coeptum exardescens, sua veluti sponte se totum in exquirendo collocavit, quem, teste historia, cursum effectumque habuerint viginti consessus vel paris vel maioris momenti, per duo haec annorum milia consecuti ; in singularibus gravibusque reputandis rerum ac temporum condicionibus, in quibus memoratu digni conventus illi intervenerunt ; in difficultatibus et asperitatibus expendendis praeteri-

* **Die 14 Novembris mensis a. I960.**

torum temporum, quae sane impeditiora quam haec, in quae nos incidimus, quandoque fuerunt. Quae cum ita sint, ut in eiusmodi rerum gestarum studio versentur, tantopere ad provinciam hanc nostram pertinente, eos cumprimis hortamur, qui ex perhonorifico gravissimoque sibi delato munere, praesto adsunt ad alterum hoc Concilium Vaticanum apparandum. Qua de re in promptu quidem sunt praecipuae hae et ponderosae Conciliorum collectae historiae, quae sequuntur : est primum *Romana,* iussu Pauli V Pont. Max. in vulgus emissa; est deinde *Regia,* Parisiis typis edita; est postremo *amplissima Collectio,* cuius Ioannes Dominicus Mansius, clarissimus Lucensium Archiepiscopus, ad triginta volumina condidit, quamque postea Aloisius Petitius et Ioannes Baptista Martinius ad sexaginta volumina auxerunt ; ut taciti alia maximi momenti opera praetermittamus, multorum scripta populorum linguis.

O quae doctrinae et historiae in his voluminibus insunt monumenta ! Quantum huiusmodi susceptionis habuerunt in agendo difficultatis, quas tamen exitus semper consecutus est optatus.

Extollamus igitur benignissimum Deum, venerabiles Fratres et dilecti filii, quod, statim atque Oecumenicum Concilium praenuntia tum est, tales declarati sunt ubique terrarum animorum sensus, quos si magnopere commentati simus, iis quasi ob oculos poni laetemur mirabile illud perfectumque divinae redemptionis opus, catholicam dicimus Ecclesiam, quam Christus *acquisivit sanguine suo,*[1] immutabili perpetuaque iuventute florentem.

Sed antequam gravissimum Concilii apparandi aggrediamur opus et hoc hominum communitati summatim proponamus, illud animadvertendum putamus, Concilia Oecumenica superiorum temporum ea praesertim de causa indicta esse, ut pariter catholicae fidei consuleretur integritati, pariter *legi credendi* obtemperaretur, prouti vel haereticae pravitatis lues vel maiorum errorum contagiones in veterem Ecclesiam sive Orientis sive Occidentis serpere conarentur.

In Nicaeensi Concilio Arii error depulsus est, quo Dei Verbum, propterea humanis coopertum membris ut interclusum in caelum aditum nobis patefaceret, Deum esse negabatur. In Concilio Ephesino, evictis haereticorum erroribus, edictum est tum duas, quae in Christo sunt, naturas, divinam videlicet et humanam, in unam eamque divinam coire personam ; cum Mariam Sanctissimam, quod Christum Iesum genuis-

[1] Cfr. *Act. XX,* 28.

set, Dei matrem, id est *Theotocon,* et esse et appellari posse. Item in Chaleedonensi Concilio disceptatum est de duabus Christi naturis invicem distinguendis. Cum autem saeculo xvi in ipsam catholicae Ecclesiae constitutionem funditus invadi videretur, in Concilio Tridentino non modo eadem tota super sua fundamenta restituta est, sed clarissimo etiam est illustrata lumine, quod ad fidem, quod ad Sacramenta, quod ad vitae disciplinam attinebat. Concilium denique Vaticanum I, quo brevi tempore celebratum est, eo praesertim spectavit, ut iterum in Sanctae Ecclesiae constitutionem diligentius accuratiusque inquireretur, peculiarique modo ediceretur Romanum Pontificem, ex cathedra loquentem, in rebus fidei et morum falli non posse.

Sive ad haec quinque Concilia sive ad reliqua quindecim celebranda, cum alia rerum adiuncta, tum hae praecipuae causae deduxerunt, quod non solum integra servanda erat ratio, qua fidei capita Ecclesia traderet, verum etiam quod modo hic modo illic multorum animi, de eventibus civilibus aut religiosis suspensi, confirmandi erant. Qui eventus, cum ad ecclesiastici magisterii munera ut plurimum congruerent, idcirco ad humanae etiam societatis rectum ordinem, ad aequabilem iurium compensationem, ad pacem componendam pertinebant.

Hisce autem temporibus, cum hominum ingenia et studia de pristinas videntur valde commutata, quippe qui hinc haereant ancipites inter illecebras et pericula, e quaesitis fere unice perituris mundi opibus enata, illinc vel omnino ex memoria deposuerint, vel parvipendant ea religiosi supernique ordinis principia, quae christianae humanitatis cultus pariter instaurati et vulgati per superiora saecula fuerunt indicia; nostra hac aetate, inquimus, verius quam de hoc vel illo catholicae doctrinae disciplinaeve capite, a Deo nobis aut a Christo manifestato et ab Apostolis ad nos transmisso, investigando et definiendo agitur, contendendum est potius, ut ad christianam hominum cogitandi vivendique rationem, cuius catholica Ecclesia iure suo est custos eademque magistra, nova vis et claritas accedat.

Iure igitur meritoque lugemus humanae mentis errores, bonorum illecebris et tendiculis captae, quae terrestris haec vita peperit semper, quaeque nostris diebus inventae doctrinae suppeditant maxime. Mhilo magis cautione opus est, ne nostrae aetatis mala eatenus amplificemus, ut omnino opinemur ab alto caelo Deum iam nos non aspicere, ac re ipsa *tenebras factas esse super universam terram;* atque idcirco nihil reliquum esse nobis quam molestissimum vitae cursum, quem tenemus, lacrimis perfundere.

